


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
12 C
38


D. HIPPOLYTI BONACOSSAE, I. C. FERRARIENSIS,

Quæstiones Criminales

IN QVIBVS ORDINE ALPHABETICO ferè omnia discutiuntur dubia, quæ in iudicijs statutorum causa suboriri solent.

CVNCTIS IN FORO VERSANTIBVS, ac Iuris vtriusque studiosis admodum necessariæ


Summa diligentia, & indice conuenienti excussæ.



CVM PRIVILEGIO.



Venetijs, Apud Damianum Zenarum, 1573.







ILLVSTRISS.^MO ET EXCELLEN.^MO

ALPHONSO II. FERRARIÆ DVCI.

DOMINO ET PATRONO SVO COLENDISS. ET OBSERVANDISSIMO.

Hippolytus Bonacossa I. V. D. Ferrariensis fœlicitatem ac prosperos successus.




CVM retroactis temporibus Illustriss. & Eccelentiss. Princeps, in Istriacis, Dalmaticisq́ue regionibus, pro prætore, ac locum tenẽte Cæsareo aßiderem. Nempe f. r. Ferdinandi Imperatoris Soceri tui religiosißimi, succißiuis horis Criminales quæstiones ad intelligenda statuta vniuersi orbis, ex astreæ profeßionis diuersis authoribus collegi, pro communi omnium legentium vtilitate: Quas cum in præsentiarum edere in lucem suasionibus beneuolorum solicitatus sim, amplitudini tuæ Dux mitißime eas dicare, & consecrare proposui. Sume igitur Princeps ornatißime supplex rogo,

go, lucubrationes has meas hilari fronte. Quas si calculo tuo comprobaueris, maximum ornamentum ipsis accedet. Etenim graue tuum iudicium, & propè diuinum quanti faciant mortales, cum uiua sis virtutum imago, nemo est, qui nesciat. Vale totius orbis decus, & speculum. & te diuina Maiestas in multos annos conseruet.

Illustrissimæ D. T.

Addictissimus



Hippolytus Bonacossa I. V. D. Ferrar. Collegiatus.





QVAESTIONES CRIMINALES AD STATVTA INTELLIGENDA EDITAE, AB I. V. D.

D. HIPPOLYTO BONACOSSA Farrariensi

In actu practico frequentes, & maxime conducibiles.

Ordine Alphabetico contextæ.

PRIMA PARS.



VM omnia iudicia, aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficioru causa reperta sint, ut ait Cicero in oratione pro. A. Cecina. cumq; hoc secundum uehementissimum sit, vt potè, quòd ad grauiores pertineat, requiratque seueritatem iudicis, ac vim. (Ad rempublicam.n. fundandam, ac stabiliendam, & ad communem societatis humanæ concordiam retinẽdam, nihil potest esse magis salutare. ut in tertio de iuris arte ostẽdit Operus Phrisius. vbi de criminalibus agit iudicijs. videndum est igitur, quonam modo hoc municipali iure perpendatur. & quidem nulla alia scilicet præfatione præmissa, oratorum more apud Areopagitas.

Prima

A.

PRIMA QVÆSTIO.

Abolitio:

STATVTVM concedit Abolitionem delinquenti, An cõprehendat delinquẽtem in crimine læsæ maiestatis? resp. Ange. in disputa. incip. Exorta guerra. de quo. Alex. in addi. ad Bar. in l. 1. ff. ad. l. Iul. maiesta. quòd non. Capiccius. decis. Neapo. 130. nu. 56. Marsil. in l. 1. & in l. de minore. & l. vnius. §. cogniturũ. sub nu. 77. ff. de quæstio. Riminal. cõs. 12. nu. 7. in 1. vol. vide et Roma. in l. si quis in graui. §. ij quoq;. ff. ad syl la. & Grãmati. in cõs. 40. sub nu. 10. Et no. ꝙ Abolitione generali cõcessa, accusatio post triginta dies nõ repetitur. Lucas de Penna in l. 1. col. 18. C. de deserto. lib. xij. adde Criminalistas. & præcipuè Bossium. in prac. titulo de præuaricatoribus, calumniatoribus, & tergiuersatoribus. sub tit. x. vbi de abolitione agit. & ibi ponit, quando ab accusatione desistere liceat. & abolitionis materiam fusius prosequitur. ad quẽ te remitto. De abolitione. & quid sit abolitio? tradit Vitalinus. de malefi. tit. de abolitione. & Plac. in epito. delic. cap. 38. vbi fusius. & de abolitione aliter quàm hic. ponit Iodocus. in prac. crimi. cap. 146.

Abducens.

STATVTVM puniens abducentem mulierem hõnestæ vitæ, bonæ conditionis, & famæ, an requirat harum qualitatũ probationem? respon. ꝙ sic. Et ideò sponte confessus, vel aliter puniri non poterit, vbi dictæ qualitates probatæ non fuerint. Marsil. singu. 187. & 189. Bursatus. consil. 69. num. 3. & seq. & per discursum. Et no. quòd si mulier ante abductionem cognita fuerit ab eo, qui eam abduxit, & ita con-

fessa fuerit, non poterit abducens aliter de abductione puniri. Cæpol. in cons. 57. Neuiza. in sylua nuptiali. lib. 4. sub nu. 46. Aduersus tamen Cępollę cōsilium stat Cornei sententia, in consil. 80. in 2. relator est Neuiza. vbi supra. vide Cępol. consi. 58. vers. & pro hoc allego. vbi dicit, quòd stante statuto, quòd abducens mulierem honestæ vitæ puniatur tali pœna, si ille qui accusat vult abducentem posse condemnari pœna statuti, debet articulare, & probare, quòd mulier illa abducta tempore abductionis erat honestæ vitæ, aliàs conuentus debet absolui. refert Æmil. in cons. 72. nu. 7. Rimin. cons. 17. nu. 16. & Sozin. in consi. 439. in 3.

Abortus.

DICIT statutum, qui fecerit abortionem, puniatur, &c. Quando punietur quis statuto? respon. Dec. in consil. 535. qualiter autem abortionis poculum dolosè sumēs, aut alteri præbens puniatur, quando non est sequuta ipsa abortio? respon. Barba. consil. 23. in 2. Quid de marito, qui calce percussit vxorem in corpus, ex qua percussione est editus abortus? respon. Ias. in l. 1. de legibus. Iaco. Bol. in repeti. l. capi. §. famosos. ff. de pœnis, Signorol. in consil. 1. Blancus. in prac. cri. pagi. 78. nu. 13. & seq. ubi de abortione tractat. Cassane. in consue. Burgun. pagi. 14. num. 23. & seq. Bossi. in prac. crimi. in titu. de partu supposito. fol. 214. Dec. in consil. 535. Monteleo. in prac. arbi. parte. 4. vbi de muliere prægnante verba facit. Iul. Clar. in prac. cri. q. 68. ver. abortum. Soarez. in suo thesauro. communium opi. in primo folio Decis. Pedemon. lx. vbi traditur de muliere prægnante, quæ latrinam adiuit, & infantem peperit, qui in latrina suffocatus fuit. Plac. epito. crimi. capit. 20. & capit. 26. Menochi. de arbitra. iudic. casu. 357.

Abra-

Abradens statutum:

QVANAM pœna punitur abradens statutum? tradit Alberi. in qq. ad statu. in 1. parte. q. 34. ubi dicit, quòd punitur in quinquaginta aureis. l. si quis, id quod. ff. de iurisdictio. omni. iudi. in prin. punitur, etiam pœna falsi. vt Idem ait. vide Rofre. in libello: de albo corrupto. & eundem Alberi. q. 27. parte. 2.

Absens:

IVRE quidem positiuo introductum est, quòd absens ex statuto condemnetur, & ideò statutum tenet. Bal. in l. ne diu. C. de pœnis. & in l. 1. C. quomodo & quando. quod intelligit, quando absens esset citatus. quia absq; citatione statutum non teneret. clem. pastoralis. de re iudi. Et modus citādi potest ex statuto introduci, præter ius commune. secundū Bal. ibi argu. l. 3. §. fi. de testi. quod ita seruat consuetudo. vide Affict. in decis. Neapol. 391. Grammat. in voto 3. sub num. 24. & voto 30. nu. 24. Roma. in consi. 245. Dec. in consi. 681. col. fi. Rimi. in consi. 59. in 1. Marán. in prac. in xvj. dist. sub nu. 11. pagi. mihi 62. An stante d. statuto, possit quis tanquam quilibet de populo comparere; vti defensor, excusator, instructor, vel pro eo defensionem quo quo modo suscipere? respon. Thom. Docius. & Sozi. post tracta. Ant. de Cana. vbi de excusatore fit mentio. q̄ sic. Sed vetat ferrariense statutum sub rub. qualiter & quando procurator. & c. ubi omnibus modis tollit reo defensiones, nisi intret carceres. An autem procurator cum mandato possit, & debeat admitti, qñ absens pro crimine publico, & capitali uenit puniendus? nō leuis est quæstio. vide Alex. ī cōs. 4. in 6. uol. Cępol. in cautela. 66. Fely. fusius. in c. meminimus. col. 3. sub nu. 9. de accusa. Bar. in l. pē. C. de quæstio. ubi tradit cautelā repellēdi procuratorē. de qua sępissimè criminalistæ. vide Affl. in dec. 177. Arno.

Arno.comm.70.& 193. Cępol.in consi. 109.& consi. 255. Carre.fusius in §.circa, in prac.cri.Iaffr.in decis.482.Bal. in l.2.C.vt nemo priua.Soz.in fallē.322.Affl.in decis.Neapo. 64.Cor.in cons.45.vol.3.col.3. Bal.in l.planè.ff.de peti.hæred.Maran.in prac.in quarta parte.1.par.princ.Bald.in eius pract.vbi agit de procurat. pag. 16. sub rub. vtrum procurator admittatur. Blanc. in pract.crim. & fusissimè per Alexandri.in tract.de potestate procuratoris, & defensoris, in causa criminali. Et Dynus consuluit, quòd potest interuenire, vt refert Cyn. in l. reos. C.de accusa. & respondet, ꝙ sic.Bossius, in pract. cri.fol.264.in titu. de requiren.reis, & absentib.damnandis, quis comparere possit. & in titulo. an in criminalibus iudicijs quis possit pro absente interuenire? Vide Arno.Solilo.31.& fusius per Cassan. in consue. Burgun.pag.145.cum seq. & in consi.1.num.37.fol.4. Follerium in pract.crim.tit. audiantur excusatores. & omnino etiam Ant.de Tremulis, in glo.in verb.procurator, ad titu. Bonacur.in pract.quibus modis suo nomine, pag.41.& Firma.in Repert.Claudiū in regula crim.17.& 18.Iul.Clar. in pract.crim. q.32.& seq.Menochi.in tract.de Arbi.Iudi.q. 80.per totam. Et not. ꝙ si quis allegat causam absentię, & impedimentum, non auditur, nisi fideiubeat de eum præsentando in tali termino: Ias. in rubr. ff. vt in ius vocati, eant. vbi Castrē.dicit perpetuò notandum. Et not.ꝙ pater pōt in quocunq; crimine interuenire ad plenā defensionem absentis filij, si satisdare velit, de eo præsentando coram iudice.Alber.in l.seruum.§.publicè. ff. de procur.sed pone, iudex propter imperitiam admisit procuratorem, an processus erit nullus? Respon. Bald.in l.ita demum, col.2.sub ru. 4.de petit.hæred.quòd non. & hæc quidem est communis opinio secundum Bal. ut scilicet admittatur processus, & teneat, ex quo non fuit obiectum: & quamuis iudex legitimauit personam alicuius, uti procuratoris, qui ucrè nō erat, per talem sententiam non efficitur procur. secundum Iaco.

de Are.in l.an etiam.ff.de falso tuto.de quo Bal.in l. ob tutorem.C.si mater indemnitatem promisit. Alexandri. in l. pen.§.ad crimen.ff.de pub.iudi.Et vbi venit imponenda pœna capitalis,nõ admittitur procurator pro absente.d.l. pen. c.ueniens.de accusa.Quando scilicet principaliter uenit imponenda, secus si in consequentiam. Imola.in d. §. crimen Barba.in cõsi.2.sub nu.17.in primo vol.Marsil.in consi. 10. sub nu.5.Et quando est prohibitum à statuto, ꝙ iudex non possit in aliquo casu procedere contra aliquem. si iudex procedat, admittitur ad comparendũ per inquisito,nedum specialis procurator, sed etiam quilibet de populo. Marsi. in consi. 24. sub nu. 38. Item pone. Dicit statutum, quòd proditor sit ipso iure condemnatus. An poterit interuenire procurator?Resp. Bal.in l.reos.C.de accusa.sub num.41. se credere,quòd non. quia disputatur super crimine, & super crimine oportet declarari. Vnde licet non feratur sententia condemnatoria, tamen fertur æquipollens, scilicet declaratoria.c.pro humani extra de homici. lib.6. Item ubi inquisitio est nulla,nõ prohibetur statuto procurator. Marsi. in consi. 49.nu.16.in prin.Item si ex forma statuti pro vulnere sit pœna pecuniaria imposita. Si quis mortifere aliquẽ uulnerauerit, potest se defendere per procuratorem.Licet mors sequi speretur. Alberi.post Dy.in 2.par.statu.q.37.Tiraquell.in l. connubia. in glo.2.sub nu.28.Item si statutum dicat,reum primò se personaliter in carceribus ponere, & ꝓcurator postea interuenire poterit. de hoc uide.Cæpollã in cõsi.51. & Alexandri. De potestate procur. & defen.in cau.cri.nu.153. Arno.Solilo.31. & ait Alexandri.ibi.num. 320.quod statim, cũ quis commiserit homicidium, vel delictum aliquod,in quo non potest procurator constitui. cautela ẽ,ꝙ horteris eũ, ut ad partes remotas proficiscat̃,& mittas aliquem ad allegandum causas absentiæ, qui si non admittatur à Iudice,processus erit nullus. etiam, quòd ex forma statuti contumax habeatur pro confesso. quam cautelam

lam tradunt Moder.in c.veniens de accusa. Sed hanc cautelam refellit Ferra.in cautela.18.& Blancus in pract. crim. in cautela.10.& Clarius in pract.cri.q.30.vide omnino Rui. in consi.118.num. 9.in 5.uol.Et quando absens damnetur. vide Villalob. in trac. comm.opi.in uer.absens ubi diffuse.

Absoluere.

STATVTVM prohibet ultimo mense officij Iudicē absoluere reum. an possit pronuntiare, quem esse absoluendum? Respon.Bart.quòd sic. de quo Alex.in l.1. col. 4. ad fi.ff.de iurisd.om.iud.an reus absolutus, etiam ab obseruatione præsentis iudicij, possit denuo uexari? Claud.in regu la cri.161. Vide etiam Iul. Clar. in pract.cri.q.57.& alibi.

Absurdum.

AN in statutis absurdum euitari debeat? Respond. Signorol.ꝙ sic in cons.68.in fi.& in consi. 60. Fulgo.in consi.220.col.fi.Firma.in Reperto.

Abusio.

STATVTVM punit dolū presumptum. an mitius sit agendum cum fœmina, quàm cū masculo? Resp. ꝙ sic.Secus tñ, si punit abusionē, quia tunc fœmina punitur, sicut masculus.& in fœmina semper est maior abusio. secūdum Bald.in l.quicunq;, col.4.C.de seruis fug. de quo Tiraquell.in 13.l. connubialem.sub num.23.in fi.& in ix.l. sub num. 51.

Accusatio.

STATVTVM punit accusantem & non probantem, an habeat locum in necessario accusatore? Respon.Ray.de Forli.in l.3.§.utrum.ff. ad Sylla. ꝙ non. Statutum.n. solum habet locum in voluntario. & not. quòd iudex debet prius statuere accusatori terminum ad allegandum, quare non debeat de calumnia condemnari, & vbi nihil deducit, quod

releuet, poterit in eadem sententia puniri calũniator. aliàs non. vide omnino Iul. Clar. in prac. crim. q. 62. ad fin. aliàs enim opus esset alia instantia, & processu, vt posset condem nari. & dicit isdem Clar. ibi. uer. sed quid si accusator, ꝙ si uis conuincere querelantem de calumnia, potes illum interrogare, an velit vti quærela, & probationibus superin de factis, eo, quia intendis illum querelare de falso. & si ille respondeat, quòd uult uti, eo casu potest tãquam sciens de falso puniri: si quærela tanquam falsa cõuincatur. & hic mo dus interrogandi est approbatus à iure. vt idem probat ibi, vide omnino Folleri. inter consi. crimi. per Zilettum. con si. 80. Tomo 2. ubi plura de accusatore falso, & de accusatione. Et not. quòd si statutũ puniret in centum, posset reus accusatus petere in eademmet sententia, puniri accusatorem in centum, in qua ipsum accusauerat. Bal. in l. athletas §. seruus, per illum tex. ff. ad l. fal. & per. l. 1. C. de calumni, & Bar. in d. §. calumniator. l. athletas. ff. de ijs, qui no. infamia. vbi Bal. & Fely. in c. fi. sub nu. 12. de calum. & no. quòd quis per procuratorẽ non accusat. Bal. in cons. 165. in 5. vol. in fi. si fuerit igitur mihi illata iniuria, & aliquis alius iniuriã referentẽ accusat, dicẽs se nomine meo illũ accusare, & vo luntate tñ, accusatio est prorsus nulla. Paul. de Cast. in l. post dotem. col. 3. nu. 2. ff. sol. matri. & in accusatione debet dicere suam & suorũ iniuriam prosequendo. Si quis tamen haberet mandatum, in quo dies, & tempus commissi delicti positum esset, & omnia ea, quæ requiruntur ad hoc, vt constituens ipse obligari possit, tunc secus. Rom. in consi 60. in popularibus uerò quis per alium non accusat. l. licet. de pro cura. & d. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. idem Rom. in consi. 152. in fi. & 160. per totum. Bagaro. in tracta. de ex cep. dilato. item not. dispositio statutaria permittit, quòd quilibet de populo admittatur ad accusandum. Intelligen dum est. quilibet, s. de ciuitate, & non alius. Bar. in l. in prouinciali. §. in publico, per illũ tex. ff. de ope. no. nun. de quo

Pau.

Pau.de Cast.& Ias.& sequaces ibi. Et quoties utitur isto verbo quilibet, statutum habilitat eos, quibus obstat ius ciuile, ne accusent, pro ut est fœmina, minor, inimicus, bannitus ꝑ debito ciuili, non aũt, quibus obstat ius naturale, vel gentium, ut bannitus pro delicto, excõicatus, infans, furiosus, & forẽsis. Bal. in Rub. C. qui accusa. non possunt, & in l. ita pudor. C. de adult. Anch. in c. 1. 14. q. princ. de constit. Ioan. Bap. de. S. Seuerino in repeti. l. omnes. populi in 29. char. in 1. col. ff. de iust. & iu. & Barb. extra de accus. Marsil. in cõs. 85. Pro damno uero dato, fęminæ in terminis statuti non possunt accusare. Bal. in d. Rub. Blanc. in prac. cri. pagi. 75. sub nu. 97. in 1. parte. Item dicit statutum, quòd latrunculator accipiat omnes accusationes. Dic, quòd vbi videt iudex delictum non esse punibile, non debet sumere accusationem de eo factam. Ias. in rub. C. vt nemo priua. & Paul. de Cast. in cõsi. 58. in. 2. vol. unde, si quis occidit aliquem in casu permisso à statuto, in casu scilicet, quando liceat se sine iudice vendicare. super hoc non debet recipi accusatio. Bar. in. l. si seruus. C. de ijs, qui ad eccle. confu. vbicunque tamen quis accusaretur, quòd in aliquid faciendo deliquerit, nunquã est reijcienda accusatio, immo est admittenda, licet in ea non fuerit fraudis, ac doli qualitas exquisita. secũdum glo. singu. in l. ex maleficijs. §. longè minus. ff. de actio. & obliga. ex qua hanc theoricam assumit Bal. in l. 1. C. qui accusa. non possunt, in 3. & 4. char. ponit Roma. in consi. 105. col. 1. contra quendam, qui produci fecerat non dolo instrumentum, per quod quis debitum exigere uolebat. vide Ange. in l. 1. C. ubi causa status. & in auth. si uerò. C. de adulte. & per gl. in clem. pastoralis. de re iudica. Amode. in tracta. syndic. nu. 71. Bal. in qq. ad statuta in uer. citare. Specula. in titu. de præpara. iudi. §. 1. sub nu. 6. & 7. Item si statutum dicat, quòd accusatio non recipiatur, nisi accusans fideiubeat de probanda accusatione. Videtur. n. statutũ velle hoc, si fuerit petitum, vt scilicet accusans fideiubeat. Pau.

de

de Cast. in l. vniuersa. C. de præcibus impera. offeren. ubi dicit, quòd statutum mandans fideiussores præstari intelligitur, si fuerit petitum. vide Ias. ibi & infra dicetur. Item si statutum dicat accusationem aliquam non debere admitti, ipso iure accusatio esset perempta. ut C. ne quis in sua cau. l. unica not. Bar. post Iac. de Are. in l. 1. C. ad Treb. not. Pau. de Cast. in l. 1. in prin. ff. ad Macedo. vide Bossi. in prac. crimi. ubi de accusa. agit. Item si statutum dicit, quòd committens delictum, possit à quolibet accusari. Nam fieri faciens, poterit accusari. l. defunctus. C. si reus, uel accusa. mor. fue. vbi dicit delictum, quod est in persona facientis, in fieri faciente esse punibile. Bal. in. qq. ad statu. uer. statutum, dicit. item stante statuto, quòd de tali maleficio liceat cuilibet accusare, & quòd accusator habeat tertium. Nam si officialis curię, uel familiaris potestatis accusat de tali maleficio, non debet recipere tertium. Bal. in qq. ad statu. q. 12. circa statutum. Item si statutum dicit, quòd qui non probauerit suam accusationem, puniatur. & c. Pone, quidam produxit accusationem habentem plura capitula, & quædam probauit, & quædam non. An punietur, ac si nihil probasset? Resp. Marsil. in l. 1. §. si quis dicatur. uer. & adeo. ff. de quæstionibus. Et no. quòd accusatio secũdũ Azo. in rub. C. de accusatio. est aliquẽ in libello reũ de crimine deferre ad vindictã. Item non potest accusare alieni fundi conductor uigore statuti, disponentis contra damnum dantes in re aliena. l. si fur. aliàs Iulianus. ff. de usufru. ubi Bar. uer. Item not. Iass. in decis. 95. Item quando statutum loquitur de strata, accusatio tenet de debito commisso in uia, ad imponendum poenam duplicatã uigore, dicti statuti. secundũ Bar. in l. absit. C. de priuileg. domus Augustæ. lib. xj. per l. 2. §. decẽ. ff. de vi bono. rapto. & not. in l. ędiles. de uia publ. Marsi. in prac. crim. §. & quia, sub num. 12. & in §. quoniam, sub num. 53. Corss. in sing. uer. pœna, & Bal. in qq. ad statu. ver. uia. Item accusatio vnica tantum dicitur, licet ex uno statuto diuersa sint

sa sint capitula. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de cloacis. Item si statutum ponit tẽpus, infra quod quis ad accusandum admittitur. accusatio, vel inquisitio post illud tempus formari non poterit. Bar. in l. querela. C. ad l. Corn. de fal. qui dicit, hoc per petuò mẽti esse tenendũ. Vide Bald. in cõsi. 409. nu. 1. in 4. Et stante tali statuto, etiam si probatum sit delictũ per testes omni exceptione maiores, potest opponi exceptio accusationę pręscripta. Bal. in d. consi. Item pone, fuit homicidium cõmissum in patrẽ alicuius pupilli. An restituetur aduersus statutum? Resp. Bal. in l. fi. C. ex quibus cau. quòd non. Contrarium tenet Mauritius in tract. de restit. in integr. c. 160. vide ad dictum statut. Marsil. in cõsi. 65. in primo vol. super statuto Ferrar. & vide quæ pono infrà in uer. terminus. Item dicit statutum quicunq; , qui primò accusauerit malefactorem, habeat tantum, de quibus bonis dabit præmium? Ponit Bar. in l. lex Cornelia. §. si quis libellum, de iniurijs, in repetitioni. antiquis, de quo Aret. in tract. malefi. in ver. fama publica. Item si statutum dicit, quòd aliquis non possit accusari. Dic, quòd ista exceptio impedit processum. Bal. in l. si absentem. C. de accusa. l. si seruus. C. de ijs, qui ad eccle. confug. l. 2. C. ne quis. Bar. in l. Nã &. in princ. ff. de iniurijs. Qui aũt iurauit non accusare, bene põt denũciare, quia non prohibetur deferre crimen, licet secus per modum accusationis. Ioan. Andr. in regu. de qua per Archiepiscopum Floren. in eius summa, in regu. cum quid, de regu. iur. in 6. Item quoties statutum uult productionem accusationis habere uim litis contestate, actor non debet confidere in emendatione libelli, quia est impossibilis, sed debet petere abolitionem, ne error à principio, & ex post facto trãseat in crimen falsi. Bal. in l. accusationem, in fi. C. qui accusa. nõ possunt. uide Maran. in pract. in prima parte. dis. iud. in fi. in quarta par. pag. 49. & Gand. in tract. malef. super rub. qualiter fiat accusatio. sub num. 6. ubi dicit, quòd hodie per totam Italiam obseruatur, quòd libellus non datur, sed simpli

citer

citer accusatio fit, quã accusator iurat esse ueram,& sic post in quaterno iuris communis ponitur? Et not. ꝙ in causa criminali non licet accusanti,etiam ante litem contestatã;mutare accusationem,quia desistens incurrit in pœnam Turpiliani,pariter & mutans.l.1.§.1.ff.ad Turpil. secundum Bar. in l.Edita.in 5.col.C.de eden.Iaffred.in decis.286.Item statutum uult, ꝙ accusationem non probans, puniatur in centum, Si quis in eodem libello plures accusat, & non probat, non punitur, nisi una tantum pœna, quia sumitur accusatio pro libello.l. edita. C. de eden. non autem pro iure accusandi, quia tunc essent plures accusationes, l. 1. C. si reus, uel accus.mor.fue. in d.l. edita.ubi actio ponitur pro libello. Idem tenet Catald. in tract. syndic.sub num. 136. Item si statutum vult, quòd nemo de falso accusare possit, nisi deponat 25.lib. penes Massarium communis. Titius accusaturus fecit depositum,postea pœnituit eũ,& noluit amplius accusare,an Massarius debeat restituere depositum? respon. Bal. in l.si filius.ff.de cond.causa da.causa non seq. ꝙ tenetur, per illum tex.attẽta presertim natura depositi, in quo habet locum pœnitentia.l.si pecunia.ff.deposi.Item dicit statutum, quòd accusatus teneatur rẽspõdere accusationi præcisè,seruatis tamen exceptionibus.An exceptio iudicis incompetentis est sufficiens ad impediendum litis contestationem? respon. Bal.quòd sic. in l.exceptionem.C.de excep.col.pen.Item stat statutum,quòd si accusatus est contumax,Potestas debeat infra mensem processum expedire, & si non contumax, infra duos menses,põne in eodem Libello accusant plures, ex quibus vnus est contumax, alius uerò nõ. quærit an fiat retardatio ad menses duos, quo ad vtrunque, vt. s. processus non expediatur, nisi post duos menses? Resp. ꝙ non. quia contumax discretiuè infrà mensem expedietur, nõ cõtumax infra duos. Bar. Bal.& cæteri, in l.non idcirco.ff. de iudi. item accusatus à bannito, qui ex forma statuti excluditur ab audientia, quamuis patiatur

termi-

terminum banni currere, non habebitur pro confesso, ex forma alterius statuti, de hoc loquentis, quia accusator nõ est persona legitima ipso iure, cum verba statuti sint prohibitoria. Bal. in l. si filius cum. ff. de interro. ac. Item possidens simpliciter non accusat, nec creditur ei ex dispositione statutaria, quæ dicit, quòd accusanti domino possessionis credatur. secundum Bar. in l. locorum. C. de omni agro deser. lib. xi. Panormi. in c. fi. in fi. extra. Vt lite non contesta. Et no. quòd accusatio debet fieri personaliter, & nõ per literas. Fely. in c. licet. col. 1. de accusa. Et accusatio per vnum cæpta, per alium postea exercetur, & perficitur. Alberi. in l. constante. ff. ad. l. Iul. de adulte. Et si super processu facto super vulnere non posset sequi condemnatio mortis, etiam sequutę pendente processu, attamen, si accusator dixisset, peto eum condemnari de morte, quam constat sequuturam, tunc secus. ita docet Fely. in. c. significasti. col. 2. uer. & adde, quòd processu facto. super uulnere, de homici. & uide Bald. in eius practi. tit. seu qõ. vtrum mortuo accusatore, iudex de illo delicto possit per inquisitionem procedere? vbi dicit, quòd mortuo accusatore, iudex poterit procedere per inquisitionem, si talis est casus, de quo possit inquiri, morte. n. rei iudicium est solutum. l. in Senatu. §. 1. ff. ad Turpilia. & ideò iterum est inchoandum. ff. de accusa. l. libellorum. §. fi. vide Amode. in tracta. syndica. super clausula emergentibus, & connexis, & prorsus extraneis. Vbi dicit, quòd quando non adest ista clausula in inquisitione speciali, si formetur simpliciter de vulnere, & sequitur mors, non posset sequi condemnatio, secundum Bar. in l. Prætor edixit. §. 1. ff. de iureiu. & l. nunquam plura. ff. de priua. delic. Sed uigore dictæ clausulæ potest sequi condemnatio de morte. secundum Bar. in l. Senatus. ff. de accusa. Idem dicit Carreri. post plures in prac. pagi. 46. nu. 8. & vide omnino etiam Bar. in l. damni. §. Sabini. col. 2. nu. 6. ff. de damno infec. vbi dicit. quod ex statuto non potest pu-

niri de morte, quia illa accusatio non fuit proposita. sed si poneres propositam, ut, quia dixisset accusator, peto eum condemnari de morte, cum certum sit eum moriturum. vel iudex dixisset in inquisitione, quòd etiam de morte intendebat inquirere, tunc posset sequi condemnatio, morte secuta, quia ius superueniens actori ex causa de præterito, confirmat suum ius, quod probat. An statutum puniens accusatorem, qui in probatione defecit, habeat locum in denunciatore? respondet Cataldin. in trac. syndica. sub nu. 113. & dicit, quòd sic. decis. Neapoli. 39. vide Bal. in consi. 426. nu. 1. in. 5. vol. item statuto cauetur, non admittendum esse accusatorem, nisi satisdet per fideiussores idoneos approbatos ab approbatoribus communis. Dic, quòd non sufficit dare unum fideiussorē, nec satis est, interuenire unum approbatorem, licet uterq; & fideiussor, & approbator sint idonei, & soluendo. licet uideatur satisfactum menti statuti, quæ solum uoluit consultum esse, cautumq; indemnitati accusati. Ange. in consi. 56. incip. quidam non suppositus. de qua re fusius. Tiraquell. in l. si unquam uer. susceperit. nu. 191. C. de reuo. dona. Quid si ex statuto requiratur citari proximiores agnatos occidi ad accusationem eius, qui illum occidit, an sufficit citari unum. Respon. Ange. quòd non. in consi. 289. de quo Tiraquel. ubi supra. nu. 192. ideò si soror esset citata, non ualeret sententia iudicis maleficiorum. Bal. in consi. 430. in. 5. Et not. quòd iudex, quando procedit ex officio super crimine, uolens ad absolutionem rei procedere, solemniter citare debet, & requirere illos, quorum interest, vt si uolunt accusationem suam prosequi compareant infra terminum certum coram eo, prosequuturi accusationem ipsius criminis, & recepturi iustitiæ complementum, cum comminatione, quòd nisi in ipso termino compareant, de cetero nullatenus audietur. sic dicit Lucas de Penna. in l. si apparitor. C. de cohortali. lib. xij. col. 3. Item not. quòd omnes possunt accusare offendentes. statutum.

tum.vt docet Alberi.in qq.ad statuta.q.36. Et accusatio de crimine priuato est popularis, quando pœna est applicãda fisco.glo. Dy & Bar.ac cæteri.in l.1.ff. de popula. ac. Firma.in reperto.Roma.in consi.152.l.3.§.fi.ff.de præuarica. Bar.in l.fi.ff.de priua.delic.Et not.quòd non dicitur publicum delictum, pro quo per statutum alteratur pœna.etiam in corporalem. Alex.& Paul.de Cast.in l.cum seruus.ff.de condi.ob causam.Idem & in pœna stipulata fisco. Firma.in reperto.uer.accusatio.& in ver.pœnę repetitio. Et licet statuto caueatur, quòd quis non possit accusare ultra tres personas, non est vlterius procedendum. Bal.in consi.245.in 4.Item, si statutum dicat, quòd probata accusatione, quis tali pœna puniatur, fuit probata accusatio rei furtiuę, nec in ea fuit dictum, quòd iure dominij, uel quasi, uel possessionis pertinebat ad talem, non tenet accusatio, nec accusatus debet puniri. Bar.in consi.15.in 2.vide tamen Crotum in consi.36.Item si ex forma statuti debet credi accusatori de crimine. Si ipse accusator esset infamis infamia facti, illi non erit credendum.Ange.in l.qui in iudicio.ff.de accusa. vbi dicit, quòd ita fuit iudicatum tempore suo.refert Grãmati.in consi.35.sub.nu.27.vbi citat sequaces. Et no.quòd accusator non tenetur hodie se obligare ad pœnã talionis, quia pœna talionis ex cõsuetudine est sublata. Arno.in Cõmenta. 13. quando autem reus sit absoluendus ab instantia, uel ab obseruatione iudicij, uel amplius non impetendus.ponit Couarru.in tractatu uariarum lec.lib.1.ca.1.nu. 8.de accusatione.Claudius in regula crimi.4.& ibi ponit. quid sit denunciare. Et de ipsa accusatione tractat fusius. Iul.Clar.in sua prac.cri.lib.v.§.1.&.q.x.& xij.

Actio.

ACTIO ex statuto an sit pœna perpetua? respon.Bar. in l. omnes populi. q.4.5.q.prin. ff.de iusti.& iu. Et actio utilis in pœnalibus statutis locum non habet. Bal.con

 si.495.

si.495.nu.3.in.1.parte.Item actio ex statuto, quæ punit delictum publicum publica est.Bar.in l.1.de concussio.in l.1. in vlti.col.uer.quæro quid si per statutum.ff.de publi.iudi. in l.2.§.fi.in princ.ff.de præuaricato.

Adherentes.

LOQVITVR pœnale statutum de adhærentibus. Qui nam sunt adherentes? respon.Bar.in consi.25.in 2.ubi dicit,quòd adherentes propriè illi dicũtur, qui sunt eiusdẽ uoluntatis, cuius est principalis. cap.apostolicæ. de iudi. lib.6.& in auth.de aliena.& emphy.§. Economos, qđ dicit utile Bar.pro capitulis pacis.vide Oldra.in consi.330. sub nu.5.& Fely. in rub. de treuga & pace.col.5.uer.quinta declaratio.& per Alberi.in dictionario in uer. isto. Et not.ꝙ si Princeps facit pacem pro se,& adhærentibus suis,intelligitur de adherentibus præsentibus,& non futuris Marsil.in prac.cri.§.agredior.sub.nu.47.& nu.84.pag.137. Et uerbũ coherere,idem ferè est,quòd adherere,sic solo ædificia,nõ autem acceruum herere dicimus. l. qui acceruus ff. quod ui aut clam.Spiegel.in uer.coherere:in Lexicon. Et stante statuto, quòd bannitus non possit extrahi de banno,nisi de voluntate offensi,uel hæredis,vel eius,ad quem facere spectat,pax facta principalibus,ligat etiam coherentes.c.1.de postula.prælato.Inno.& Ioan. Andr.in d.c.ad apostolicæ. de re iudi.in 6.quod intellige,siue expresè fiat mentio in pace de coherentibus, siue non.quia de ipsis etiam actum uidetur.Ange.& Moder.in l.quæ religiosis ff.de rei uendi. licet tutius sit exprimere.Ange.in auth.de hære.& Falci.in prin.& de alie.& emphy.d.§.Economos.& tenet Alexander.in l.si conuenerit.§.si nuda.ff. de pigno.ac.Firma.in reperto.in uer.pax facta.Nouellus in prac.crimi.ad fi.ubi de pace fusius.& Bal.in qq.ad statu.uer. Pax.Moronus nouissimè in tracta.de fide, treuga & pace. Qui nam uerò dicantur sequaces,& participes delicti? tradit Fely.in c.olim de

accusa.

accusa.col.2.Et qui dependentes, & connexi? tradit Imol. in consi.139.& seq.& ibi, de incidentibus.de incidentibus quoque, emergentibus, connexis, & si quæ sunt simi.ponit Plotus. in repeti.l.si quando.nu.638.C.unde ui.& Boeri in dec.54.Et de Coherentijs, adiacētijs, & pertinētijs rei, fusius tractat Hiero.de Mon.in trac.de finibus cap.80. Et de uicinia,confine,coherentia,& simi.Lucas de penna.in l. quicunque C.de omni agro deser.col.fi.Et de adhærentibus, complicibus,particibus,corporalibus · sequacibus,& similibus. ponit fusius Iacobi.de S.Gorgio. in §.de adhærentibus.pagi.103.in sua inuestitura.

Additio.

AN idem quoq; iuris intelligatur replicatum in additione, quod erat in ipso statuto, quo ad pœnam, & alia? respon. Lapus.quòd sic in clem.statutum. de elec.super uer.consuetudine; quod dicit singu.ibi Cardina.plenè Corsetus.in eius no.in uer.additio.quod intelligit Rui. post alios in consi.23.nu.28.in 5.vol.etiam,si non dicatur. Vide Euerar.in centuria legali in loco à ratione legis larga,ampla,seu generali ad extensionem. in 3.casu princ.in uer.circa quod uolo te scire.pagi.289.ubi bene.Fely.in c. 1.col.2.de iureiu.Deci.in consi.90.col.fi.Et quando dicatur additio ad statutum,uel declaratio? Vide omnino Fely.in consi.33.& ibi,quando possit fieri, & teneat declaratio ad statutum.

Admenatio.

STATUTUM disponens, quod percutiens puniatur in decem. Pone aliquis admenauit, sed non percussit. Teneturne utili actione ex illo statuto? resp. quòd non. per nota. in l. si quis non dicam rapere. C. de Episc.& cler. Ange.in l.item apud Labeonem.§.1. ff. de iniurijs. vbi tex. de admenatione, de quo Barba.in consi.11. col. antepen.

in 1.

in 1.vol.Non.n.valet consequentia. Talis admenauit contra talem: ergo eum vulnerauit, quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.l. neque natales.C.de proba.l.non hoc.C.unde legi.l.Papinianus.ff.de mino.Marsi. in consi.63.sub num.10.in 1.vol.dic alia ut per Firma.in reperto.in ver.Admenatio.

Adulterium.

AN pœna adulterij locum habeat in adultera in cognita? respi.ut per Gramm.in decis.Neapo.31. Et si quis dicat Titium cōmisisse adulterium cum dolo, & fraude, nō obtinebit, si probaretur mulieris uoluntas. Roma. in cōsi. 167.incip. Antonius. Et not. q; per confessionem mulieris adulteratæ, & fornicantis, non probatur adulterium, præcipuè ad condemnationem. Syluanus in consi.50.nu.41. in princ. Et not.quòd non prohibetur adulter per statutum facere pacem cum marito adulteratæ uxoris. Bart.in consi. 175.nu.1. Item not.quòd si maritus uerberauit hic uxorem .s.Bononiæ, & ipsa propter timorem aufugiat Ferrariam, postea eam accusat de adulterio, & condemnata fuit in amissione dotis, maritus propter affectionem suam de illi condemnatione, non debet habere illam dotem. Ancha. in consi.409.incip.probata tanti uiri seuitia. de quo Marsil.de Fideiusso.num.154.ubi plenè de matre adultera, & filio ei dotem negante, & de adulterio excipiente. Menochi. in conf.31.per totum. Et ibi qualiter probetur adulterium. & hæres mariti an possit excipere, uel accusare de adulterio. Et si per testes infames probaretur adulterium ex forma statuti, non tamen probabitur matrimonium, quod quidem probare necesse est, ad hoc, ut quis pœna statuti puniri possit. Firma.in reperto.in uer.isto. Quid si quis committit adulterium simul & semel cum incestu, & statutum solùm punit adulterium? respon.Corn.in consi.19.in 4.an statutum de adultero torquendo habeat locum in adultera,

ma-

maximè, quādo iudicium est intentatū ciuiliter? resp. ut per Bal. in consi. 6. num. 8. in 5. an statutum puniens adulteriū commissum cum muliere malæ famæ, extēdatur ad iudęū adulterantem cum muliere christiana? resp. ut per Io. Bapt. in l. omnes pop. nu. 271. ff. de iusti. & iure, an qui dedit pecuniam mulieri adulteræ teneatur pœna statuti? respon. ꝙ sic. Ang. & alij. de quibus Marsil. in l. 1. C. de rapto. virg. nu. 20. Signorol. pulcherrimè in consi. 58. Quid si mulier more meretricio incedit, & uiuit, an punitur adulter tali statuto, etiam si sciat eam esse nuptam? respon. quòd non. Ange. in l. mater. §. mulier. ff. de adulte. & in l. si uxor. §. sed & in ea. eo. titu. Tiraquell. de legibus connubia. in xiij. l. sub num. 23. in fi. ubi & alia. Vide Iul. Clar. in prac. in §. adulterium. Item qui decipit mulierem cum promissione pecuniæ, tenetur d. statuto. Maranta in pract. pagi. 88. Parisi. in consi. 160. in 4. parte, & Cassane. in rub. consue. Burgun. de rapt. num. 54. ubi de adulteris fusius. Et ibi etiam dicit, ꝙ statutum ipsum locum non habet in adulterio facto cum uilissimis personis. ad quod facit dictum Bart. in l. quæ adulterium, C. de adulte. ubi cum meretrice nupta non committitur adulterium, & fuit opinio Vltramontanorum, & fortè melius dixerunt, quàm glo. in d. l. quæ adulterium, quæ videtur tenere contrarium. Vide Cottā. in uer. meretrix. & in uer. mulier propter adulterium. Et in ver. uxor suspecta de adulterio. & uide omnino Rolan. à Valle, in cō si. 34. in secundo vol. Hactenus de adulterio, & non ultra, ut cum Hieronymo, in Hieremiam cap. 2. in princ. Reprehē sibile (inquit) nimis in scripturis, siue breuitati, siue longitudini connexum. Nam alterum sensus legentium obturat alterum studiosorum desiderium præcedit, & Imperator damnat uerbositatem, in l. fi. §. in refutatorios. C. de appell. ut ex glo. Instit. de successio. subla. in prin. per illum tex. Ad de Chirco. in tractatu. receptarum scientiarum, centuria 1. conclu. 5. & 6. & seq. Iul. Clar. in §. adulterium, in pract. cri.

Affectus.

Affectus.

AFFECTVS enim statuto non punitur, si non sequatur effectus, quia per generalem cõsuetudinem hodie iuribus contrarijs est derogatum. Ange. in l. fi. ff. ꝙ quisque iur. Fallit in crimine læsę maiestatis, ac patrię oppugnate. Item fallit, quando lex solum affectum siue effectu considerat. Bar. in l. generaliter. §. si igitur. ff. de calumnia, & in l. si quis legatum. ff. de falsis. Maran. in pract. in 4. parte princ. sub num. 54. & seq. vide Gramm. in decis. Neapoli. 74. Marsil. in consi. 83. incipiente, stante statuto, quòd qui conatus est committere adulterium, capite puniatur, quidam attentauit, & quia mulier acclamauit, ipse aufugit, an decapitabitur, vel alia pœna punietur? resp. ut ꝑ Bal. in consi. 336. in 1. par. nu. 1. incip. statutum, vide Fel. in tract. de conatu. Et no. ꝙ non punitur quis pœna ordinaria, si priapum mi sit in ano pueri, & non perfecit. Afflictus super constit. lib. ij. tit. 3. §. adulterium, nu. 12. pagi. 182. ex generali scilicet consuetudine. vide Menochium, de arbi. iudi casu. 360. & infra dicam, in uer. sodomias. Stante statuto. quod qui conatus est committere adulterium capite puniatur. quidam attentauit, sed non perfecit, non punitur. Bal. in d. consi. 336. stat utum dicit, quod non possit cognosci de adulterio, stupro, uel incestu. Extenditur etiam ad attentatum. Bal. in consi. 6. in 3. Quid si statuto cautum reperitur, ꝙ de adulterio, stupro, uel incestu, cognosci, uel inquiri non possit nisi ad accusationem porrectam per certas personas: quod statutum uiget in ciuitate Tergesti. Syndicus autem villæ denunciauit curiæ Maleficiorum quendam, qui attentauit cognoscere monialem, an punietur tali statuto? resp. Bal. quòd non in consi. 16. in. 3. vol. quando puniatur attentatio effectu non sequuto. Soci. in fallen. 31. in uer. attẽtatio. Dy. in regula Peccati. de regu. iur. in vj. & de uerbo attentare, plura Bal. in consi. 24. in. 4. Ange. in auth. de manda. prin. §. fi. Et

fi.Et de attentione fusius per Cassane. in consuet. Purgun. in §.5.pag.55.in 21.casu.Milleus,in pract.crim.pag.iij. sub num.25.Tiraquel.in tract.de pœnis causa.38.cum seq. Viuius in trac. comm.opi.ver.statutum puniens delicta, pag. 240.Duennyas. in regula 35.litera affectus. dñs meus Alciat.in consi.28.lib. 7. Nouellus in regu. 113.Rol. à Valle in consi.50.in primo uol.ubi propter adulterium mulier potest agere ad separationem thori,& consequi suam dotem, & iure amittit donaria, Vide reliqua per Iul.Clarum in q. 92. vbi plenè.

Aggressor.

DICIT statutum.Si quis aggressus fuerit aliquem cum armis, puniatur, & infra, si uerò sine, in centum.Quidam armatus aggressus fuit aliquem, an punietur in centũ, an alias, ex d.statuto? respon.Bal.in l.1.ff.depositi.in lect.antiqua distinguens. Nam aut statutum dicit, si quis armatus aliquem aggressus fuerit puniatur in mille, & tunc punietur ex illo.aut dicit cum armis fuerit aggressus, & tunc si fuerit aggressus armatus,nec posuit manus ad arma,mitius punietur, & ait se Bononiæ obtinuisse. Vide Ias. in titulo de actio.in institu.in ver.& maleficijs. sub nu.80.& Bar.in consi.103.in 2.lib.vide Iul.Clar.in prac.cri.§.fi. q.84. Menochi in casu.363.de Arb.Iud.Iustinianũ Bondenariũ Ferrariensem,inter consi.crimi. diuersorum per Zilettum consi.103.in tomo 2.Et not.quòd aggressus non tenetur fugere. ut cõmunis est opinio,de qua Lauren. Chirconius Receptarum scientiarum, lib.primo,centur. prima concl. 10.

Agnatus.

AN statutum,quòd agnato delinquente,cęteri de agnatione teneantur, sit ualidum. respon.Bar.quòd sic. in l.iure prouisum.C.de fabricen. lib. xj. vbi Bar.no.quòd in d.l.unus pro alio tenetur, allegat concor. vide Bald. in

rub.C.res inter alios acta,& l.1.C.ne filius pro patre,& l. si qua.ff.de ijs,qui sunt sui. Corsetus, in uer. Statutum, & infra dicetur.

Alapa.

STATVTVM dicit. Si quis dederit alicui alapam, puniatur tali pœna.Titius dedit alapam Seio, quæ Seius nō accusat, sed alius, tanquàm quilibet de populo, an punietur Titius? respond.Bal.in rub.C.qui accusa.non possunt, sub num 9. ꝙ sic. Nam quotiens pœna venit applicanda fisco, vnusquisq; rectè accusat.Gramma.in decis. Neapoli.14.Et si quis uno impetu plures dederit alapas, plures pœnas patietur per tale statutum.ſm Alber.in l.illud.§.si idē.ff. ad legem aquil.& in qq. ad statuta. & fusius, in l. quicunq;. C. de seruis fugit. & in l. relegati. ff. de pœn.l.fi. ff. de termino amo.l.3. ff. de collegijs illici. Item si statuto cauetur,quòd dans alicui alapam puniatur in centum, quorum dimidia offenso,alia dimidia fisco applicetur, si Princeps facit rescriptum, in quo eū liberat a pœna statuti, tale rescriptum non tollit ius offenso,quamuis subdito.ſm Porcū.inst. qui bus mo.tollitur obliga.per glo.in l.2.C.de in ius uocan.de qua Ias.in l.iurisgen.§. specialiter.ff.de pac.

Alienans.

STAT statutum,quòd bona homicidę fisco applicentur. Quidam uolens interficere hominē,uel quid aliud mali facere.omnia bona alienat. deinde maleficium commisit, ex quo condemnatur. An fiscus consequi potest illa bona alienata? resp. ſm Ias.in §.item si quis.sub.nu. 58.institu.de actio & Bar.in l.post contractū.ff.de dona. ubi & alij. Christof.Porcus inst.ex quibus cau.manu.non licet. Bar.in l.si ventri.§.fi.ff.quę in frau.credi.Claudi.in regu.cri.138. Item si per statutum prohibetur alienatio, sub tali pœna, nunquam per uerbalem pignorationem incurritur in pœnam

nam. ſm Bal.ſup uſibus feudo.in.§.at ſi liuellario. ad fi.qui bus mo.feu.amitta.Secus in his,in quibus iuris effectus cõ ſideratur. quod probat. Item ſtatutum prohibens alienationem rei immobilis in forenſem ſub pœna, ualet. Iul. Clar. in prac. crim.q.82.in uer. ſtatutum quinto. Et hæc eſt communis opinio. vbi & alia per eum,vide Diaz.in regu.699.vbi ponit limitationes.& Fabi.in tract. de emptio. & uendi.q.3.nu.44.uerſ.vigeſimo primo quæro.Fely.in c. ſi.col.ante pen.de accuſ.Alex. in conſi.157 nu.13.in 2.vol. & in conſi.201.col. 2.verſ.idem uidetur.in 2.Barba.in tracta.de Pręſtan. Cardina.in 8.q.incip.baſilica.nu.18.Maria. Soci.in tracta.de oblatio. Marſil.in ſingu. Corſe.in trac.de minimis.nu. 13.uer.decimonono adduco.Barba.in conſi. 43.in princ. Bal.in l.filiusfam. §.diui. col.3.ff.de leg.3.uer. quæro an per ſtatutum. Deci.in conſi.661.in ulti.par.Rimi.in conſi.244.in 2.& 243. Rolan.à valle. in conſi.21. nu. 18.in.prin. Tiraq.in tracta. de retrac.in prin.nu.20. dilec. de arte teſtan.in cautela.40.tit.5.Corne.in conſi.111.in 3. Alber.in qq.ad ſtatuta q.2.par.ij.& q.63.& ſeq.Cur.ſen. in conſi.27.nu.8. Anchara. in conſi.169.Iaſ.in. l.filiusfami.§. diui.nu.38.ff.de lega.primo Barba.in addi.ad lectu.Bal.in l.nulla.in 1.lec.litera,A.de iure do. Alciatus.in conſil.31. lib.vlt.Cephal.in conſi.246.in 2.incip.& ibi nu.5. Alex.in l. ſi tibi.ff. ſi cer.peta.Paul.de Caſt. in conſi.60.in 2. & 89. eo volum.

Allegare.

SI per ſtatutum ſit prohibitum,ne Doctores ſalariati uadant ad allegandum,& contra faciant,debent puniri priuatione matriculæ, & ſalarij illius anni.Bal.in l. placet.per illum tex.in fi.C.de epiſco.& cleri.Roma.in ſing.264.Cotta.in lib. rerum memorabi. uer.pœna inſolita. col.fi.

Alterius.

STatutum dicens, quòd si quis damnum dederit in re alterius, condemnetur. &c. intelige alterius, vt scilicet significet dominum, aut possessorem. ſm Bar. in rub. C. de nouo codice. compo. uel facien. sub nu. 5.

Animal.

STatutum punit homicidam, an comprehendat animal brutum, quod comedat hominem, uel quid tale agat, respon. Guido. Pap. in q. 239. Claudi. in regu. cri. 132. ubi dicit, q sic. Iul. Clar. in prac. crimi. q. 99. uer. quæro etiam si animal irrationale, vide Gandi. in trac. maleficiorum. & Bonifa. vitali. in tit. de damno dato. sub. num. 15. vbi dicit, quòd si quis tenet lupum, uel aliud animal, quod det damnum, tenebitur in quantum iudici uidebitur. quia nullus debet tenere animal per quod damnum inferri possit alicui §. pen. insti. de lege aquilia. &. ff. de ędili. edic. l. 2. & l. generaliter. cum l. seq. Plotus. in l. si quando. sub. nu. 874. & seq. C. unde ui. Specula. in tit. de emptio. & uendi. §. nunc dicendũ. uer. quarto cõpetit hæc actio. vbi vide de eo, qui tenet super uia canem mordentem, quomodo agatur contra eũ. & vide Gui. Pap. in consi. 95. nu. 5. vbi defendit quendam villicum, cuius canis momordit quempiam absq; eius culpa. vide tamen postea. ibi.

Appellatio.

AN à pœna statuti appellari possit? resp. ut ꝑ Bar. in l. 1. col. 6. C. ne ex delic. defunc. & limi. ut per eum. & per glo. in c. cupientes. §. quòd si. uer. priuatos. de elec. in 6. Et nota quòd valet statutum, quòd in causis criminalibus non appelletur. ita Albe. in qq. ad statu. q. 55. in 3. parte. Et licet à statuto non appelletur, à sententia tamen lata ex forma statuti fortè appellatur. Alberi. in qq. ad statu. uer. appella. peru-

la.Perusi.in c.reprehensibilis.de appella.nu.8.& in c.consuluit.eo.tit.vbi dicit,quòd ab iniquo statuto potest appellari, licet à pœna legis non appelletur. &.d.statutum intelligi debet, quo ad negocium principale,& quo ad causam principalem,& diffinitiuam. secus quo ad interlocutoriã: vel quo ad aliquid incidens.Guil.de Cuneo.Bal.Alberi. & cæteri.in l.si ex causa.§.nunc uidendum.per illum tex.uer. si cum ex damno.ff.de minori.sequitur Bened. de Plumbi. in.l.etiam.§.absens.ff.de manu.vindic.& Alex.& Ias.& alij. in rub.ff.de re iudica.vnde statutum Ferrariæ,quod interdicit appellationem in causa criminali, non habet locum in causa ciuili incidenti,& occasionata ex causa criminali. Riminal.in consi.579. in tertio. vol. Nec habet locum in casu mixto. sm dñm meum Alcia.in consi.12.nu.6.in vij.lib.vide appella.in cri.Claud.in regula cri. 163. & seq. & ibi dicit an cõtumax appellet? & vide omnino Iul.Clar.in Prac. crimi.q.94.per totum. Item siquis in conspectu populi hominem occidit,se necessario defendendo,vel bãnitum, qui licitè ex statuto occidi poterat,poterit appellare quia in notorijs limitatur statutum.ita Iaffredus.in decis.450. Perusi. in.c.proposuit.secundo nota.de appella.An valeat.d.statu. quod uetat appellationem in criminali?Nicellus.in trac.de concor.glossarum. sub num.253.dicit quòd uon. Item admittitur appellatio ab interlocutoria,quæ habet uim diffinitiuæ, stante statuto,quòd appellans non audiatur, immo puniatur?Quid dicendum? uide Bal. in l.fi.C.si reus, uel accusa.mor.fue. Item statutum prohibens appellationem certi delicti,trahitur ad omnem condemnationem ex dicto delicto originaliter descendentem.sm Bar.in cosi.incip. Gerardus. nu.1.Bossi.in prac.cri. ubi ẽt de appellationibus agit.

Arbitrio Iudicis.

QVotiescunq; statutum cõmittit aliqd iudicis arbitrio, iudex nõ tenetur in syndicatu.sm Inn.in c. consequestus.

ſtus.deferijs . de quo Paul.de Caſt.in conſil.246. in 1.vol. num.2. vide omnino Iul. Clar.in prac.crimi.q.83 . vbi tractat, quando quis puniatur arbitrio iudicis.& fuſiſſimè Menochi.in tract.de arbitrio iudicis.per diſcurſum,& omnino Rol.à val.in cõſi.55.in.3.vol.nu.47.vbi agit ét de verbo placuerit, & uidebitur . Et no . quòd habens arbitrium contra fures, cenſetur habere arbitrium etiam contra deflorantes virgines. Ange. in auth. de leno. per illũ tex. ver. caſtitatis furtum.Plotus. in.l.ſi quando.ſub. nu. 45.cum ſeq.C. vnde vi. Et vbi pœna eſt arbitraria, nunquam poteſt extendi uſq; ad mortem.ſm Albe.in.l.hodie ff.de pœnis. Ang. in conſi. 14. in fi.Ang.de Aretio. in.§. prẹterea inſti. de actio. quidquid dixerit glo.in .§ . in ſumma inſti.de iniur.quæ eſt communiter repobata.ſm Affl.in deciſ.276.Salui de Peruſio.& eius collegã.inter conſil.crimi.in conſil. 34.tomo . 1 . & in conſi. 92.ſi uis habere plura,quæ iudicis arbitrio relinquũtur . vide Marſil. in.l.quæſtionis.ff.de.qq.& Caſſane.in conſue.Burgun. in.§.fi.ad fi.pagi.42.vbi plura congerit & Monteleo.in practica arbitraria,parte.5.ſub. nu. 29.pagi. 385. & parte.7.q.8.pagi.499.vbi fuſius.Fely.in.c.ex literis.ſub.nu. 21.de conſtitu. & remiſſiuè per Clari.d.q.83.§.fi. qui ponit plures caſus in quibus iudicis arbitrium uerſatur . an autem fieri poſſit pactũ de quota litis interminis.d.ſtatuti?Reſ. ſm Plotũ.in.l.ſi quãdo.nu.539. C. vnde ui.& no.quod ſi poteſtas habeat plenum arbitrium in condemnando,non cenſetur habere arbitriũ in procedẽdo . Ita, vt poſſit terminũ maleficij coarctare, vel prorogare.ſm Iaſ.in.§.bonæ fidei inſti. de actio. ſub nu.24.& tenetur pro ferre ſententiã infra tempus inſtantiæ.Itẽ ſi ſtatutũ concedat liberum arbitrium,& quod non teneatur ſtare in ſyndicatu. videretur tamen remittere leuem, & leuiſſimam culpam, non autem dolum , vel latam culpã ſm Bal. Ang.Imo.& cæteros.ĩ.l.ſi ſeruus vetitus.ff.de leg. 1. ita Rui.in conſi.95. in. 5. nu.6.Item ſtante ſtatuto, quod ex tali delicto quis puniatur tali pœna pecuniaria , vel in

perſona,

persona, inspecta qualitate delicti,& conditione personæ ar bitrio potestatis,non propter hoc poterit comparere procu rator. ita Signor. in consi. 168. incip.statuto ciuitatis Papiæ Anchara.in consi. 273.incip.plenè,& subtiliter.de quo Ale xandri. in suo tracta.de potesta.procura.& defenso. in causa cri.sub.nu.92.Item licet iudex habeat arbitrium à statuto in criminalibus, non propter hoc poterit aliquem torquere, non præcedentibus legitimis indicijs. ita Paulus Leaz.in.c. grauis.de deposi.cum simi. vt per Grammati.in consi.3.sub. nu.19.& tale statutum intelligitur, vbi est delictum. Bal.in cõsi.144.uol.1.Item, qui ex forma statuti habet arbitrium, si enormiter grauat, puniri debet. quia ratione enormitatis ꝑsumit in dolo.secus,si modicè ledit. qđ no.ff. de arb in.l.si de meis.§.recepisse.& in.l.sed si seruum.§.si quis iudex. Nã faciens contra prohibitionem legis certam pœnam non irrogãtis extraordinẽ, iudicis arbitrio debet puniri. ita Claudius in regula crim.91.& 92.Amplia,etiam si statutum diceret, iudicis arbitrio,& uoluntate. quia istud debet intelligi sanè, ut not.ff. de arbi.l. penul. & not. Dyn. in.l.3 .C.de dotis promissio.In ratione.n.est uolũtas,secundum Philoso phum.in.3.de anima.de quo Bal.in rub. de pœna iudi. qui malè iudi.& ideò volũtas,secundũ Bal.ibi,debet esse bona, & non mala, & vbi agitur de alterius præiudicio. & iustitia continetur in naturalibus argumentis.vt idem Bal. dicit.in. l.idẽ.C.loca.Affiic. indecis.Neapoli.80.sub.nu.6.Ias.in.§. in bonæ fidei.insti.de actio. & glo.in uer.reformationes in prag. Sanc. de elec. & reserua. pagi. 55.nu.5.Bal.in .qq.ad statu.uer. isto,& tale statutũ operatur ẽt circa solemnia iudiciorum, circatum decisiua, & sic circa defectum probationis nihil operatur ut no. per Dy. in.l.Lucius. in princi.ff. de mili. testa. & quòd no.in.l.milites.C.eo.Signorol.in consi. 245. in fi. vbi de arbitrio bene multa dicit. Vide Neuiza.in consi.75. Beninten.in decis.Bono.31.Viuium.de communi opi. in uer. promittens stare diffinitioni offensi circa æstimatione

tionem iniurie.vide Ferrettum.in consi.160.

Argumentum à contrario sensu.

ARgumentum utiq; à contrario sensu non habet locum in statutis, si in aliquo ex eis caueatur, statuta non recipere extraneum, vel subāditum intellectum, vel dicat, quod statuta ad literam intelligantur, pro ut iacent. Euerar. inuer. in centuria lega. loco isto, aliàs secus. Et limita etiam, nisi argumentum illud sumatur, statuentes inciderēt in pœnam, quia tunc nec sumitur argum. Ro. in sing. in ver. argu. Fel. in.c. cum.M.ferrarien. nu.12. de constitu. an & quando in statutis aliquid disponentibus contra ius commune, possit sumi argu. istud? resp. Ias. in consi. 201. nu.5. in secundo. Sumitur autem, quando disponit super casu non prouiso à iure cōmuni. Maran. in prac. in.3. par. primæ partis. sub. nu. 123. Capiccius. in decis.21. sub nu. 5. vi. Neuiza. in sylua. lib. 1. in pœnalib. quoq; à minori ad maius negatiuè arguere licet. Claudi. in regula crimi.89. nu.1. l. capitalium. §. & ut generaliter. vers. est.n. inconstās. ff. de pœni. vide plura de isto argumento à contrario sensu. per Campegi. in tracta. de testi. regula.428.

De Armis.

STatutū puniens deferentem arma, non comprehendit viatores, ad forum uenientes. Cardi. in clem. 1. ver. pręfatæ.6.q. post gl. de statu monacho. vide omnino Iuli. Clar. in prac. cri. q. 82. ver. statutū.6. vbi de armis, & ad statuta & proclamata facientia. Et no. quòd non excusantur forenses, cum sint generalia statuta Italię de armis non portandis ita. Petr. Rauen. §. ī eius aureo alphabeto. ī ver. Bladum. Plac. in epito. delic. cap. 8. & Menochi. de arbi. iudi. casu. 394. & decisio. perusi.31. per totum. de delatione armorum tradit etiam Gui. Papę in q.437. & in constitu. regni.1. vbi ponit xx. casus, in quibus licet arma deferre. de quo Cassane.in

ne.in consue. Burgun.pagi.21.sub.nu.108.vbi & Cassaneus fusissimè de hoc.vide Bar.in suo.trac.de armis.Rolan. à Valle.in consi.3.in.2. Et no. quòd si quis venenat arma,punitur acriori pœna, & acerbiori, quam ponat statutum.Barba. in tracta.de cardina.lega.à Lat.in.2.q.incip.Basilica. sub.numero.14.quod probat.Item si quis peruenit ad locum destinatum cũ armis, & statim proiecit arma,nõ sufficit, qui imo punietur apso statuto. Nam & tunc dicitur uim intulisse cũ armis quia sufficit posuisse timorem in aduersarium.glo.est. no.quam ibi ponderat Ange.in.l.3.§.qui mariti. ff. de vi & vi arma. Item. d.statuto non comprehenderetur, qui propter guerram,vel partialitates deferet arma permittente potestate. Bal.in rub.C.qui admitti. & in.l.obseruare.§.proficisci.ver.primo quæro.ff.de offi.proconsul.Sozi.in fallen.30. nu.7.vbi etiam dicit,quòd arma non debent deferri in presentia iudicis,neq; in congregatione,nec in cetu scholariũ, nec in palatio principis, vel cetu communis consilij. vide Bonicon. de curtili in tracta.de nobilitate.in.5.parte. sub. nu.72.& seq.vbi dicit quòd doctores possunt arma impune deferre. Fely. in rub. de magistris. nu.1. col.2.Alberi.in. qq. ad statu. q. 13. parte. 2. ubi dicit valere statutum,quòd credatur familiæ potestatis,asserentis de armis gestis, Potest tamen contrarium probari.item non intelligitur prohibita armorũ delatio officialibus,& familię iudicis.glo. in.c. statutum.de hæreti. in vj. vide Alberi.in.qq.ad statu.q.115. in.2.par. & archiepisco. floren.in eius summa. titu. de excõmuni.cap.58.sub.nu.3.Roma in.singu.564 Ias.insti.de actio. ver.& maleficijs. sub. nu.80.cum seq.& Bal. in.qq.ad statu. ver.isto ver.& in autht.de armis.& fusius per Marsil.in prac. cri.§.pro complemento.& Petr. Rauenn.in tracta.de consuetu.sub.nu. 202. ubi dicit forensem teneri pro delatione armorum. licet pœna sit mitiganda, & quòd ita habuit in facto.Crauett.inconsi.115.sub. num.4.in.1.vol.Item si iudex videt aliquem arma gerẽtem,absq; relatione aliqua, potest
 illum

illum punire? Bal.in.l.si duo semel.ff.de arbi.& allegat.l.si irruptione.ff.fini.regun.per Cassane.in consu.Burgun.§.vij. in addi.glo.1.pag.74.sub nu. 3. Si statutum dicat, si quis fuerit inuentus cum armis,puniatur. non intelligitur inuentus nisi sit captus,& appræhēsus.ita Bar.in.l.1. ff. de acq. poss.su per glo.in ver.crimi. vbi & Alex.nu.77.per.l.si barsarotam. vbi docto.C. de fideiusso. & Cy.in.l.licet.C.de acqui.poss. & Bal. in.l. item lapilli. in fi.ff.de rerum diuisio. Ange.in.l. qui seruum.ff. de ver.ob.vide Cassan. vbi supra pag.23.sub nu. 1. vbi agitēt de re inuenta. & in uerbo reperire.& fini. & subdit, quòd si quis repertus sit per familiam potestatis extra domum, & ab ea in domum fugiens se recipit,capi non potest. quod fusius persequitur. Item si satellites potestatis inueniant aliquem arma habentem,quem non appræhenderint,sed fecerint in actis scribi,qualiter ipsum cum armis inuenerunt: talis scriptura etiam absq; captura operatur,& punietur per statutū. ita Bal. in l.ictus fustiū.ff.de ijs,qui no.in famia.& Marsi.in d.§.pro complemento.& in singu.395.Cępol.in.l.si fugitiui.C.de seruis fugiti.sub.nu.74.cum seq.vbi plenè loquitur de armis &Firma.in illo.uer.armorum portatio. Item si statutum concedit scholaribus arma impune deferre, & fiat edictum,quòd arma deponantur, ipsi non tenentur deponere. quia beneficium portandi arma scholasticis concessum,est speciale,& ideò non obstat statutum generale.Scodibius.in auth.habita. C.ne filius pro patre.ī ver.hac generali. Item statutum prohibens facere adunatam cum armis vltra quatuor,sub pœna,non compræhendit eos, qui cū ligonibus, bipennis, & similibus currerent ad rumorem insultus ita.Corn.in consi.199.in 4.uol.Item si statuto caueatur, quod portans arma puniatur in decem. & alio etiam statuto caueatur, quòd vadens de nocte puniatur in quinquaginta, modò aliquis cum armis de nocte vulnerauit hominem,an debeat puniri in trecētum.& sic in omnibus pœnis? respondet Marsil.in.l.1.C.de rapto.virgi.nu. 54. quòd non

nisi

nisi ex interuallo, & non uno solo impetu illud fuerit perpetratum.vide Viui.in suo tracta. communium opi.uer. statutum puniens,& uer.statutum disponens.Petr.Duen. in regula.55.ubi plenè agit de armis & no.ꝙ si quis ex permissione, aut licentia possit arma portare,tamen si abutitur ipsis armis aliquem percutiendo, puniendus est de delatione armorū ſm.Marsi.in d.§.pro complemento.nu.8.Item si quis aliquem percutiat cum manico rōchettæ,non punitur, ut delator armorū, quia manichus ronchettę non est de armis prohibitis. Luchi.de Curte inter consilia crim. diuersorū per Zilettum.in tomo.1.consi.59. Pila aūt plumbea comprehenditur in statuto de illicita portatione armorum.ſm Arno.post alios epitoma.46.de delatione archobusij permissa per trāsitum,& alia.uide per Cephal.in consi.204.per totum.Item si statutum dicat, quòd nullus portet arma,non compræhenduntur exempti ex priuileg.ſm Pau.de Cast.in consi.187.in cip. Notandum est.col.pen.lib.2.quando iudex debeat dare licentiam ferendi arma alicui propter eius defensionem, ponit Affl.super constitu.incip.ut Castellani. Et not.quòd prohibitus pōrtare arma,punitur,& amittit arma.secundum Bal.in c.1.§. si rusticis de pace tenen. Roma. in singu.263. Ias. in §. ex maleficijs. nu.80.insti.de actio.Marsil. in practi. crimi.in.§.pro complemento nu.12.& de his satis. cum multa,& magna breuiter sint dicenda. ut inquit Valerius Maxi. in lib.4.c.1.Et no.quòd armorum delatio per dominum, & magistratus prohiberi potest.& hæc communis est opinio. Lauren.Chirco.in trac. receptarū sententiorū. lib.1. centuria 1. conclu. 19. & vide de armis omnino,decis.perusi.51.

Assaßinus.

DIcit statutum, quod puniatur assassinus,quis nam dicetur assassinus? resp.ut ꝑ Franc. de Platea in tracta.de excōmuncia.sub rub.de ijs,qui manci. christia.occi. per assassi. vbi dicit, quod assassini dicuntur,qui præcio conducti deli-

cta committunt. Sed Ioan. Andr. in nouellis dicit, quod assassini sunt, qui homines per pecuniam occidunt, & dicuntur à cino cinis, quia cinunt animam à corpore. secundũ Archi. & Firma. in reperto. Sed secundum Bossium, assassini dicuntur, qui vulgo spoliant in uijs homines, vel in domibus. Bossi. in prac. crimi. in titu. de foro compe. sub nu. 141. vide Bal. in consi. 256. in 2. & 383. in 5. & 98. in 1. Blanc. in prac. crimi. & Bal. in consi. 351. in 2. & 432. in 5. Cassane. in consue. Burgun. pagi. 14. & §. 5. pagi. 44. & Iodoc. in practi. crimi. titu. de assassinis. plura Parisi. in cõsi. 166. in. 4. Viuius. in trac. opi. cõmuni. uer. assassini. Gratus in responso. 52. in 2. Rimi. in consi. 54. in 1. & in consi. 561. in. 3. Dida. variarũ lectio lib. 2. cap. 20. Rolan. à Valle in consi. 24. in 1. volum. Iulius Clar. in prac. in §. assassinium. Marti. Lauden. in consi. 40. vbi dicit, quòd assassini possunt vbiq; puniri. Plotu. epito. delictorum cap. 19.

Assectator.

STatutum punit assectatores. qui nam dicantur assectatores. respondet Affli. in decis. Neapoli. 276. per totum.

Assessor.

ASsessor, qui habet iurisdictionem à statuto, minus imperium habere dicitur, quàm ipse potestas. & ideò prohiberi potest per potestatem, ne iudicet. Bal. in l. iudicium soluitur. ver. pone. ff. de iudicijs.

Associans.

DIcit statum, quod associans aliquem reum, puniatur? vltra criminalistas. vide ad intelligentiam huius statuti. Caccialupum in tracta. de debitore suspecto fugitiuo. q. 1. sub nu. 7. Blanc. in l. fi. nu. 201. ff. de quæstio. & infra in ver. auxilium.

Asta ferrata:

ASta ferrata in materia pœnalis statuti, an ferrũ dicatur? respon. Bal. quòd non in addi. Specula. in titu. de homici. in princ.

Aucta pœna.

STatutum auget pœnam contra eum, qui vulnerat in uia publica quid si via est priuata, publicè tamen fit iter in ea, an vulnerans in ea, puniatur ex statuto? respon. Alberi. in qq. ad statu. q. 34. in 2. parte.

Audeat.

STatutũpœnale dicit. Si quis audeat facere tale quid, puniatur &c. Dic, quòd verbum audeat, vel præsumat, dolũ præsupponunt. ita Crauetta in consil. 6. nu. 118. in 1. vol. vbi plures adducit.

Audientia:

DEnegat iudex andientiam ei, cui ex forma statuti non tenetur ius reddere an possit ipse iudex? respon. Bal. quòd sic. in l. illud. ff. quòd quisq; iur. Item statutum denegat audientiam ob non solutam collectam. si quis non soluens percutiat, iudex ex officio non inquirit. Bar. in l. non solum. §. q̃q̃. ff. de iniu. & ibi Apostillantes. Et si statutum dicat, Actionem non dari, nõ audiri, & similia, in ciuilibus opus est vti exceptione, ĩ criminalibus minime. ſm Bar. in l. 1. §. sublata. ff. ad Trebel. & in l. cum lex. vlti. col. ff. de fideiusso. & in l. nam & postea. ff. de iureui. Ias. in consi. 168. in 2. vide Areti. in §. fi. nu. 1. institu. quod cum eo. de isto statuto vide etiam Calcan. in cons. 73. in prin. Et licet ex forma statuti bannitus non debeat audiri, si tamen egit in iudicio, & reus citatus sponte cum eo litigauit, poterit tamen postea, quo ad actus futuros excipere, quia quotiens auditur bannitus,

totiens videtur superuenire de nouo grauamē. ſm Peru.in c. ex parte de appel. col.2.ſub nu.7.per illū tex. Item ſtatutum denegans audientiam, facit, ut quis agere non poſſit, etiam in iudicio fauorabili. Rui. in conſi.49.nu.7.vide Bouium in tracta.de ſtatutaria præſcriptione in glo.17.ſuper ver. ſtatu. ver.de cętero nullatenus audiatur. pagi.34.& Alex.in conſi. 137.col.1.nu.1.in 2.vol.vbi dicit, quòd ſtatutum denegans audientiam,operatur, vt proceſſus ſit nullus.

Auferens de manu.

AN puniatur ſtatuti pœna, qui per violentiam quid de manu alterius aufert aliq̄d? reſpon. Corn.in conſi.44. in 4.vol. Et no. quod verbum auferre habet duplex ſignificatum,cum uiolētia,& ſine violentia . vnde teſtes,qui depoſuerunt,ſe vidiſſe,rem auferri de manibus accuſantis per accuſatum,non probant rapinam,quia debebant dicere,quòd violenter abſtulit. &c . ita Ange. in l. poſtquam liti.col.2.ff.de peti.hęred.

Auxiliator.


STatutum punit auxiliatorem ad maleficiem. Quidam commodauit alicui equum,arma,vel famulum, qui dicebat,ſe velle rus petere,& ibat ad occidēdum quempiam ; an punietur ſtatuto de auxiliatoribus? reſpon.Bal.in l.quicunq; per illum tex. C.de ſeruis fugit. quòd quatuor modis auxilium præſtari dicitur armis, manu,voce , & obiectu. vt dicit Bal . in l. cum dominus.ff. ad Syllani. & nota,quòd non debet dari auxilium ſceleratis hominibus.l. per omnes . C . de defenſo ciui. nec debent ij eſſe ſecuri,neq; ſacrilegi, & derobatores præcipuè rerum eccleſię. vbiq; Bal. in conſi.458. in 4.incip.de auxiliatore.uide etirm Pariſi.in conſi.166.in 4.& no.quòd auxiliator ipſe punitur pœna ſtatuti de committente maleficiū.ſm Marſi.in prac.cri.§.conſtante,nu.47. Couar. in trac. variarum lec.in parte.2.§.12.vide oīno. Nō eſt inquirendum contra aliquem de homicidio per alium perpetrato,

to,tanquam auxiliantem, nisi expræsse dicatur,quòd sciebat homicidium committendum. ita Gramm.in decis.Neapol. 25.sub nu.3.& Marsi.in cõsi.30.in 1.&in consi.24. Item si auxiliatur quis,& ex forma statuti uenit puniẽdus eadẽ pœna, qua principalis, non duplicabitur pœna ipsi, queadmodum & principali, si causa duplicationis eum non compræhẽdit. idem est in diminutione.ſm Bar. in l. liberis.§. posthu. ff. de alimen. & ciba. lega. Are. in tract. malefi.ver. astitit. Bar.in l. is qui opem, ad fin. ff.de fur.vbi & alij. Carre. in prac. crimi.in §.homicidium. Corsetus in singu.uer.auxiliator. Rui. in consi.5.in 5. Et quando impetitur aliquis de auxilio præstito ad aliquod maleficium,& in inquisitione,vel accusatione non apponitur uerbum assistendo, inquisitio,vel accusatio non subsistit.ſm Arno. post alios. in solilo. 61. itẽ, nisi dicat,quòd scienter præstitit auxilium & fauorem sciens ipsum esse ex bannitum &c.Ange. in auth. vt ecclesiast.titu. §.iubemus.Gratus in consi.73.in princ.Alba. in consi.48. vide Bal. in prac.crimi.in q. qua pœna puniatur præstans delinquenti auxiliũ,& fauorẽ, uer. item qui consilium. pag.41. quid sit auxilium cooperatiuum?tradit Marsi.in sing.400. & Gratus in respon. 52. in 2. Rimnal.in consi. 13. in princ. & in consi. 50.eo.vol.per totum,& in consi.59.eo.vol.Cassanc.in consi. 58.per totũ.& Cotta.in ver.opem præstans.in trac.Rerũ memorab. Claud.in reg.cri.98.& pluribus seq.& regula.105.& seq. Iulius Clar. in prac.crimi.§.fi.q.90. Campeg. in tract. de testib.regula 433. vbi fusius.& Parisi. in consi. 52. per totum in 4. vbi uide, quando quis dicatur præstitisse auxilium maleficio, vel ne. Placa. epito. delic. cap. xvi. & nouissimè per Bursatum in consi.65.per totum.vbi uide ẽt de eximente ui captum à beroarijs. & vide etiam Chirconium in receptarum sententiarum,lib.1.centu.1. conclu. 22.& ult.

DE

.B.

DE BANNITIS.



ICTAT statutum.licere bannitum occidere.& alio statuto prohibētur arma portari, sub certa pœna. Quidam interfecit bannitum cum armis uetitis, quomodo punietur? an incidet in pœnam statuti, quod punit arma gerentem? resp. quòd non. nam statutum debet intelligi, nisi portentur arma ex causa licita.& permissa à statuto.argu.l. Gracchus.C.de adulte. cum simi.de quibus Stepha.de Feder. in tracta.de interpræta.iur. sub nu.48. & seq.nam qui uult consequens, uult suum necessarium antecedens, & uno concesso, aliud conceditur. &c. De Bannitis plura Bossius in tracta.crimi. tit.de banni. & Nellus in tracta. de bannitis. & in terminis statutorum, plura circa bannitos deducit Marsil.in prac.cri.in §.vltima. q.per totum, & plenissimè in§.aggredior, & nota, quòd bannitus de uno loco, censetur bannitus de omnibus locis, quæ sunt sub eodem dominio scḿ.Alb. in auth.qua in prouincia.C.ubi de cri.agi opor. & Marsi.in consi.121.nu.11.& seq.in 2.uol. Rol. in consi.60. in 2.uol.

Statutum disponit bannitum à centum libris supra impunè offendi posse. Titius fuit bannitus, & duo maleficia commiserat pro, uno maleficio erant octoginta, pro alio quinquaginta, an ex statuto impunè offendi poterit? respon.quòd non. vt per Bal.in l.si idem cū eodem.ff.de Iur. omnium iud. & glo. in l. ubi fideiussor.& dicit Bal.ibi, quòd decem & decem non faciunt xx. quia non debent aggregari numeri isti.

Statutum dicit, quòd si quis commiserit tale maleficium, banniatur, nec possit stare super territorio ciuitatis. &c. aliquis bannitus reperitur super arbore territorij, à quo fuit bānitus, an erit securus? resp. quòd non. nam poterit detineri, & occidi. l. qui sella.ff.de seruitu. rustic. prædio.ubi Ange. deter-

determinat contra Gonellam histrionem Ferrariensem. refert Porcus insti.de iure naturali.

Statutum, quòd vult bona banniti contumacis publicari, non cōpræhendit bona acquisita post bannū. ſm Alex. in consi. 15. in 1. uol. Statuta, quę permittunt bannitos impunè offendi, sunt introducta pro quiete communi. secundum Bar. in l. opprimendorum. C. quādo liceat sine iud. se uin. & hæc publica uindicta nuncupatur, quæ priuatorum pacto tolli non potest. l. ius publicum. ff. de statu homi. Hoc statutum non habet locum in bannito ob contumaciā. ita Bar. in. l. 1. ff. de in litē iuran. & in. l. 1. C. de cri. stell. & in. l. fi. §. fi. ff. si quis ius dicen. non ob. uide omnino Ias. inter consi. crimi. diuersorum per Zilettum in consi. 52. per totum. item non habet locum in eo, qui proditoriè occidit bannitum, quia ex eo non adiuuabitur. l. fi. C. de delato. lib. 10. & ita Ange. ibi no. per illum tex. pro ut refert Cępol. in consi. 34. nu. 6. & ponit Alberi. in. l. mutus. §. qui non cogitur. qui satisda. cog. Quid si feci pacem cum inimico, & promisi non offendere, sub tali pœna, tamē si postea fuit bānitus, nō ideò prohibeor eundē occidere. quia statutum me excusat à pœna criminali. secus autem à pœna conuentionali. & taliter bannitus habetur pro mortuo, vide fusius per Rui. in consi. 26. nu. 3. in. 5. vol. Bernar. Diaz. in regu. 58. Viui. tracta. communium opi. in ver. statutum disponens. quòd bannitus. Duenyas. in regu. 68. ver. bannitus. Et no. quòd attēditur tempus delicti, quando bona banniti confiscantur, & nō tp̄s sententiæ, vnde si filiusfamiliàs delinquat, quapropter debeant confiscari eius bona, non confiscabuntur bona post hanc sententiam ad ipsum peruēta, morte patris, vel aliàs, ſm Riminal. in consi. 135. per totum. in 1. vol.

Filius banniti prohibetur stare in ciuitate ex statuto. intellige de filio banniti, q̄ in humanis existat. ſm Ale. in cōsi. 20. in 2. vol. Bal. in l. voluntas, & in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & in l. fi. C. de iniu. & in l. 2. C. quando ad lib. per

ue.poss.& in l.omnes po.col.10.ff.de iust.& iu. & Alex.in l. eius. sub nu.2.ff.si cer.peta. item non comprehendit fœminas. Alb. in qq.ad statuta q.64.in 4.parte.& Nata.in c.quamuis. de pac.in 6.nu.58.& Bal.& Saly.in l.quicunq;. C.de seru. fugi.Rui.in consi.70.ad fi.in 2.vol.& Soz.in consi.1.nu.92.in princ.& in consi.3.nu.19.

Statutum prohibet bannitum reuerti posse ad domum, nisi ad hæredibus occisi prius habuerit pacem. Quæritur, an debeat habere pacem à filio, qui abstinuit ab hæreditate, vt sic possit reuerti? respon.Bar. quòd sic.in l.si filius. ff.de vulga. & pupilla.substitu.vide Areti.ibi in versiculo quid si filius abstinet se ab hæreditate paterna? An autem mulier bannitum de banno, faciẽdo pacem, extrahere possit?& dicit Aret.ibi, quòd non. quoniã uindicta nõ pertinet ad fœminam de iure longobardo, secus de iure ciuili, & communi. uide de hoc Tiraquell.de legibus connubia.lib.1.in glo.1.sub nu.61. vide Ias.in l.cum filiusfamilias.nu. 100.ff.de leg.1.& nu.92.& Nouellum.in fine suæ pract.ubi plura de pace.& Firma.in repert.uer. pax. Et no.quòd bannitus habens pacem ab offenso, debet cancellari de libro. quia fiscus non censetur principaliter offensus. secundum illud statutũ. ſm Firma.in repert. in uer.bannitus. & istud statutũ est stricti iuris. ſm Bal.in cõsi. 195.nu.4.in 2.parte.Quid si non adesset hæres, à quo pacem consequi posset? Vide Plotum.in l.si quando.pagi.353.ad fi.& vide Follerium.in prac.crim.in tit.audiantur exceptiones. proponendæ. Vbi dicit, quòd ius uindicandi nõ cõpetit, de morte mariti, nisi uxori.ibi.nu.18.& ideò debet haberi ab ea pax, quia agitur de suo, & non mariti interesse, quod probat.

Statutum defert præmium capienti bannitum, an compre hendat bannitum capiẽtem alium bannitum? resp.ut p Aret. post Bal.& Anchara.in l.qui seruum.ff.si quis cautio. Cagnolũ. in l.fi.sub nu.10.ff.de reg.iur.& Cast.in consi.255.in pri. par.& quòd istud statutum comprehendit, etiam bannitum,

qui occidit bannitum extra territorium. Bal. cõsuluit. de quo Marsi. in sing. 124. & in §. aggredior. sub nu. 51. in prac. crim. Quid si frater occidat bannitum fratrem. respon. Nellus in trac. bãnitorũ. in 3. par. 2. temp. q. 67. uer. quęritur duo ciues. vbi dicit, quòd non. & Cæpol. in consi. 5. sub. nu. 22. & seq.

Statutũ dicens, qđ banniti à centum libris & supra possint impunè offendi. ex hoc non infertur pœna capitalis inde. quia imponitur tantum, vt bannitus purget delictum, & se emendet. ità respondit Bar. in l. 2. in pen. col. ff. de publi. iudi. pro ut eum sic refert. dominus, & magister meus. Alcia. in c. quòd sedem. de offi. ordina. nu. 81.

Statutũ, quòd loquitur de bannito, non uerificatur in bannito, de cuius banno adhuc disputatur. pro ut respon. Bal. in l. 2. ad fi. C. si penden. appellà. mor. fue. quem adducit Sozi. in cõs. 122. in princ. vol. sub nu. 4. Cast. in l. possideri. §. si serdẽ uus quem. ff. de acqui. poss. Vel qui de proximò erat defendus. ut ait Ange. in consi. 283. & Cast. in l. si creditoris. C. de fi deicõmiss. & Bal. in addi. ad Specula. super titu. de accusatio.

Statutum dicit, bannito non soluenti onera communis nõ debere ius reddi, dic, quòd hæc exceptio personam agentis respiciens, potest opponi post sententiam, & in quacunq; iudicij parte, & ad ea, quę faciẽda sup sunt. ſm Pa. de Cast. in l. tametsi. ff. ad Maced. sub. nu. 5. & Dec. in. c. ex parte. de appella. & Iac. Butr. in l. adulterium. C. de Adulte. & Ioan. de Imo. in. c. dilectus. in fi. de rescr. & Bal. in c. de testib. in fi. ex. de testib. Statutũ permittens occidi bannitũ, non comprehendit illum, qui interficit bannitũ, quẽ lictores ducebant ad iustitiam. ut ait Nellus in trac. bannitorũ. in 2. par. 2. temp. q. 28.

Statutũ vult bannitum debere intra mensem comparere, aliàs, ut confessus condemnetur. Si bannitus sciens se bannitum, & fortè citatum per statutum, non comparet, nihilominus appellare poterit, quia non est citatus per iudicem. licet sit per statutũ. ita consuluit Bal. si autem per nuncium fuisset citatus, tunc secùs. sed si per edictum in valuis palatij, uel ec-

clesiarum , habet beneficium appellandi intra decem dies à die prolatæ sententię. ita Paul. de Cast. in l.properandum.§. cum autem. C.de iudi.& Nellus.vbi supra.

Quæritur stante huiusmodi statutaria dispositione, qua cauetur bannitum impunè occidi posse. quidam fuit bãnitus, & à sententia banni appellauit.an pendente appellatione poterit impunè occidi? respon.quòd non.quia sententia huiuscemodi remedio appellationis rescisa fuit cum omni suo effectu.ita dicit.Paul.de Cast.in l.quià Latronis.§.si qs. ff.de testam.ubi, etiã ponit. quãdo deserit appellationẽ. ut ait Saly. in l.2.C.de usu.rei iudi.& Perusi. in c. antepen.de appella.

Statutũ vult bannũ in scriptis redigi.aliàs non teneat.certè si notarius culpa sua illud in scriptis non redigat,bannum erit nullũ.ſm Paul.de Cast.in l.ambiguitates.C. de testame. & Bal.in addi.Specula. in titulo de executio.sententiæ.

Statuto licet bannitum interficere.pone modò.filius interficit patrem.an erit tutus ex statuto? Respon.quòd sic.si pater fuit bãnitus ob patriã expugnatã.ita ait Cast.in l.1.§.ius gentium.ff.de iusti.& iu.& Rui.in consi.4.nu.7.in.5.vol.

Quid si quis ignorans aliquem esse bannitũ, interficit illũ?resp.ꝙ statutum sibi prodest.quia statur ueritati,& non credulitatii. ita dicit Cast.in l.genero.nu.6.ff.de infami.Corne. in cõs.39.in prin.Si bãnitus,qui infallibiliter sperat cãcellari de banno,vt quia obtinuit gratiam in communi, quamuis nõ adhuc sit cancellatus, agat contra aliquem. nulla sibi obstat exceptio. ita Cast. in l. mulier. §. non est dubitandum.ff.ad Trebellia.& Firma.in reperto &.Alex.in consi.114.in 1.vol.

Occidens bannitum, licet impunè id faciat ex statuto,infamis tamen efficitur ita. Bal. l. decutiones.in fi.C.de infami. nam licet sit tolerabile homicidium ita factum,non est tamẽ laudabile.Fallit tamẽ,quoties statutum diceret, posse licitè & impunè,quia tunc nõ efficeretur infamis.tex.est.in l.is qui aggressorem.C.ad.l.Cornel. de sicca. & Fely.in c. quæ in ecclesiarum. nu.15.de constitu.

Statutum

Statutũ simpliciter dictans bannitum offendi posse.intelligitur, vt possit quoq; occidi.Bar.ita docet in cōsi. 188.incip. statuto castri Plebis. & Fel.in c.quæ in ecclesiarũ de cōst.ver. ex istis.& Firma.in reper.& Apostilla.ad Spec. in ti.de cōsue tu.ubi plura.Deci.in consi.1.in.3.Pone, quispiam deliquit, non tamen adhuc est positus in banno ex forma statuti:si deinde banniatur, habita pace. an rebanniri poterit? respon. Cast.in l.cum lex.ff.de legibus,quòd non.

Item pone,statutum dicit,bannitos propter homicidium, cancellari debere de banno,habita pace cum hæredibus occisi.hoc statutum.intelligitur de illis,qui tempore statuti fuerunt banniti. ita Cast. in l.cum tex.ff.de legib.& Rui. in consi.97.nu.5.in 5.uol.

An poterũt offendi res ipsius banniti ex statuto? uide per Marsil.in prac.crimi.in.§.aggredior.nu.16.& in.l.fi. nu. 62. ff.de quęstionibus.& Floria.in l.si quis binas.de usufr. & Firma.in reperto.Et no.quòd beneficia statutorũ non dãtur bannitis. ita. Marsil. in d. §. nu.57.nec ipse bannitus potest sibi mortem consiscere.ita Marsil.ibi nu.17.

Si statutum dixerit bannitos rebanniendos fore.an uideã tur restituti,uel simplicem indulgentiam habere? uide Marsil.in l.1.§.fi.nu.3.ff.de quæstio.Et nota,quòd bannitum spolians punitur crimine expilatæ hæred.ut per Marsil.d.l.fi.§. fi.nu.61.plenè Alber.in qq.ad statu.q.91.parte.4. & Ang.de Are. in trac. malefi.in uer.uestem cœlestem.& Firma. in repert.& Corsetus in singu.uer. pœna.pag.179.

Si aduersus agentem opponitur exceptio banni,aut ex cõ municationis rei. non admittitur replicatio banni in terminis duorum reorum bannitorum, quibus ex forma statutorũ reddi non debet ius.quia potior sit rei conditio. ita Alberi. in l.cum par.ff.de regu.iur.& Cagnol.ibi.

Statutum permittens bãnitum pro debito pecuniario posse impunè occidi,non tenet. ita Marsil. in §. aggredior. nu. 2. in prac.crimi.

Qui

Qui auxilium,uel fauorem præstitit bannito, ex statuto puniri debet.l.eos.cum gl.C.de furtis ubi Paul.de Cast.sub dubio fortè cogitandum reliquit.

Statutum permittens bannitũ impunè occidi posse,an locum habeat, quando pœna uenit applicanda parti,& non fisco?respondet Cæpolla. in consi. 7.

Statutum dicit, quòd quilibet admittatur ad accusandũ. An admittatur bannitus? respondet. Bal. quòd non. in rub. C.qui accusa. non possunt. quòd intelligit in bannito ex crimine,secùs pro debito. An solum possit vulnerari bannitus, si caueatur statuto, quòd possit impunè occidi. respon. ut ꝑ Alex. in l.in suis.ff.de libe. & posthu. Bannitus incapax iure statutario,an sit incapax,quando sub conditione fuit bannitus? respondet.Bal.in l.1.col.peni.vers.secundo quæro.C.de hære. insti. vide Bursatum. in consi. 55. Pone permissum est ex forma statuti bannitum offendere in ære,& in persona.pone.ego occidi bannitum, & vestes suas mecam porto, accusor crimine expilatæ hæreditatis, quid iuris? respõdet Bar. in l. si pœna alicui. ff. de pœnis. quòd puniar, quia licentia offendendi bannitum morte extincta fuit. ut.ff.de pœnis.l. ea lege.&.l.qui sepulchra.C.de sepulchro uiolato.Bannitus á Potestate Pisano,non censetur bannitus nisi à ciuitate pisana,& suo districtu. vnde si offenderetur alibi, etiã à Pisano, puniretur offendens ſm statuta, vbi esset facta offensio,& si statutũ pisanũ dicat bannitũ impune offendi posse. Bal.in l. 1. ff.de ijs,qui sunt sui.& in l.1.ff.de ijs, qui no.infa. in addi.

Statutum disponens bannitum impunè offendi posse, intelligitur, si sit bannitus tẽpore offensionis. ita Ang.in l.siue manifestus. §.tam diu.C.de condi.furti.de quo Ias.in consi. 133.col.1.in.1.vol.

Stante statuto,qđ bannitus possit impunè offendi. Pone, Titius occidit Bertam bannitam. an excusatur à pœna? respondet Nellus in trac. bannitorum. in 2. q.princ.primi temporis.q. 39.quòd excusatur.

Statu-

Statuto cauetur. quòd antequàm quis banniatur, debeat per loca publica p edictũ, uel prçconẽ ei assignari terminus trium dierum, intra quem quilibet, qui velit defendere reũ, vel adesse causę, possit comparere, aliàs nullus possit banniri, pone, iudex, qui contra Titium procedebat fecit edictum p loca publica, quod quicunq; uellet defendere Titium, comparerét infra terminum trium dierum, nec dixit aliquid de eo, qui uellet adesse causę, an Titium poterit bannire? respõdet Nellus in tracta. bannitorum. in. 3. q. prin. primi temporis. q. 9. quòd non, distinguendo vt per eum.

Statutum dicit, bannitum impune occidi posse. an sit necesse, quòd probetur occidentem sciuisse illum fuisse bannitum? respondet Nellus in tractatu bannitorum q. 25. quòd non. Et no. quòd occidens bannitum habentem saluum cõdutum, & cui fecerat pacem, nõn tenetur de occiso, vel de pace rupta. ita Gozadi. in consi. 61. per totum. Nam rebannitus potest impunè occidi, donec actualiter sit cãcellatus. propter probabilem ignorantiam. vide Ias. in l. si creditoris. col. 1. C. de fideicommissis. post Bal. Pau. & Alberi. & limita, ut per eum. vide etiam Bernar. Diaz in regula. 638.

An bannitus, qui ex forma statuti sit bannitus, & possit offendi, possit resistere? respondet, vt ait Decius. l. vt vim. ff. de iust. & iure. & ibi plene Zoannetus. Bono.

Statutum dicens, ꝙ quicunq; cœperit bannitum, habeat centum. aliquis iam cœperat bannitum, an centũ percipiet? respon. quòd sic. ut per Marsi. in practi. cri. in §. secundo. sub num. 52.

Statutum dicit, omnes latrones, & assassinos bannimus. certè tunc effectum bannitionis aliqui quoq; patiuntur, per sententiam, vel per suam in iudicio confessionem, sint inculpati, de tali facto, vel per euidentiam facti, vel per legitimas probationes conuicti fuerint de latrocinio, vel assassinatu. ita Grammari. voto. xi. nu. 4.

An vxor, vel coniuncta persona bannitum ex statuto re-

cte interficiat? Respon.ut ait Cœpol. in consi. 5.

An per secundum bannum videatur recessum à primo? Respon. Cœpola. in consi. 6.& ibi ponit,an illegitimę cancellatus bannitus de banno, iure municipij possit impunè interfici?& an habeat locum statutum,quando pœna venit applicanda parti, & non fisco? idem Cœpolla in cons.7. Bannum in persona bona non afficit, quando infertur ex forma statuti. Secùs,si de iure communi.ut per Bal.in.l.1.C. de hæ re.insti.col.10.ver.apparet igitur.& in l.Gallus.§.& quid si tantum.col.8.ver.ex hoc infertur.ff.de libe.& posthu.& in c.1.de pace tenen.in vsibus feu.& no.quòd appellatione bãni in statutis non venit bannum pecuniæ,uel exilij, nec liberat bannitum à debito.ita Bal.in l.1.col.8.vers.& si statutum dicit.C.de his,quæ pœnę nomine.

Bannum,quod ex forma statuti habet excutionem,afficit hæredem. aliàs secùs. nam quandò sententia post se ex pectat executionem,hæredẽ nõ afficit.ita Bal.in l.1.col.4. uer.sed hic dubitat.C.ne ex de lic. defunc.post Dy.in l.ex iudiciorũ.ff.de plublicis iudicijs.& Bar.in l.defuncto.eo.tit.

Bannum,in quo non fuit seruata forma statuti,non tenet. ita Bal.in Addi.ad Specula.tit.de execu.sententiæ. ver.bannum generale.

Si statutum præfigat terminum banni, iudex terminum prorogare non potest.ut per Bal.& doct.in l.fi.§.& hæc quidem.C.de iure delibe.Gl.tamen est contra.in l. pro tribunali.in uer. obsequio.& in l.quia. §.condemnatum. ubi Dinus de re iudi.& in l.1.C.de dilatio.

Bannitus nõ gaudet beneficio statutorum suę ciuitatis.& ideò nõ mitigatur pœna pro delictis uigore statuti, pro quibus delictis maior sit de iure communi pœna. Bal.in l.cum mulier.col.8.ver.iuxta prædicta.ff.solu.matrimo.

Bannitus prohibitus acquirere per statutum,non potest per filium, uel seruum acquirere.ita Ange.in l.Antistius.§. fi.de acqui.hære.

Sententia

Sententia lata pro bannito, qui ex forma statuti audiri nõ debet, est nulla. ita Alex. in consi. 31. in 2. & licet audiri non debeat, pro adulterio tamen in uxorem eius commisso, iudex inquirere potest. ita Bal. in l. non dubium. C. de legib. & Alex. in l. non solum. §. quàmquàm. de iniurijs. Bannitus, qui ex forma statuti potest offendi, debet prius diffidari. aliàs solum potest capi, & duci ad iudicem, & debet prius moneri, quàm diffidari. ita Floria. in l. si is, qui binas. ff. de vsufruc. Et not. quòd diffidare, idem est, quòd dare licentiam cuilibet offendendi. secundum Bal. in l. iij. C. ad l. Falcidiam. & in l. cũ mulier. ff. solu. matr. & Rui. in consi. 4. in 5. vol. quod no. pro statuto Ferrariæ sub rub. de diffidentia delinquentium, & malefactorum, & proclamare generali. lib. primo. Bannitus si quis sit ex statuto definit esse de ciuitate. vide Bar. in l. fi. ff. de legatio. & in l. qui amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimi. Ludo. in l. recusare. §. fi. ff. ad Trebellia. & Bal. in l. 1. ff. de hære. insti.

Bannitus sub conditione, an sit capax iuris statutarij? respõ. Bal. in l. 1. col. pen. uer. secũdo quæro. C. de hære. insti.

Bannitus non ritè bannitus, non potest interfici, si ex forma statuti non sit ritè bannitus. ita Bar. in l. non putauit. §. non quæuis. C. de contra tabu. & in l. 4. §. si seruus. ubi docto. ff. de acquir. poss. & Alex. in l. fi. ff. de adulte. & in consil. 114. in 1. par. et Corne. in consi. 17. in 1. parte.

Bannitus an teneatur soluere collectum. stante statuto de collectis soluendis? resp. quòd sic. vt per Bal. in l. fi. C. si propter pub. & Bar. in l. inter quos. §. dãni. ff. de dãno infec. quòd intellige pro reb. quas ipse possidet. d. l. fi. vbi Bal. in fi. & Floria. in l. si pendentes. §. si quid. de vsufruc.

Statuto cauetur nullum bannitum effici posse consulem: uel in aliquo officio. quidam bannitus fuit ad officium electus, & exemptus etiam de banno fuit. An possit, & debeat recipi ad officium? resp. ut per Bal. in addi. ad Speculat. in tit. de accusa. §. sequitur uidere. An autem bannitus possit ad of

ficium eligi, & si patiatur, se eligi, puniatur, & qualiter? responde. vt per Roma. in consi. 73.

Duo extabant statuta, vnum præmians captum ad mortem bannitũ præsentatũ. aliud puniens illum, qui in alterius territorium, vel districtum iuit ad aliquem capiẽdum. Titius de Padua bannitus, habitabat in finibus districtus paduani, ad quem capiendum ibat Seius, quo uiso Titius arripuit fugam, quem Seius insequutus est in districtu paduano, uel demum Veronæ contiguo. ibi illum cœpit, & præsentauit potestati Paduæ. quæsitum fuit, an præmium consequi deberet? respond. Oldra. quòd sic. vt per Bald. in addi. ad Specul. super titulo. de accusa.

Statutum prohibet fieri ius bannito pro maleficio, excepto homicidio, uel mutilatione. Caius bannitus mutuauit Titio, qui damnum passus est, uel furtum, uel rapinam. quęritur an exemptus de banno agere possit de prædictis bonis, quæ passus fuit de mutuo? respond. ut per Bald. in addi. ad Specul. in tit. de accusa.

Si bannitus occisus sit, secundum statutũ, quia lusit, occidens non punitur. ita Bar. in §. illud. in prohemio ff. orum.

Bannitus de iure communi, elapso termino banni, non habetur vt confessus. Sed secùs est de iure statutario totius Italię. secundum Bal. in l. quicunq;. C. de requiren. reis. & in l. diuus. §. fic. & diuus. ff. de custodia reorum.

Dicit statutum, qui receptauerit bannitum, puniatur certa pœna. modo quidam receptauit bannitum, eius agnatum, vel cognatum. an punietur? resp. ut per Bar. in l. eos apud. ff. de receptato. vbi & Apostillantes plenè. & vide infra. ver. Receptator. Statutum vult bannitum, qui voluerit exire de bãno exsoluere centum. villa pro delicto est tota exbannita. an pro tertio teneatur ad centum? vide. Alberi. in. qq. ad statu. in 2. parte. q. 1. 174.

Dicit statutum pisanum. Quicunq; duxerit bannitum in ꝑsona, habeat quinquaginta à communi. Quidam duxit de

comi-

comitatu unum, qui paruam rem furatus fuerat, & plura post modum furta fecisse repertus est, an debeat habere quinquaginta? respondet Bar. in l. si is, qui. §. ꝙ si seruus. ff. de acqui. rerum do. quòd nō. per illum tex. uide etiam Bar. in l. 2. ff. de cond. & demon. nam iste non duxit principaliter ut bannitum, sed ut furem.

Stat statutum, quòd quicunq; accusat bannitum lucretur dimidium pœnæ banni. certè in eo causa mixta habetur. fin Maran. in prac. in. 4. parte. 1. dist. sub. nu. 73.

Statutum, quòd occidens occidentem bannitum non puniatur, non ualet. & durum esset in actu practico aliter obtinere. ita Corne. in consi. 16. in. 1. uol.

Extat statutum permittens bannitum posse impunè offendi. modò aliquis occidit bannitum, cum quo erant factæ induciæ, an punietur pœna s. posita pro non obseruatione induciarum uigore dicti statuti? resp. ut per Corn. in cōsi. 104. in. 1. uol. Bannitus ex forma statuti Nucerini potest impunè occidi. an perusinus bannitus in ciuitate Perusij pro homicidio commisso in territorio Nuceriæ, possit impunè occidi, intra quinquaginta milliaria, stante bulla communis Perusij, ꝙ homicida ad quinquaginta miliaria sit bannitus? responde ut per Corne. in cons. 192. incipiente uiso. in 3. uol.

Statutum prohibet uxorē banniti posse stare in ciuitate. an uiro mortuo poterit redire? respondet Corne. quòd sic. in cons. 97. in. 4. uol.

Statuta Italiæ, quę habent bannitum pro confesso, non ualent, quo ad ibi delinquentem extrinsecus existentem. nam hæc ficta confessio ab ipsis extorqueri non potest, cum extra territorium existant. per no. in c. postulasti. & per no. in c. romana. §. contrahentes. de foro comp. & Corn. in consi. 143. col. 3. lib. 1. & Iaffr. in decis. cc. Et no. ꝙ banniendus de proximo in terminis. d. statuti, impunè occidi potest. ut ait Ias. in consi. 133. nu. 4. in 1. uol. Et quia istud statutum est ualde fauorabile, & consequenter extendendum est, nec debet re-

ſtringi,immo latè.debet interpretari,quia eſt introductũ pro quiete cõi.ſm Bar.Bal.& ali.in titulo. C.quando liceat ſe ſine iudice vindicare.& plenè Iaſ.in conſ.133.col.pen.ad fi.in 1. vol. Nec valet proceſſus in fauorem banniti ex ſtatuto factus.ſm Iaſ.in conſ. 166. & 168.in 2.vol & priuatᷓ bãnitus beneficio non ſolum legis,ſed etiã ſtatuti..ut ꝑ Iaſ.ibidẽ? Eſt.n. bannitus poſitus extra beneficia, & protectionem communis. ſm Iaſ. ibidẽ. ante tñ quàm opponatur banni exceptio, valet proceſſus. ſm Iaſ. in conſ.168.in 2.vol. Et no.ꝙ ſi quis propter infirmitatem non potuit comparere, & ſit bannitus ex forma ſtatutorum, poterit nihilominus petere reſtitutionem in integrum.vt per.Bal.in l.1.C.de requiren. reis.

Statutum,quod arctat quemlibet ad capiendum bannitũ, vel malefactorem, nempe cenſetur arctare tm̃ eum, qui habet plenam ſcientiam de banno, uel maleficio. argu. l. Methrodorus. ff. de pœnis.& in.l.quicunq;. C. de ſeru. fug. vbi Cy. ego(tamen)inquit Bal. in l.1.C.de ijs, qui latrones. uel in alijs criminibus, quantum ad imponendum pœnam, credo,verum eſſe,requiri plenam ſcientiam.argu.l.in lege.ff. ad l.Cornel.de ſicca.Sed quãtum ad imponẽdam mitiorem pœnam,quæ conſueuit ex culpa imponi,ſufficit habere ſcientiã per famam . uel ſuſpicionem , ut quia malefactor arripiebat fugam, & rumor erat poſt eum,nam rumor inducit ſuſpicionem. l.capite quinto. ff.ad adulte.facit, quod no.in l.ſi ut al legas.ff.ad.l.Cornel.de ſicca.

Dicit ſtatutum,bannitum pro certo crimine, occidi non poſſe, niſi à ſuo inimico, qui fecit eum poni in Banno. Fuit quidam inimicus in his terminis, qui fecit aſſaſſinari hunc bannitum. an puniatur aſſaſſinus? reſp. ut per Bal. in l.Gracchus.per illum tex.C.de adulte. quòd non.quia illud, quod licuit mandanti,reputatur licitum in mandatario.

Statutum dictans non debere audiri bannitorum defenſiones, intelligitur de defenſionibus, in quibus reus oneratur onere probandi, & non de ſimplici, & mera negatione

ita.Bal.in l.si quidem.in 1.col.C.de exceptio.

Statutum dictans, quòd capiens bannitum fiat dominus ipsius,valet,& tenet.vt per.Bal.in l.de latronum. C. quibus ad liberta.pro clamare non licet. quòd dicit alibi non reperiri,quàm ibi.

Statutum factum à præside. quòd quicunq; ceperit bannitum in ære & persona,debeat habere bona banniti, vel eorũ partem,non tenet.ut per Bal.in l.Programma. C. commina-tiones uel epistolæ col. fin.

Duo sunt statuta.vnum,quod à potestate appelletur ad capitaneum aliud, quòd potestas nõ audiat bannitorum quærelas. Non fuit exceptum de banno aduersus bannitum coram potestate,ipse autem pronunciauit probannito,reus autem appellauit, & in appellatione vult opponere de banno. an poterit? responde quòd non. quia exceptio ista potius impugnat personam, quàm causam.Ideò ex veteri non oritur, cum ei non sit coniuncta. l. si pœnæ.in prin.C.de condi. indebi.vide Bal.in l.per hanc.C.de tempo. appella.

Si statutum statuat terminum,ad faciendum se cancellari de banno.cum hic iudicialis strepitus non interueniat,computantur omnes dies feriati,ut dies dominici,& octauæ. licet de consuetudine esset,solemniter colere octauas,tanquã ipsa festa.ita Bal.in l.ueteranis.C. quãdo ꝓuocare nõ est ne. Quid si bãnitus non comparet sui culpa, an tanquam confessus poterit à fisco bonis priuari?resp.ut per Bal.in l.eius,qui. C.si penden.appella.mors interue. Et no.quòd si quis occidit bannitum,nec audet coram iudice comparere ad hoc allegandum,si tertius comparet,& producit bannum,iudex ulterius procedere non põt. ſm Bal.in l.ubi pactum. C.de transac.An occidens bannitum dicatur legis minister? responde,vt per.Bal.in l.accusationis.C.de nego.gest.

Statutum dicit. non posse aliquid pro uideri in fauorem bannitorum. Dic,quòd hoc non intelligitur directè, sed per obliquum. secus, si statutum dicat,quòd nihil possit prouideri su-

ri ſuper facto bannitorum, quia tunc nullo modo.ut per Bal. in l.rogaſti.ff.ſi cer.petatur.in lectura antiqua.

Vult ſtatutum omnes bannitos rebanniri,exceptis bannitis,qui patrem,patruum,ſiue auunculum occiderunt. Quidā interfecit vnum ex ſupradictis ſpurium tamen,uel naturalē. an debet rebanniri?reſpondet.Bal.in.l.palam.§.quæ in adulterio.ff.de ritu nuptia.dicens, quod ex legibus præcedentibus dici poſſet pro,& contra.& quòd fuit conſultum in ciuitate Florentiæ,quòd non.licet malè.ſecundum ipſum. Idem tenet Specula. in titu. de accuſa.in prin.& dicit idem Bal. in l.lege Iulia in lectura antiqua,quod baſtardi dicuntur de caſata, quidquid in contrarium fuerit conſultum.

Bannitus facit depoſitum. omnia autem bona ſua deinde ſunt confiſcata. & ſtatutum dicit, bannitum non audiri. depoſitarius uolens agnoſcere bonam fidem, an poteſt ſoluere depoſitum, antequam conueniatur à fiſco, quando ignorat illum fuiſſe bannitum an poteſt?reſponde, ut per. Bal. in rub.C.de poſiti ſub.nu.8. Et no. quòd quando bannitus reſtitutus eſt,nomen banniti eſt abolitum.ſm Bal.in l.imperialis. C. de nuptijs.

Dictabat Paduæ ſtatutum, quod banniti paduani non poſſint moram trahere Paduæ,uel in eius diſtrictu, ſub tali pœna.tempore,quo fuit factum iſtud ſtatutum, caſtrum Lendinariæ non erat de diſtrictu Paduæ, poſt modum fuit factum de eo diſtrictu. an ibi banniti paduani Lēdinariæ morari poſſent?reſpondet.Bal.in l.etiam.col.2.C.de iure do.quòd ſi ſuperior mandat,quòd ibi non recipiantur,recipi non debent. Cum ibi rei eſſe debent. cenſit propter perpetuam fœderis vnionem. l. non dubito. ff. de capi. dimi. ſecùs ſi non eſſet perpetua unio. Quemadmodum inter Peruſinos & caſtrum Gualdi. niſi in confederatione aliud eſſet expreſſum. Vide Iaffre.in deciſ.200.

Statutum dicens,quòd teſtes deponentes contra bannitos probent.& ſi nudam reddant cauſam, & rationem ſui di

cti,

cti, non ualet. secundum Bal.in l.si non speciali. in fi. C. de testamen.nisi fuerit expositio mala, idest non concludens de necessitate uerisimiliter.

Statutum dicit bannitos in persona non posse capere hæreditatem ex testamento, nec ab intestato. aliquis fuit bannitus de centum libris.& si quo tempore in fortiam communis uenerit, & dicta centum intra decem dies proximè sequentes,non soluerit,furca suspendatur.Interim ipse fuit hæres institutus, & adiuit hęreditatem. an ualebit adhuc?& ualere censuit.Bal.in l.qui deportantur.C.de hære.insti.

Latrunculator an potest prorogare terminum banni pręcisè limitatum ex forma statuti? responde quòd nō vt per Bal. in l.scimus.§.& hæc quidem. C. de iure delibe. causa tamen cognita pōt. s͠m Bal.in l.in pecuniarijs col.pen. ad fi. ff.de ferijs.Statutum prohibet bannito reddi ius de offensa ipsi illata. dic,quòd ipso iure nō competit illi actio, uel accusatio: vt per Bal.in proęmio ffōrum.§.hæc autem.in fi.Quid si se defendendo cum moderamine percussit agressorem, uel occidit,an punietur, etiam per dictum statutum?Et quod debeat puniri tenet Bal.in l.veluti.ff.de iusti.& iur.& in l.ut uim co. tit.& hoc sequuntur alij.

Quid si statutum uult filios,bannitorum expelli de ciuitate.an compræhendat nepotes? respond.Bal. quòd non in.l. quòd uero.ff.de legibus.

Si per statutum prohibentur audiri bannitorum quærelę. licet aduersarius de banno non opponat. tamen iudex ex officio debet bannitum repellere,& potissimum,quando bannum est notorium,nam illud,quod est notorium,pertinet ad officium iudicis,nemine opponente.ut no.in l.2.ff.de ferijs. & l.1.qui & aduersus quos.vbi glo.no. & hoc tenet Cynus. C.de accusa.l.reos.Bal.refert.in l.quos prohibet.ff. de postulan.Ait municipalis lex,si quis cœperit bannitum,habeat decem.ignoranter quis cœpit bannitum, an decem consequetur? resp. Bar.quòd sic. sed Bal. contra.in l.genero. col.2.ad fi.ff.

fi.ff.de ijs,qui no.infa.vide.supra.

Dicit statutum, non possit perueniri ad bannum. nisi secũda interueniat citatio. Præcessor citauit una citatione, & successor altera.an perueniri poterit ad bannum absq; noua citatione? respondet Bal.in l.edictum.ff.de iud.quòd non. & ita practicatur.uide Inn.in c.quia.in fi.de iud.& Spec. in tit. de citatione.§.fin. uer.item quæritur. & Archid.24. q.3.c.de licita.3.q.8.c.caueant.5.q.3.c.si ęgrotans.

Lapsus termini banni ex forma statuti non habet uim cõfessionis.nisi factum plenariè sit declaratum absenti. vt per Bal.in l.si filius.ff.de interro.actio.

Bannitus ex forma statuti de ciuitate, intelligit̃ bannitus de toto districtu.sm Bal.in l.1.ff.de ijs,qui nota. infam.in àddi.Et bannitus ab aliqua ciuitate maritima,dicitur etiam bãnitus ab ea parte maris,uel insulæ, quæ illi ciuitati adheret. ut ait Arno.plenè in epitoma.47. Et not. quòd si quis fuerit bannitus per statutum, et fuit erratum in nomine appellatiuo, puta uocatur Titius de Sancto Angelo,& fuit dictum Titius de Salerno,& sic fuit erratum in nomine patriæ. nihilominus decapitabitur. Arno. in epitoma.95. Quando autem est erratum in nomine,& cognomine per testẽ.vide per Crauettam.in consi.169.in primo.vol.& Milleum. in pract.cri. in glo.quam facit ad primum testem.

Stante statuto.quòd nemo colloquatur cũ bannito, aliàs puniatur. an doctor consulens puniatur statuto. respondet quòd non. nec statutum habet locum in eo, qui nuncium, uel epistolam mittit. Arno. in commentario. 44.& 191.

Si quis occidit mulierem prægnantem per statutum bannitam, non rectè facit. Arno. in commentario 112. & hoc habet locum, dato,quòd partus esset adulterinus, uel nõdũ animatus. ut per Marsi.in l.1.nu.22.ff.de quæst.vbi etiã dicit, quòd quemadmodum mulier prægnans non potest torqueri,ita nec fustigari.uide Arno. commentario. 133.

Qui per statutum est bannitus pluribus bannis, occidit

alium

alium bannitum, in potestate ipsius est, sibi eligere bannum, quo redimatur, in pręmium occisionis. ita Arno. in commentario vltimo.

Si statutum punit receptatores bannitorum scienter. intelligitur scienter, quādo maleficium erat notoriū. ſm Bar. in l. 1. ff. de receptato. & Carrer. in practi. crimi. in §. homicidiū. sub nu. 29. & nu. 32. vide infra in uer. receptator.

Confinatus, uel relegatus ad aliquem locum usque ad quinquenniū ex forma statuti, eo finito, potest reuerti quia absq; licentia superioris ad ciuitatem liberè, & impunè. ultima dies quinquennij licentiat. ita dicit Fran. de Crema. gu. 47. allegat. l. si quando. C. de testib. & Bal. in prohemio. ffōrum. §. hæc autem tria. & firmat Ang. in lect. antiqua. in l. si vnus. §. si cum reo. ff. de pactis. & Bal. in. l. actione. §. Labeo. ff. pro Socio.

Statutum prohibet, ne quis contrahat cum bannito sub certa pœna, si quis contrahat cum eius filio, uel seruo, licet acquiratur bannito, non incidit in pœnā. ſm Bal. in l. 3. per illum tex. ff. de lega præstan. & plenè Gerar. de Petra sancta in singu. 64.

Bannum, quòd per statutum, vel consuetudinem non determinatur, quem intellectum, vel effectum habet? Colligetur ex eius intentione, quod agitur, argu. l. si uno. §. 1. ff. loca. vt si intendatur ad comminationem, habeat uim edicti. l. ad peremptorium. cum. l. seq. ff. de iudi. si ad pœnæ impositionem, appellatur bannum. seù publica deiectio. ita Alberi. in dictionario. in uer. bannum.

Statutum, quod occidens bannitum, lucretur centum, nō compræhendit occidentem bannitum fortuitò, uel ad propriam defensionem, vel siccarium, uel, ut officialē. ſm Steph. de Federi. in tracta. de interpretatio. iuris. parte. prima. sub nu. 45. item non habet locum in odiosis, & in ijs, qui procurarunt, ut quis banniretur, ne sibi esset impedimento bannitus in iudicio. ita dicit Anch. in cōs. 408. vnde secundū ipsum, si

quis accusauit aliquem absentem, qui uocatus per statutum fuerit, eius contumacia stante, condemnatus, statutum ob id non opitularetur accusanti.

Statuta, quæ permittunt bannitum impunè occidi posse, non ualent de iuris subtilitate. l. 3. de Decre. ab ordi. facien. & l. decernimus. C. epis. & cle. sic dicit. Iac. de Are. in trac. de bannitis. in prin. nu. 17. & supra posui.

Stante statuto, quòd querelę bannitorum non audiantur, de quibus querelis intelligitur? respondet Nellus. in trac. bānitorum q. 68. 1. partis. qđ de extraordinarijs, & quæ per iudicis officium expediri possunt.

Statutum dicit, quod capiens bannitum, habeat centum à communi. an habeat locum in assicurato? responde, quòd non. vt per Nellum in trac. bannito. in secunda parte. ij. tempo. q. 18.

Dicit statutum, debere de banno eximi, si quid soluat. an bannitus ex falsitate, habebit hoc beneficium? responde vt per Nellum in tracta. bannito. in 3. parte. q. 18.

Statutum disponit, quòd baniendus debeat citari, ut ipse per se, uel alium compareat. si tamen iudex simpliciter citaret, & ipsum non comparentem banniret, est rectè bannitus. quia intelligitur citatus, secundum quòd, dicit statutum. s'in Bal. in l. fi. C. de procur. & Affl. in decis. Neap. 3. sub nu. 7.

Statutum, quod quicunque bannitum percusserit, uel debilitauerit, uel occiderit, certa pœna puniatur. an si in uno tātum defecerit integra pœna punietur? responde vt per Federi. de Senis. in consi. 58. & Nellum in tracta. bannito. q. 51. ubi dicit de illo, qui amputauit digitum.

Occidens bannitum in æcclesia ex statuto, non est puniendus ut homicida, sed ut uiolator ecclesiæ. ita Bal. in margar. uerbo excommunicatus. Glosa. in prag. tit. de interdic. in differen. non ponen. nu. 6. pagi. 251.

Quotiens aliquis est bannitus, & captus, & ex forma statutorum condemnatus. fit quidā declaratorius processus, in

quo

quo declaratur, captũ illũ esse, qui eũ reperitur bannitus, & bannum exequendum esse, & ita postea punitur, & est talis practica, quæ est certa legum interpres. ſm Bal. in vsibus feudorum. tit. de Feudo non sine culpa amittendo.

Statuto uolente, quòd quis ponatur in banno præcedentibus duabus citationibus tot dierum pro qualibet, non potest iudex dare unam pro duabus, quia cum ista sit forma data à statuto pro forma substantiali perueniendi ad bannum, nihil mutari potest. nec etiam unius horę momentum. l. & si nihil. ff. de reg. iur. ita Bal. super feu. tit. de milite uasallo. per gl. ibi, quę incipit meritò.

Bannitus ex forma statuti, qui reuersus est ad ciuitatem, & ibi stetit longo tempore, sicut ciuis, existens de consilio, & alia faciens, quæ & alij ciues facere solent, non potest impunè occidi. ita Nellus. in tracta. bannitorum. 3. par. 2. temp. q. 84. sed contrarium uidetur consuluisse. Ruinus in consi. 85. in 4. volum.

Statutum dicit. Accusatus de crimine, qui patiatur se in banno poni, puniatur. & ex alio statuto cancellatus est de bãno: An is uti infamis repellatur adicendo testimonium? responde quód sic. vt per Tiraquellum in tractatu Cessante causa. uer. confessionis. nu. 51.

Dicit statutum, quicunque retinuerit bannitum duobus diebus, puniatur in mille florenis. si quis retinuit bannitũ una die, talis retinens sic bannitum, non debet puniri pœna talis statuti. ita dicit Ange. in §. hæc autem tria. in prohemio ff. forum. Vide omnino Cassane. in consue. Burg. in §. 2. sub nu. 4.

Dicit statutum, quod præsentans bannitum debeat eximi de banno. pone quidam bannitus ex pluribus bannis pręsentauit bannitum, an de omnibus bannis eximi debeat? respondet Alber. in qq. ad statu. q. 98. in 4. parte. & dicit de uno tantum eximi debere. nisi bannum suum esset de pluribus delictis simul.

Quæritur. an banniti nostri temporis ex statutis Italiæ eli

gi possint ad honores, & officia in alijs ciuitatibus, in quibus non sunt banniti? respondet Alberi. in qq. ad statuta. q. 100. quòd admittuntur, & ita uidit seruari. dummodo ciuitates non sint eiusdem domini. Et not. quòd bannitus de ciuitate, qui postea est toleratus in ipsa ciuitate, non potest impunè offendi. ita Saly. in l. nulli. in prin. C. de iudi. per illum tex. refert Alex. in consi. 1. nu. 45. in 2. & Bossius. in prac. crimi. titu. de bannitis.

Statutum prohibet, bannito ius fieri. dic, quòd hæc exceptio impedit processum. ita dixit Alex. in addi. ad Bar. in l. 1. C. de bon. uacan. lib. x. nu. 1.

Si statutum dicat, quòd bannitus non habens pacem ab inimico debeat rebanniri, an debeat habere pacem à muliere succedente passo iniuriam, sicut à masculo? respondet Ange. in addi. ad Bar. in l. unica. C. de ijs, qui se deferunt lib. x. quòd sic. & suprà. posui.

Dicit statutum, quòd opem pręstans bannito, puniatur pœna manus. dic, quòd in inquisitione debet deduci, quòd præstiterit quis opem sciens eē bannitum, alias non teneretur statuto. ſm Bar. in l. omnes. C. de agric. & censi. lib. xj. nu. 2. ubi uide etiam apostilan.

Stāte statuto, ꝙ bannitus possit offendi, Poterit impune offendi clericus bannitus. ſm Marsi. in cōsi. xj. sub nu. 14. in princip. sed quid econuerso? vide per eundem Marsil. in pract. crimi. in §. pro complemento.

Si dicat statutum, quòd quilibet bannitus, cuius bannum, non est cancellatum possit impunè offendi. & bannitus soluerit, seu aliter satisfecerit, vt eius bannum deberet cancellari, & de tali solutione, vel satisfactione appareat in instrumēto, vel scriptura, posita in Archiuio publico. an hic impunè occidi possit? responde. ut per Blancum in practica crim. pag. 108. sub nu. 176.

Statuto dicente bannitos debere rebanniri pro certos sapientes, si sint banniti per eos, sed non cancellati, non poterunt

runt ex statuto offendi. ita Blanc. in prac. cri. pag. 108. nu. 181

Statutum dicit, quod nullus possit arregare, uel pro ponere, quod spectet ad fauorē alicuius banniti. contigit, quod dum tractaretur in consilio pro republica de nominando uirum bonum capitaneum pro guerra, quidam nominauit unum bonum pro bono & sufficienti, qui erat bannitus, propter quod dicebatur incurrisse in pœnam statuti. respondet Iaco. quod non tenebitur statuto. de quo Saly. in l. si quis. nu. 4. ff. si cer. petatur.

Si non fuit opposita exceptio aduersus bannitum, qui ex statuto audiri non debet in causa principali. an poterit eadē opponi in causa appellationis? resp. vt per Millium in reperto. in uer. bannitus.

Statuto disponente, quærelas bannitorum non admitti, minime sunt admittendæ eorum appellationes. ita Ioā. Bap. in tracta. de arbitris. cap. xij. x. libri. fol. 104. tomo. xij. & hoc intelligit, dummodo appellent in alia causa, quàm in illa, propter quam fuerunt banniti. secundum docto. quod dicit menti te nendum.

Stante statuto, quòd bannitus impunè offendi possit, si aliquis occidat eum, qui fuerat nulliter bannitus, non excusabitur, quominus puniatur ordinariè: videlicet, si taliter occidēs habuisset notitiam nullitatis huiusmodi. aliàs cum diligenter perquirere, & se informare, antequàm ad actum, cui naturaliter inest dolus, deuenerit, debuisset, tanquàm culpabilis, iudicantis arbitrio plectendus erit ita. Vantius de nullitatibus ex processu. nu. 44. pagi. 64. vbi etiam ponit, an pendente causa super nullitate banni, liceat bannitum occidere? Et no. quòd si quis conuersatur cum bannito publicè conuersante per ciuitatem, & tolerato, excusatur. ita Ange. in l. si duo. ff. de acquir. here. & Marsil. in l. 1. num. 2. ff. de sicca. & Dueynas in regula. 68. & decisi. Perusina. 31. num. xj.

Barba-

Barba.

SI dicit statutum, quòd expilans alicui barbam, puniatur. &c. tanquam membrum offenderit. Dic, quod si Barba capitur pro pilis, non dicitur membrum. ita Ange. in auth. vt nulli iudi. l. item Labeonem. §. generaliter. ff. de iniurijs. vide Bal. in l. reos. C. de accusa. nu. 10. ubi quærit Bal. pone quidā amputauit alicui barbam, an intelligitur amputasse membrum? & respondet quòd sic. nam licet barba non sit membrum instrumentale ad aliquid operandum per se aliquam operationem, tamen est membrū formale in corpore nostro, sine quo corpus nostrū est deforme. & ideò cōtinetur appellatione mēbri, quia pars est formalis. l. in rem. ff. de rei uendica. vide Menochium de arbitrio iudicis. casu. 392. ad fi. licet hodie (ut uidemus) homines ut plurimum se deformant; vtendo barba philippina. De barba etiam Bal. tractat in usibus feudo. titu. de pace tenen. in uer. barbam expilauerit. & in. qq. ad statu. in uer. Membrum. & no. quòd expilans aliquē per capillos, uel per barbā aliquem trahens, punitur pœna. 40. lib. parti applicandarum, &. 20. Fisco. d. c. 1. §. si quis aliquem. de pace tenen. quem tex. singularem dicit. Roma. in sing. 162. & Gui. pp. in sing. 394. & Arno. in dialog. 61. & Carreri. in prac. crim. & Gramm. in decis. Neapoli. 17. vbi declarat textum prædictum. an intelligatur de libris auri, & de libra existimat, quæ libram facit. uide Cassan. in consue. Burgun. in. §. 5. fol. 43. & Milleū. in prac. cri. pag. 133. sub. nu. 41.

Barattaria.

STATVTVM punit barattariam. Quid sit barattaria, & qualiter fiat. tradit Pau. de Cast. in consi. 162. & Anch. in consi. 172. & Augu. de Arimino in addi. ad Ange. in tracta. maleficiorum fol. 21. ver. & quilibet potestas. Marti. Lauden. in tract. de official. dominorum. q. 82. & q. 150. & Amodeus in trac. syndi. in uer. in eo, quòd dictus. fol. 104. & barrataria secundum

cundum Ange.de Are.iusti.de obliga. quæ ex quasi delic. in princ.col.fi.in fi.est,distrahere de pecunia iustum. l. omnes: vbi Bar.C.ad l.Iul. repe. & dicitur barattaria, quia ducit ad baratrum,idest cataletum,seù ad infernum,ut dicit Vitalis in tracta.clausularum,tit.de fraude, uer.tertio de re ad rem, & nu.10.pag.269.in ult. impressione,& barattaria est inter maximas causas capitales. ut ait Par.de Put.in trac.Syndicatus, in princ.num.9. dicens, quòd qui iustitiam barataui, dicitur proditor, & proceditur contra ipsum ad similitudinem criminis læsæ maiestatis.l.1.& auth.ibi posita.C. de pœna iudicis,qui malè iudicauit.Quisnam uerò dicatur proditor,tradit Cotareus, in tract.de re militari. ubi de eo in speciè uerba facit. & dicam infra,in uer. proditor. & subdit idem Paris.in §.syndicatores.quòd,qui mundas manus habuit in officio,& qui non diffamatur de corruptione,uel barattaria, nō debet pati scrupulosam inquisitionem. §. oportet.in auth. vt iudices sine quoquo suffra. Et not. ꝙ assessor,qui fuit in una ciuitate damnatus propter barattariam, uel fraudem, non potest in aliquo loco assidere.l.iudices.C.de dignit.li.xij. & Par. ubi supra in §.assess.& plura de barattaria,uide in §.multa & §.correctio, & §.an si tpe, & in §. an si iudex num.5. Et certè,qui mutuat pecuniam iudici, præsumitur eum corrumpere,& est quædā barattaria,licet adijciatur titulus mutui,ut no.in l.quisquis,ff.si cer.peta.Bal.in consi.333.in 3. vol. Ange.in l.uenales,C.quando prouocare nō est necesse, per no. per Bar.in l.quisquis. C.si cer. pet. per illum tex.& in l.1. de calumniatoribus, de quo Vantius in tracta. de nullitatibus process.pag.237.sub num.137.& in decis. parlamen. Delphina.q.648.lib.1. An autem habeat locum pœnitentia in barattaria? responde quòd non, vt per Marsi.in sing.326.ubi plures adducit.Item si officialis inquisitus de barattaria arripuit fugam, habetur pro confesso, & condemnato, & condemnari poterit.fin Fel.i c.nullus. de excep. quod intelligit Carreri.in pract.crim.in prin.num.117.in fi. nisi reuertatur, quia

reuerso,

reuerſo, ut ſyndicet opus ſunt probationes in cõtrarium. Et quomodo probetur barattaria. tradit Franc. Marcus. in deci ſio. parla. Delphi. 683. lib. 1. Et barattaria probat iuramento corrũpentis. ſm Gram. in voto xj. & cxxx. & Carr. ubi ſupra. num. 162. & in §. homicidij, ſub. nu. 91. 92. & 93. & Rom. in ſin gu. 328. & Mattheſi. in ſing. 84. & Caſſan. in conſue. Burgun. fol. 60. in 18. caſu. ubi etiam ponit plures alios caſus, in quib. ſtatur probationi per iurm. & tradit Plotus, in l. ſi quãdo. C. vnde ui. & Monteleo. in prac. arbi. par. 1. pag. 48. & Boſſi. in pract. crim. tit. de officialibus corruptis pecunia, & iniuſtè iu dicantibus. Et omnino uide etiam Aſinium. in §. & pœnæ pe cuniariæ. ſub num. 44. & ſeq. ff. de religioſis & ſumptibus ſu ne. & Rofr. in libellis. ſuper titu. de cond. ob turpẽ cauſam, col. 1. in fi. & Vitali. in tract. malefi. in proœ. ſub nu. 9. & Ne uiza. in ſylua. lib. 5. pag. 557. & num. 94. pag. 533. ubi plenè, & quomodo probetur, & quæ ſit barattaria? vide per Portium in conſi. 94. 95. & 96. & Paſethum. in conſi. 191. & 192. ubi pulcherrimè. vide etiam Marſi. in prac. cri. in §. fi. & Alb. in l. ſolere. §. quantũ. ff. de offi. proconſ. ubi & cæteri agũt de hoc. & per Alber. in l. plebiſcito. ff. de offi. præſi. & Affl. in tra cta. de iure prothomiſ. in §. v. uer. tertio uoto. & vide Egendorphum in dialectica legali, pag. 150. & c. & ſi quæſtiones. de ſymonia & an poſſint officiales recipere eſculenta, & poculenta? reſponde, ut Paſethus. ubi ſupra. & Paris de Put. in tract. ſynd. in §. eſculenta, & in §. an finito, & §. conſiliarij. ubi etiam refert quoddam ruſticorum dictum, quòd Xenium intrat per portam iudicis, & diabolus exit per feneſtram. uide Pau. in tract. de offi. & poteſt. capituli ſede uacante. q. x. nu. 24. & ſequen. tomo. 2. pag. 372. & omnino etiam uide Vaſquium in tract. de ſucceſſionibus, lib. 3. primi libri. §. 28. nu. 63. & ſeq. pag. 80. Pone quidam inculpabatur de homicidio, & re uera non erat culpabilis, cum eſſet in carcere, iudex iuit ad eum, & dixit, ꝙ erat in eius poteſtate decapitare, ſed ſi daret ſibi centum florenos ipſum liberaret, & ita factum eſt.

iſte

iste postea uult repetere istos centum florenos.an poterit? & videtur,quòd sic.Albe.in l.continet. ff. quòd metus causa. vide Cagnolum.in l.quod cuiq; præstatur.ff.de regu.iur.ubi dicit, quod quædam sunt,quæ petere non debemus, oblata autem accipere possumus,quod probat,& allegat Cicero. in 2.officiorum.ubi uult respuentem munera esse optimum pu blicarum rerum administratorē.vide gl. in pragma. titu. de elec.pagi.49.& Boeri. in decis.153.Et no. quòd confessio in crimine etiam barattariæ nō nocet alteri.ſm Bal.in cōs.49.in 1.vol.Et no. quòd iudex, qui post sententiam accipit pecu niam, non tenetur de barattaria,& eius sententia lata valet. ſm Anch.in consi.202.in prin.Bal.in consi.490.incip.propo nitur.& 353.in.5.Marsil.in.l. lege Cornelia.in.1. col.ff.ad.l. Cornel. de sicca. & in singu. 190. incip. iudices.& Ripā. in tracta. de peste. fol.80.nu. 160.allegat Geminia. in c. statutum.§. insuper. de rescrip. in vj.Couarr.Vari.lectio.parte.2. §.3.per totum.fol.70.& seq.vide omnino.Arno. in dialogo. 46.Marti.Lauden.in trac.de officia.dominorum.q.81.& Fely. in c.tua nos. nu. 5.de symo.Anchara.in consi.286.incip. de titulis criminum. in.6. col. Et non uidetur barattaria, si quis palam iudici dedit pecuniam, qui nolebat facere iustitiā,nisi perciperet pecuniā ſm.Soz.ī fall.reg.37.ī uer.4.barat taria. vide Cottā.in trac.rerū memora.ver.iudicibus expedi tionē pro testātibus.& Schalā.de consi.sapiētis.lib.4.cap.xi.

Stante statuto,quòd domus, in qua barattaria fit, funditus debeat discargari. Si domus fuerit pensionata à domino alicui inquilino, qui teneat barattariam contra statutum. Talis domus nō discargabitur,sed inquilinus punieť ſm.Ange. in auth. de ecclesiasti.titulis.§.si quis in sua. per illū tex. & allegat.tex.concor.in l.1.C.de falsa moneta.

Bastardi.

AN bastardi dicantur de domo paterna in statutis pœna libus? responde,ut per Bal.in l.fi.C.de uer.& rerum si

gni.ubi & Bar. Tenet tñ Bal.ibi, quòd non. nam strictè & propriè sumpti non dicuntur. de domo, uel casata. Nisi aliud suadeat communis usus loquendi, uel aliqua argueretur coniectura. ex mente statuentium. & ita fuit consultum in D. Lucio de Petra mala. & idem cẽset in nepotibus. vide etiam ibi per apostillan. & Bal. in l. ius ciuile. colum. 2. ff. de iusti. & iur. & in l. quòd uerò. in fin. ff. de legibus. & in l. filium. ff. de ijs, qui sunt sui. &c. Alberi. in qq. ad statu. q. 61. & Bal. in qq. ad statu. uer. isto. & uer. filius. nu. 11. & Barba. in conf. 41. in 4. Tiraquell. de iure primi geniorum. & Cassane. in cõ sue. Burgun. fol. 285. ubi etiam ponit laudes bastardi. & vide Plotum. in l. si quando sub. nu. 81. C. unde ui. & Reuerendissimum Cardinal. Paleotum. in tractatu de Nothis spurijsq; filijs. ubi ponit cathalogum spuriorũ. qui fuerunt summi uiri.

De Blasphemo.

STATVTVM punit blasphemũ. quidam dixit male ne sia Iddio. Al dispetto d'Iddio. an sit blasphemus. & quomodo puniatur? respon. Bal. quòd non punitur pœna statuti, ex communi usu loquendi. quia illa sunt potius uerba iniuriosa, & contumeliosa, quàm blasphemiæ, & maledictiones. Contumelia. n. ex communi usu loquendi, blasphemia, aut maledictio nuncupatur. & potissimum ex communi usu loquendi in patria Perusina, in talibus scæleratis hominibus. ſm Soz. in consi. 119. in 4. vol. vide omnino Menochi. de arbi trio iudicis. casu. 375. & casu. 376. & de blasphemo tradit Grammati. in decis. Neapoli. 50. & Lud. Montal. in tract. de reprobatione sententiæ Pilati. in prin. ubi fusissimè. & ibi de ijs, qui percutiunt imagines sanctorum. uide Menoc. indicto casu. 376. & de ijs. qui data opera imaginem summi pontificis deturpant, vide Bombinum in q. 7. vbi dicit. quod si est cõsecrata pontifici, uel supremo principi, tenetur lege Iulia maiestatis. quę est pœna mortis. Titulis. ff. & C. eo. tit. secus, si non est consecrata. l. non contrahit. ff. eo. tit. & fusius de

blasphe-

blaſphemo, tractat Plotus.in l.ſi quando.ſub nu.803.& 876. C.uñ ui.& Zaſi.in conſi.19.in 1.pag.318.in fi. & Mõteleo.in prac. arbi. in 4.parte. ubi de eo ſignanter loquitur. Boſſi.in prac.cri.tit.de inquiſitione.ubi de eo agit.& Arno.in commẽta.17.& 34.ubi etiam dicit, quòd licet in exceptis criminibus teſtium reprobatio non admittatur, idem eſt dicendum in blaſphemia & ſodomia. quæ nam ſit blaſphemia ? & quæ maledictio? ponit Cataldi.in tracta.ſyndica.ſub num.104.& ſeq.vbi dicit, quòd blaſphemia eſt omne id ſiniſtrum, quod alicui optatur in futurum. maledictio autem eſt de præteritis. Duenyas.in regu.290.in ſecunda amplia.& plura de blaſphemo.tradit Caſſ.in conſi.1.& Didacus. Variarum lect. c. x.nu.3.in 2.& Affl.ſuper conſtitu. regni.lib.3.in rub.de blaſphemantibus.uide Iul.Clar. in §.blaſphemia in ſuo lib.cri. Et no.quòd iurans per mẽbra Dei, tanquam Deum blaſphemans debet puniri ex ſtatuto.ſm Bar.in auth. vt nõ Luxuriẽ. cõtra natu. Et lingua blaſphemi debet amputari, nõ digitus, uel manus.ſm Arno.ĩ epitoma.54.& de blaſphemia ad ſaturitatẽ uſq; tradit Boerius in deciſio. 301.& no. quòd iure canonico pecuniaria pœna ſtatuitur ſoluenda domino temporali contra blaſphemos.c.ij.extra. de maledi. & Butr. in d.c. ij.Huiuſmodi maledicta, ſi ex temeritate, aut ebrietate, & ſine deliberatione proferentur, excuſari poſſe, dicitur. ij. q. 3 §.notandum. & in l.1.C.ſi quis imperato.maledixe.& inſpiciendum eſt in prædictis id, quod conſuetum eſt fieri in ſimilibus delictis. ut dicit glo.magna.in l. quid ergo. §.pœna grauior.& ibi Bar.in col.1.uerſ.quæro.ff.de ijs, qui not.infamia & uide Zaſium in conſi.19.ad fi.

Bona plublicari.

BONA damnatorum ad mortem num publicãtur ex forma ſtatutorum? reſponde, ut per Cor.in conſi.42.in 1. Bal.in l.ſi is qui.C.qui.teſta. fac. poſſ. ubi fuſius. tradit plura etiam Caſſane.in conſue.Burgun.§.v.pag.57. uer. ſed ad-


hinc pro complemento.nu.133.

Dicit statutum.quod bona homicidę illi auferri debeant, & pro parte filijs seruari.An filij ex arte, quam ipsi exercent tenentur patrem alere? respon.Bal.quòd sic.in auth.de bonis damna.C.de sententiam passis. Secus ex bonis, quæ sibi ex statuto seruantur. quia quis non debet ali ex bonis sibi ablatis propter delictum.cap.1.§.si omnem.de pace tenen.in usibus feudo.

Bona damnati ad mortem ex forma statuti debent publicari. An uenient publicanda indumenta,corrigia, an nulus, uel similia? respon. Roma.in singu. 542.quòd non.quia ista debent esse officialis iudicantis, qui pecuniam redigendam ex dictis rebus conuertet in necessitatem sui officij.l. diuus, ff.de bonis damnatorum.dum loquitur de panniculo.

Bona debent publicari ex statuto à die commissi delicti. intelligitur,ubi uerè & non fictè per contumaciam esset delictum. & de eo constaret. ſm Stepha.de Federi.in tract.de interpræta.iur.parte.1.sub.nu.4.


Vult statutum,quòd bona sint obligata pro maleficio, & pro certis maleficijs imponitur pœna pecuniaria. an bannũ hoc casu poterit exequi in bonis? responde, quòd aut bona detinebantur per tertium ante bannum, & tunc in illis non poterit fieri executio.si uerò post bannum, & tunc poterit in illis executio fieri. ita Nellus.in tracta.bannitorum.q.13.primæ partis.primi temporis.



CAPTVS.

.C.

CAPTVS.



TAT statutum. Quempiam in domo capi non posse. an licitè in taberna, vel apotheca capi poterit? respon. Paul. de Cast. posse. in consi. incip. viso pũcto. sub. nu. 43. & Corn. in consi. 203. in prin. doct. in l. plerique. ff. de in ius uocan. Sed an poterit capi in apotheca, sita in domo habitationis? respon. Saly. quòd sic. & Corn. in consi. 203. in princ. & no. quod iudex, qui indebitè facit capere innocentẽ, debet puniri. secundum Rol. à Valle. in consil. 17. in 3. vol. vbi plura de captura dicit, & tenetur iudex actione iniuriarum, qui facit in carcerem poni, & capi aliquẽ indebitè secundũ Rol. à Valle. in consil. 18. nu. 6. in. 3. vol. vbi & alia notatu digna ponit.

Capitula plura:

SI statutum habet plura capitula, etiam pœnalia, dictum in vno eorũ censetur repetitum in alio. secundum Aret. insti. ad. l. aquil. §. capite tertio. sub nu. 2. plura Tiraquellus. in suo tractatu de legibus connubia. in glo. 7. in. l. vlt. sub. nu. 65.

Carcer.

CARCERANDVS est reus. quotiens statutũ punit in dece & subrogat pœnã corporis, quia est causa capitalis. Sed si quis vult Carcerem euitare, soluat fisco decem, pendẽte causa. sub conditione scilicet. quòd si contingat eum condemnari, ex nunc pro ut ex tunc, vult dicta decem transire in solutũ. secundum Ang. & Imolã. in l. sub cõditione. per illum tex. ff. de solu. & Fely. in c. inter cœteras. de rescrip. & in. c. cũ te. de re iudica. vide Menochium. in trac. de arbitrio iudicis. casu 301. 302. & 303. 304. & 305. Et carcer, secundum Signoro. in consi. 97. sub. num. 21. est locus malæ mansionis, clausuris circundatus, tenebrosus, & publica auctoritate constituendus. ita Tiraq. in suo trac. de pœnis tẽperãdis causa. 40. & 41. vide Cicero. in Catilinam. vbi dicit, esse carcerem uindicem nefariorum

fariorum, ac manifestorum scelerum, ut maiores nostri uoluerunt, & in oratione in Verrem, lib. 7. Carcer ille, qui est à crudelissimo tyranno Dyonisio factus Syracusis, quæ Latumiæ vocantur. Et not. quòd triplex est carcer, secundum Bal. in auth. si captiui, C. de episc. & cler. nu. 1. & addit aliàs species carceris. Et carceres sunt loca sacra, quæ sunt publicè dedicata. nam sanctum est, quòd ab iniuria hominum defensum, atque munitum est. l. sacra. ff. de rerum diuisio, & l. sanctum. & ait Cuma. in consi. 106. Et no. ꝙ carcer est ꝑiudiciũ irreparabile, ut dicit Bal. in l. 1. C. de in integr. restit. postulan. & Cassaneus in consuet. Burgun. pag. 18. num. 66. & fol. 54. nu. 116. uide omnino Curtium in lib. de statu coniecturali li. 2. c. 9. Er not. quòd grauior est pœna carceris, quàm si quis tota die foderet in agro. ut ait Preposi. in c. super eo. 2. in 3. no. de appella. & vide omnino Neu. in consi. 60. sub nu. 8. Quando autem liceat de carcere aufugere, vide Couarru. in tract. Variarum lectio. lib. 1. cap. 2. nu. 7. Et si quis die solemni fuit dimissus, ut iret ad audiendum missam, cum iuramento de redeundo si iniustè detinebatur, non tenetur redire. ut hr in decis. Parlamenti Delphi. per Franc. Mar. 771. num. 3. lib. 2. Et not. quòd efficitur irregularis, qui aliquem includit in carcerẽ. ita arctum, & asperum, ut carceratus nõ uiuat ultra sex, uel octo menses, nam ille dicitur homicida, & hæc pœna est magis afflictiua, quàm si poneretur in patibulo, vt docet Archiepiscopus Floren. in eius summa, lib. 3. tit. de irregularitate propter homicidium, uel muti. §. fi. ad fi. & de carcere, & carcerato, vide Marsil. in pract. crim. in §. attingam, ubi ponit plures quæstiones, & de contractibus carceratorum, & uide omnino Tiraquellum in trac. de pœnis tẽperandis, causa 41. & Bossium in prac. crim. titu. de captura, & seq. titu. ubi dicit plura de captura. Et not. quòd nobilis non uenit carcerandus, sed debet ei assignari locus aliquis pro carcere, puta palatiũ, domus, uel tota ciuitas, & erit satisfactum statuto. ita dicit Ias. in l. admonendi in repet. nu. 85. col. 85. ad fin. ff.

de

de iureiur.& Gram.in decis.Neapoli.14. Item not.quòd repertus in carcere pro maleficio,in die veneris sancti, non debet excarcerari, si semel fuit excarceratus.l.nemo.C.de episco.audientia. Idem si esset in carcere pro crimine falsitatis; l.Lucius in fi.ff.ad Turpilia.Bar.in l.licitatio.§.quòd illicitè, ff.de publ.in prin.Bar.in l.3.§.prætor.ff.de damno infec. ubi dicit de eo,qui debebat offerri ex statuto in festo S. Herculani.Quando quis in carcere possit recommendari. ponit Claudius in regula criminali. 156.Et no. quòd de consuetudine carcerati solent procuratores constituere, satisdare, & alios contractus facere.& ita continuè in practica seruari, notatur per Alberi.in l.qui incarcerem.ff.quòd metus causa.vide Iulium Clarum in prac.crimi.q.46.uer.plerunq;.& Neuiza. in consi.56.&Claud.in reg.cri.142.Et no.quòd præsumitur carceratus, si aufugiat, fugisse culpa custodis ut dicit. Areti. in consi.38. nu.1. & ideò custos carceris debet esse diligens, & tenere duos custodes ad obseruandum carcerem. idem Areti.in conf.prædicto.Et ibi dicit;quòd ferrum, uenenum,& similia,non præsumitur,posse inferri in carcerē, nisi culpa custodis. uide Grammati.uoto. 29.ubi de custode carceris dicit plurimà. Guido Papæ in singu.206. & quo pacto custos carceris teneatur, si reus aufugit, docet Eckius in tracta. de iure sistendi.cap.27.qui tractatus est positus. inter. tractatus diuersorum. Et nota ꝙ custos carceris præsumitur in culpa, si debitor incarceratus aufugiat.& ideò tenetur soluere debitū.ſm Ias.in cōs.27.in.3.& Barb.in cōs.76.in.4.vol.vide Boeri.in decis. 217.& Plot. in.l.si quando.num.586. C. unde ui. & Anch.in consi.340.ad fi.ubi idē dicit de commentariense, qui fecit fugere debitorem,quòd tenetur resarcire damnum creditori. Et si duo sint carceris custodes, & unus aufugit cū carcerato,alter nō tenetur.ſm Frac.Cremē.in sing.99.& Mil l e.in prac.crimi.fol.64.in glo.uer. adduci in carcerem,& Paris de Puteo, n tract.syndic.§.an si plures carcerati.tom.14. fol.95.col.4.Et uide omnino Ang.de Aret.inter consi.crim.
diuersorum

diuersorum per Zilettũ in consi.73 tomo 1.& uide Iul. Clar. in pract.crim.q.21.& Monteleo.in pract.arbi.fol.397.nu.13. & seq. Viui. in tract. communium opin.uerbo fugiẽs,& uer. fuga.& no.quod illud,quod dicitur,quòd si accusatus fugiat de carcere,potest condemnari tanquam confessus,habet locum, si aufugerit de carcere clauso. secus si de aperto, ut de aperto,ut de sala,palatio,&c. ubi iudex pręcepit stare, quia sic,in culpa nõ sũt custodes ita.Soz.in fallen.262. regul. Fallent.3. Et no.ꝙ frangens carceres punitur pœna capitis.ita Cumanus,in consi.106.& uide infra.in uer. custos.

Statutum dicit, quòd omnes condemnati pro maleficio, soluta certa quantitate,possint redire. An comprehenduntur carcerati? respon.ut per Ias. in l.si is, qui pro emptore, num. 325.ff.de usucapio.Et not. quòd si quis iniustè capiatur, potest legitimè resistere,etiam cum armis.l. prohibitum. C. de iure fisci,lib.x.Neuiz.in consi.52.nu.11.& in consi.61.nu.37.

Caro:

STATVTVM prohibet uendi carnes, pelles, aut coria in platea,aliquis tenet ea super banco.an possit? respõ. Bar. ꝙ non.in l.qui sella.ff.de serui.rustic.prædio.

Casato statuto.

IVDEX in ipso statim officij ingressu iurat seruare statuta. Pone cassatur statutum,uel abrogatur, an liberetur? resp. quòd sic.ut no.in c.1.de his, quæ fiunt à maio. par. capituli. ubi Abb.& in c.constitutus.ubi not.de Rescrip.Abb.in c. dilecto.in prin.col.4.in uer.sed aduerte.de præben.Pau. in cle. 1.de regula.ubi & alij. secus si iurat seruare contenta in statuto.Doctores.n.faciunt differentiam, Vtrum iuretur obseruãtia legis, uel obseruantia eorum, quæ in lege continentur. Et no.quòd licet summus pontifex,imperator,uel alius princeps cassaret statuta, nunquam intelligitur, per hoc cassare statuta iuramento firmata. ita tenet Ang.in l.1.§.quæ onerandę.

randæ.ff.quarum rerum actio non detur. Afflic.in decis.Nea poli.5.ad fin.

Causa criminalis.

CAVSA criminalis, quæ nam dicatur in terminis statutorum, ponit Maran.in pract.iudi.in 4.parte.sub.nu.24. cum seq.& ponit Bossi.in prac.crim.tit. quomodo procedatur per exceptionem. & Iul.Clar.in pract.crim.q.1. in prin.

Cæcus.

STatutum volens aliquem fieri cecum, vel excecari. Non habet locum in iam excecato. Quia cecus non potest amplius fieri cecus.& occulus, qui non uidet, occulus non dicitur, nisi æquiuocè.pro ut occulus pictus.secundum Aristotelem. Vnde si cecus committeret delictum, pœna statuti deberet commutari in aliam. l.2.vbi Faber.in breuiario.C.vt intrà certum tempus questio. crimi.termi.& Euerar.in centuria legali. in loco à priuatione ad habitum.

Cessio.

STatutum dicens. si quis cesserit actionem nobili, puniatur. intelligi debet de cessione ritè facta.ita Bar. in l. non putauerit.§.non quęuis.ff.de bono.poss.contra tabu. ucr. vī. Etdicit Bal. ꝙ si officialis tenetur ex forma statuti recipere oēs accusationes, intelligitur de ritè institutis.vide per apostillan. ad Bar. in. d. §.non quęuis. & Cassane.in consu.Burgun.fol.174.ad fi. Item si statutum dicat.Si quis cesserit iura magnati, puniatur in decem.Quamuis de iure cessio non teneat, si tamen prima fronte habeat figuram cessionis, punitur in decē.l.si quis legatum.ff.de Falsis.& Bal.in l.quid ergo. §. cum autem.in 2.lectura.ff.de ijs, qui no.infamia.

Cetus.

AD statutum, quòd loquitur, de cętu, turba, multitudine, & populo. uide remissiuè per Carre. in trac. cri. in princ.nu.104.

Cicatrix.

STANTE statuto, quòd de cicatrice non possit ferri sentẽtia, sine relatione medicorum abhibendorum, si crimẽ est notorium, & patet cicatricem remansuram, ualebit sententia, etiam si non sint medici abhibiti. & absq; eorum relatione. ita dicunt. Bal. Paul. de Cast. & doct. in l. 1. C. ut, quæ desunt aduoca. & Ange. in l. 4. in princ. C. de damno infec. Limita tamen hoc. ut p Alex. in d. l. 1. nisi statutum expræssè annullaret sententiam latam, omissa relatione. per dicta Bal. in l. 1. ff. de lib. & posth. vide Bal. in qq. ad statu. in uer. cicatrix.

Si ex forma statuti, cicatrix sit punibilis. intelligitur, si cicatrix est deformans. secundum Floria. in l. quæ de hac. ff. si quadru. paupe. fecisse dicatur. & in l. fi. ff. de ijs, qui deiece. vel effu. Et no. quòd duplex est cicatrix. occulta, & euidens, & periculosa. & tunc dicitur remanere cicatrix, quando primus locus remanet deformis. ita Ange. in l. locum. §. ex eo. ff. de usufruc. & quotiens statutum meminit de cicatrice deformante, non habet locum, ubi non intentetur qualitas deformationis. secundum eundem Floria. in l. item Mela. §. si plures. ff. ad. l. Aquil. & in d. l. fi. refert Alexand. in l. de nunciasse. §. quid tamen. ff. de adulte. uide Bar. in tract. de cicatrice. Et no. quòd deformatus ab aliquo irrationale animali, nõ agit contra dominum ad deformitatem. Sed tantũ ad expensas uulneris, & operas amissas. secundum Roma. in cõsi. 278. Item no. ꝙ denũciatio facta per medicũ, qui dicat, esse aliquẽ infirmum, uel ex uulnere remansuram cicatricem, nunquam aliquid operatur. nisi præcedat diligens iudicis inquisitio. & ideò sit cautus assessor, quòd in actis faciat registrari, qualiter iudex ipse diligenter examinauit, utrum esse remansura cicatrix, & post diligentem examinationem huiusmodi, medicus hoc retulit. aliàs nõ ualet. sm Bar. & ibi Apostill. in l. semel. C. de re mili. lib. xij. Hoc tamen intelligit Corsetus. in sing. uer. medicus. quando merum factum pendet à potesta

te ip-

te ipsius iudicis.secùs si à potestate partium. quia partes eligunt, si concordant. De medici autem,& chirurgi renuntiatione. vulgo visum,& repertum.tradit Milleus. in prac. crimi.& Nouellus in tracta.ad defensam.& Afflic.in decis.Neapoli.prima.sub nu.3. Et cicatrix est quædam scissura apparẽs in exteriori parte cutis.ut ait Bal.in l.si qs.C.de pœnis.& in q̃stionibus ad stat.ver.cicatrix.ꝙ cõfirmat Catald.ĩ trac.syndica.sub nu.79.& Nellus in tractatu bannitorum.in 2.parte. 2.temporis. Et standum est etiam medico iudeo super cicatrice. ſm Bal.in cons.incip.in xp̃i nomine amẽ.de quo Bertachi. in reperto. in verbo Iudęus. & an statutum de cicatrice euidenti, habeat locum in percussione facta in capite, cum maxima grauitate tractat.Bal.in consi. 432.nu.1.in.5.parte.

Condemnatus fuit aliquis de vulnere tantũ, non adiecto in sententia de cicatrice, & statutum imponit pro cicatrice pœnam maiorem,an iterum reus possit accusari, vel inquiri, vt in duplo teneatur,ratione qualitatis omissæ in prima accusatione,uel inquisitione? videtur dicẽdũ,ꝙ nõ,ꝑ l. centũ Capuę.ff.de eo,qđ certo loco.vide.Bar.in l.senatus.ff. de accusa.& Paul.de Cast.in l.si ut certo.§.fi.sub nu.25.ff.cõmodati.

Citatio.

STATVTVM dat normã citandi in maleficijs.puta, quòd citentur rei per cedulãaffixam in columna,uel platea.Pone, forensis deliquit in territorio. an sufficiat citare secundum normam prædictam? respon. Bal. in quæstionibus ad statuta.uer.cicatrix,ꝙ obseruãtia est,ut sufficiat talis citatio.Quia quotiens quis est suspectus de fuga,non est opus,ut edictum ad illius perueniat notitiam.

Citatus ad torturam,qui non comparet, habetur pro con fesso ex forma statutorum.& potest condemnari.ita dicit Firma.in reperto.in uerbo cita.

Si statuto cauetur quòd citatus non comparens bãniatur, nec inde redire possit,nisi soluat condemnationem. si quis

fuerit citatus & cōdēnatus, & uult potius stare in bāno, q̃ sol uere condemnationē, fiscus nō poterit exequi in bonis suis. & eo mortuo, hæredes ipsius non poterunt inquietari. ut ait Iaffredus. indecis. *93*.

Cito.

STATVTVM, quod dicit, cito decapitetur bānitus. Intelligetur, quòd decapitetur intra triginta dies. l. si uindicari. C. de pœnis. & ibi doctores.

Ciuis.

AN ciui nouello ita parcatur, sicut forensi, si quid facit contra statutum ciuitatis. respondet Roma. in singu. *73*. quòd sic & Bal. in. l. data opera. ff. qui accus. non possunt. per tex. in l. qui cum uno. in fi. ff. de re mili. & est consimilis tex. in l. qui cōmeatus. ad fi. eo. tit. Et no. ꝙ in statutis, ciuiū appellatione, non ueniunt comitatenses, incolæ, seù habitatores illius ciuitatis tantū. ut ait Bursatus. in consi. 55. nu. 5. quia sunt odiosa statuta, & ideò restringenda.

Stante statuto. quòd si forensis percutiat ciuem, puniatur in quadruplum. pone, quidam fuit inquisitus, qui excusans se confessus fuit, in loco, & tempore, in inquisitione contentis, percussisse talē, & reliqua in inquisitione cōtenta negauit. an stante dicta confessione, debeat puniri ex statuto in quadruplum? respon. Bar. quòd non. in consi. *30*. in 2. quia non fuit probatum, quòd percussus esset ciuis. & quæ requirantur ad probandum quem esse cinem? ibi tradit Bar. igitur, si testes dicerent, quòd uiderunt Martinum percutere, non probant contenta in inquisitione. scilicet, quo ad, illud quòd sit ciuis. ita dicit Bal. in ad. ad Bar. in tract. circa materiam testiū. sub nu. 9. pag. 18.

Clausula.

CLAVSVLA statuti subsequens per præcedentia declaratur. ita dicit Iac. de Are. in trac. de bānitis, in prin. sub nu. 40.

nu.40.Statuta pœnalia, quamuis simpliciter loquantur.debent intelligi cũ d oli clausula.secundũ Bal.in l.illud.ff.quod quisque iuris.ubi Paulus sumit tale argumentum.

Clausula una statuti aliam declarat.l.utrum.ff. de peti.hęre.& ibi no.Bal.& Ange.& Bal.in c.secundo requiris. in ultima. col. extra de appella. ubi dicit, quòd una clausula interpræ̨tatur aliam.

Vbicunq; in eadem dispositione inferuntur plura capitula, seu negocia separata, clausula in medio eorum posita, nõ refertur ad omnia in ipsa dispositione expræssa, sed solum ad præcedentia. ita notat Perusinus ad statuta.in cap.inquisitioni.de appella.in.2.no.

Clericus primæ tonsuræ:

SI dicat statutum.quòd contra reum criminis possit procedi, & inquiri, & aliquam patiatur pœnam criminosus, nõ habet locum in clerico primæ tonsuræ.ita Mars. in consi.67. in prin.sub.num.58.cum seq. Sed hodie per consilium. clerici primæ tonsuræ, qui non incedunt in habitu, non gaudent priuilegijs clericorum. ut refert Viuius. in trac. communinm opi.uer.Clericus.quomodo autem Clericus puniatur, qui non incedit in habitu? tradit Menochius.in trac.de arbitrio iudicis.in casu.392.

Cognoscere.

STATVTVM dans annum officiali, intra quem possit cognoscere de maleficio, intelligitur de his, quæ clara sunt.ita Bar.in l.unica C.de strato.lib.xij.

Quomodo autem intelligatur statutum.vt non possit cognosci de maleficijs commissis à sex mensibus retro? Vide per Bar.& docto.in l.eum qui §.in popularibus.circa medi. ff.de iureiur.

Statutum dictans de maleficio non posse cognosci.debet intelligi, nec ciuiliter, nec criminaliter. nisi statutum aliter se limitaret.secũdũ Bal.in l.si pro fure.§.si.ff.de condi.furti.

Statu-

Statutū, qđ disponit de maleficijs cognosci nō posse post sex menses intelligi dēt, siue maleficium erat manifestū, siue occultum, quia non à die, quo scitur, sed à die delicti tempus est connumerandum. secundum Bal. in l. optimam. C. de lo. per illum tex. & l. fi. ff. si familia, furtum fecisse dicatur.

Statutum dicit, quod post certum tempus, non possit probari, de debito, nec de alio delicto cognosci. Dic, quòd isto casu confessio utiq; excluditur. in tantum, quòd si quis post tale tempus determinatum à statuto confiteatur delictum, non poterit propter hoc condemnari. quia obstat statuti præscrip. tenet ita Bal. in l. genero. ff. de ijs, qui no. infa. Et licet Baldi dictum sit à quàm plurib. reprobatū, defenditur tamē à Decio. in rub. de proba. sub nu. 10. uers. vltimo supra dicta conclusio. vbi attestatur, quòd plures doctores fuerunt huius sententiæ.

Statutum dicit, quòd de maleficio nō possit cognosci post mensem, an poterit agi conditione furtiua? respon. Bal. in l. si pro fure. ff. de condi. furti. quòd non.

Stante statuto, quòd nō possit cognosci de maleficio à sex mensibus retro. Si quis mihi furatus est, iam est annus rem aliquam, & quotidie eam contractat, possum nihilominus contra eum procedere. ut dicit Bal. in l. eum, qui. in §. in popularibus ubi etiam Alex. col. fi. qui refert Bal. ff. de iureiu.

Cognoscere idest vitiare.

QVIDAM intrauit domum cuiusdam fœminæ, & tentauit omnibus modis eam cognoscere. fuit in iudicium citatus, & omnia confessus est, probauit tamē eā esse uilis cōditionis, in honestam, & à pluribus alijs subagitatam, & ꝙ consueuerunt multi eam cognoscere. an ideo euitabit statuti pœnam? respon. Alberi. in quęstionibus ad statu. q. 52. in 3. parte. quod si isthæc mulier consueuerat quæstum sui corporis facere, Violator nō debet pati pœnā statuti. quę uerò dicatur facere quæstum sui corporis, tradunt docto. in l. palam.

per

per illum tex.ff.de ritu nup.& l.uerum. ff.de furtis.& not.in l.ea,quæ.C.de adulte. & Gandy. in tractatu maleficiorum. titulo.de aliquibus.qq.quæ commo.non adap.uer.item pone.q.quæ fuit Mutinæ.& Deci.in l.inuitus nemo cogitur.ubi etiam alij.ff.de regu.iur.ubi dicit de meretrice in lupanari, quæ etiam inuita sui copiam facere cogi potest.de qua re ir ridet Purpura. in l.rogasti.ff. si cert.peta.pro ut eum refert dominus & præceptor meus d. Alcia.in d. l. rogasti.vide Pari. de Puteo.in tract.syndica.in §.adulteriũ.nu.3.& de coitu dãnato. tradit Bossius ipso eo.titulo.in prac.cri.& Plotus.in l.si quando.nu.44.C.unde ui.ubi ponit plures limitationes. Et nota quòd si uir, cognoscit mulierem per uiolentiam, quæ non sit meretrix, nunquam transit impunitus. & si adsit consensus ex parte fœminæ,quæ uirgo sit,uel uidua, est stuprum,quando est honesta.quando non,non debet puniri. & si est concubina,non punitur cõcubinarius.vide omnino Bal. in cõs.381.per totũ. ubi bene dicit. Et vide in foro cõsciẽtię. Archiepiscopũ florenti.in eius summa. parte. secunda tit. de stupro.§.1.ca. 6.& ibi tractat de incestu,raptu,& cęteris.& uide Iulium Clarum.in §.adulterium.in §.incestus.& in §.stuprum.in practica sua criminali.& vide omnino etiam Bal.in consil. 380. ubi ponit inquisitionis formam super cognoscente filiam cuiusdam.& vide Parisi.in consi.160.in. 4. vol. ubi bene omnia hæc pertractantur.

Statutum,quod punit cognoscentem mulierem nuptam, habet locum in cegoscente monialem.ita dicit quidam.dominus Dyonisius.in consi.xx.incip.& si doctrina cecum illuminet. de quo Maria. in c.qualiter & quando.2.q.8.articu. pen.quos refert Fely.in c.non satis.de symonia. & Fely. in c. ecclesiæ. S.M.de constitu.col.31.Bal.in c.causam matrimonij.in 5.col.de prob.& Ferra.in cautela.9.& Albe.in auth.ingressi.num.23.C.de sacrosan.eccle.dicit, quòd iuuenis quidam finxit se mulierem,& intrauit monasterium monialiũ ut monialem cognosceret,& corrumperet. quamobrem cõ-

pellendus

pellendus est ingredi religionem Monachorum. vide Carreri.in pract. crim.in §.circa.sub nu.275. fol.122.& Gramm. in voto.17.col.2.si quis tamen cognosceret monialē,nesciēs esse monialē,nō punitur tanquā de stupro monialis. ut dicit Bal.super feu.tit.quib. mo.feu.amit.fol.45.quomodo puniatur.qui minorem.xij.annis deflorauit?ponit Bal. in l.si quis. non dicam rapere. in fi.C.de episco.& cleri.ubi dicit. quòd si ipse haberet talem præmanibus decapitari faceret. uide tamen Guido Pap. q.455.ubi dicit,quòd cognoscens carnaliter puellam ætatis annorum decem, & nondum uiri potentem,non debet capite puniri,sed humiliores debent in metallum damnari,honestiores autem in insulam relegari, uel in exilium mitti.si tamen talis puella raperetur, haberet locū pœna capitis.ut ait Iul.Cla. in sua practi.crim.in. §. raptus. ubi tradit plenè de hoc. quam pœnā aūt incurrat uidua,uel puella ob stuprum,ubi ageretur criminaliter.ponit Neuiza. in sylua nuptiali.lib.2.sub nu.46.ubi dicit nullā de iure Canonico. quia præsumitur seducta.sed de iure ciuili, patitur eam pœnam,quam si adulterium commisisset. & quam pœnam patiatur adultera, ponit ibi,& in libro.1.sub.num.89.& lib.3.sub nu.22.& Iulius Clarus.in.§.adulterium.& in §.stuprum.in prac.cri.& vide Paul.Girlan. in tract.de pœnis omnifariā coitus. in 2.q.sub nu.17.& seq.qui.n. stuprasset uirginem non adhibita ui olim relegabatur, uim autem admittens,capite puniebatur. secundum leges. institu.de publicis iudicijs.§.1.§. sin autem.sed secundum canones, aut ducat. aut excommunicetur.c.2.de adulterijs.Vsus autem obseruat hodiernus,ꝙ aut ducat,aut dotet. vide Cassan.in consu. Burgun.§.v.tit.de raptore.

Dicit statutum ciuitatis,si quis cognoscat mulierem minoris conditionis, idest uilioris conditionis,exponi debet.l.3. in prin. ff. de testibus quæ nam autem dicatur esse uilis conditionis, & vilis persona,relinquitur arbitrio iudicis,secundum.Bal.in l.Gracchus.C.de adulte.

Coherens.

Coherens.

COHAERENS dicitur vsq; ad centũ milliaria.ſm Bar.in tracta.de insulis.de quo Paul.de Cast.in l.depræcatio. ff.ad.l. Rhodiam de iactu. sub.nu.4.quòd no.pro statutis & plura Cassane. in consuetu. Burgun. vide. supra in ver. adhærentes.

Coitus punibilis.

STATVTVM quòd puniat coitum inter consanguineos, & coniunctas personas, vsq; ad quartum gradum. an habeat locum inter affines? respon. secundum Alex.in consi.24. nu.1.in.2.vol.vide Bossi. quoque in prac.crimi.titulo.de coitu damnato.

Collecta.

STATVTVM dicit. quòd quilibet soluat collectam infra decem dies, sub pœna quanti pluris. secundum formam. dicti statuti. potest vtiq; exigi pœna quanti pluris contr nõ soluentem infra decem dies, quanuis nullum statutum reperiat. ita Alex.in l.admonẽdi. col.3.sub.nu.3.ff.de iureiuran.

Committo.

STATVTVM, quòd vtitur uerbo committo, puta, si dicat. si quis commiserit homicidium puniatur tali pœna. Dic, quód ex propria significato compræhendit mãdantem, & facientem. Corsetus ita docet in singu.ver.committo. item & mediatorem. vnde dicit Geminia.in c.1.de testibus lib.6.p illum tex.in uer.committitur. notandum esse pro statutis imponentibus pœnam committentibus delictum, quòd uidentur includere, etiam mediatores. hoc refert & sequitur Stracha.in tracta.de Proxenetis.parte.3.pag.31.

Communis usus loquendi.

VERBA statutorum debent intelligi ſm cõmunẽ vsum loquendi, ubi adest statutum.l. cum de lanionis.§.Asi

nam. ff.de fundo instruc.nisi in uolumine statutorum diceretur, Verba statutorũ debere intelligi nullo extrinseco addito, uel diminuto. quia tunc intelligerẽtur secundum interpretationem. Et sensus communis loquendi est quid extrinsecum.l.1.ff.de fundo instruc.D.Anto.in prohemio Decreti. quod dicit non esse alibi.Roma.in singu.419.

Communitas.

STATVTVM, quòd communitas teneatur pro malefactore, quando non inuenitur malefactor. Dic, quòd si quis agat contra communitatem pro maleficio, habet necesse probare hanc negatiuam, quòd scilicet malefactor non inueniatur. secundum Corne. in consi.123.col.2.lib.1.de quo Crauetta.in consi.121.sub nu.11. An autem,& quando communitas delinquere possit?& qua pœna puniri?ponit Old. in titu.de iure & æquitate.cap.14.& Corne.in consi. 224.nu.4. uide Plotum in l.si quãdo.C.unde ui & Hieronymũ de Tortis.post cons.Butrij.Et no.quòd communitas non tenetur ex delicto officialis à se electi ex forma statutaria.ſm Lud.in cõsi.338.incip.in casu proposito.& Fel.in c.cũ ordinẽ.sub nu.6. de rescrip.Et formam statuti omnes consiliarij ad vnguẽ seruare debent.l.constitutionib.ff.ad municipal.& Bal. in l.Barbarius.col.7.uer.ex prædictis.ff.de offi.presi.facit, quod inquit Ioan.Franc.in tracta.de offi.& potesta.capituli.sede uacan. q.x.partis principalis.sub nu. 22.sub tit.quando teneatur capitulum pro officiali.

Comparere:

STATVTVM dicat.Neminem comparere posse ad defensionem aliquam inquisiti, uel accusati. sed tantùm ipse reus personaliter cõpareat. &c. pro ut extat statutum Ferra: Dic, quòd non excludit defensionem ex parte offensi. quin pars ob defensionem ipsius rei cõparere possit. ſm Marsi. in consi. 18. quòd consilium fecit pro Scipione eius filio.uide omnino Rolan.à Valle.in cõsi.97.per totum. in.3.uol. uide

etiam

etiam Asini. inter consilia criminalia per Zilettum in consi. 108. per totum.

Conatus.

CONATVS in statutis nunquam punitur, nisi sequatur delictū s'm Dec. in l. 1. in fin. ff. qd' quisq; iur. vbi fusius. Fely. in tracta. de conatu. & in c. 1. de præsumptio. Tiraquellus in tracta. de pœnis temperandis cā. 37. & causa. 38. & Afflic. super cōstitu. regni. lib. 1. titu. de pœna eius, qui cōtra aliquem arma extraxerit. & Iulium Clar. & vide in pract. crim. §. fi. q. 92. & plenè tractat Syluanus. in cons. 43. in 1. vol.

Concordia.

CONCORDIA est permissa à statuto in criminalibus. nunquid ex ea oritur exceptio non solum declinatoria, sed & peremptoria? respon. vt per Bal. in l. trāsigere. sub nu. 6. C. de transac. De concordia, & pace tradit Bossius plenè. in prac. crimi. titu. de pace. & Cassane. in consuetu. Burgū. §. vj. & in cons. 58. nu. 22. & Monteleo. in prac. arbi. vbi de cōpositione agit. & Affl. super constitu. regni. qualiter iustitiarij. nu. 10. lib. 1. & Claud. in reg. cri. 122. nu. 1. 4. 5. & 6. & vide omnino etiam Bermondum. in trac. de publicis concubinarijs. super ver. compositione. fol. 288. vbi dicit posse has compositiones fieri. & fiunt quandoq; ęę compositiones ex causis notis principum. ut per Iacobi. de. S. Georgio. in eius inuestitura. An istæ compositiones faciant iudicium, tractat Blancus. in l. fi. nu. 306. ff. de quæstio. & Moronus. in trac. de fide, treuga & pace. & Nouellus in practi. crimi. ad fi. ubi de pace agit.

Si statutum prohibet concordiam in quibusdam casibus. Si fiat concordia, iudex potest repellere accusatorem suspectum propter suspectam collusionem, nec tenetur recipere testes, quos offert. sed ipse iudex habet inquirere ueritatem p quoscunq; testes, per quos sibi uidebitur. Et accusator potest adiuuari per testes ex officio sumptos. ita dicit. Bal. in l. tran-

figere. sub nu.14.C.de transac.

Statutum dicit, quòd concordia fiat percussori, an poterit fieri mandanti. & an sit standum iuri communi? respon. ut per Bal. in l. transigere. in fi. C.de transac. ubi tenet contra Bar. quòd sic. vide Bal. in l. si exprimendi. §. prætor, ad fi. ff. ne quis eum, qui in ius uo. est ui eximat.

Si ex forma statutaria de quolibet maleficio potest fieri concordia ei, qui deliquit, nisi de homicidio. an poterit fieri concordia ei, qui fieri fecit homicidium? respon. Bal. in l. si seruum. §. prætor ait. ff. de acquir. hære. quòd sibi uidetur, ꝙ sic. quia propriè non est homicida, sed interpretatiuè, quæ quidem interpretatio non potest excludi, & fieri ad excludē dum statuti fauorem. qui fauor procedit ex generali capite ipsius statuti.

Condemnatus.

CONDEMNATVS in expensis, aut in alia re ex causis criminalibus uigore statutorũ, an potest detineri? respõdet ut Saly. in l. 1. C. quando prouocare non est necesse. Vbi dicit, quòd stante statuto ferrariensi, quòd victus in maleficijs semper debeat condemnari in expensis, & nihilominus habeatur pro condemnato. nempè, si potestas eum absoluit ab expensis, non ualet absolutio. immo potest eam reuocare. & condēnare in expensis. ita dicit fuisse consultum Ferrariæ post uarias allegationes & ponit Fel. in c. inter monasterium col. fi. de sententia & re iudica.

Si quis vti contumax pro aliquo delicto condemnetur in duobus locis, potest cogi soluere utranq; cōdemnationem. Bar. in l. sepulcri uiolati. in fin. ff. de sepulchro uiolato. quod dictum pro mirabili existimant apostillantes ibi. Vt scilicet quis de eodem delicto bis condemnari possit. ꝙ notatũ est, ad statuta. Pone non creditur aliquem fuisse condemnatũ ob tale uel tale delictum, nisi constet ex actis. c. quoniam cõtra. de proba. Extende hoc, quamuis princeps hoc diceret.

ſm Cardi.in conſi.128.& Sozi. conſi. 127. lib. 2.& Deci.in cōſi.305.col.2.ad fi.quod nota.pro ſtatutis.

Condemnatus ex forma ſtatuti ad eandem pœnam, quã & ius commune imponit,non fit infamis.ſm Bal.in l.ſi ita.C. de ſeruis fug.rei pub.manumiſſis.paulo poſt pri.& in l.etiam col.1.uer.item iſti inquiſitores.Vide tamen Nellum in tract. bannitornm in 1.parte.2.tempo.q.49.& ſeq.

Condemnatus iure ſtatutario, an dicatur uerè condemnatus,adeò,quòd in eo uendicet ſibi locum ſtatutum dicens condemnatum poſſe impunè offendi? reſpon.vt per Corne. in conſi.281.in 4.

Condẽnatus cōtumax ex forma ſtatuti,nō eſt infamis. ſm Bar.in conſi.incip.Ioannes nominatus de Diruto. niſi fuerit ſequuta corporalis pœnæ executio. ſecundum Bar.in l.ictus fuſtium.in fi.ff.de infami.& l.non ſolum.§.fi.eo.tit.& in l.nō ſolum. §.fi.uerſ.ultimo iſte tex. facit.ff.de procura.uide etiã Bar.in l.infamem.col.2.uer.item quęro.ff. de actio.& oblig. & Bal.in l.1.de confeſſis.& Bal.in addi.ad Specul.de ſententia.uer.an condẽnati.& Pa.de Caſt.in cōſi.196.& 59.& Bal. tñ in l.1.col.10.uerſ. ſed quid ſi dicit ſtatutũ.C.de hære.inſtituen. dicit non eſſe infamem, niſi infamia facti.uide Bal.in rub.C.de fur.& in l.tranſigere. ulti. col.uer.facit ad ſtatuta. C.de tranſa.& no.in l.1. C. de mo. mulctarum. & Doct.in l. 1.C.de ijs,qui no.inſa.

Statutum dicit. quod omnes condemnati pro maleficio poſſint redire,ſoluendo certũ quid communi. an ſi qui ſunt in carcere, & ſoluant poſſint redire? reſpon.Bal.quòd ſic. in addi.Specula.in tit.de obliga.& ſolutio.in rub.

Statutum, quod punit condemnatum, non uerificatur in condemnato uigore fictę confeſſionis.ita Corn.in conſi.97. in 4. & 37.in 1.& in conſi.159.eo.vol.

Statutum,quod loquitur,quòd condemnatus pro falſitate,incurrat aliquam pœnam extrinſecam. non condemnatur uigore ſtatuti, volentis quòd contumax habeatur pro confeſſo.

fesso.ita Bal.in l.transigere.C.de transac.& Corne.in consil. 45.colum.fi.in 3.

Plures sunt condemnati ipso facto per sententiam statuti propter aliquod maleficium, an condemnatio inter eos diuidatur? respon.vt per Bal.in l.1.C.si plures una sententia fue. condemna.col.1.

Statutum disponit.quod commoda condemnationũ debeant esse dominorum iudicum pro certa parte. dic, quòd commodum erit iudicis à quo, licet fiat executio per iudicem ad quem. sic dicit Paris de Puteo. in tracta. syndica. in §. prouentus.

Statutum, loquens de condemnatis,habet locum, etiam in condemnatis ante statutũ. ſm Bar.in cõs.84.nu.2.in 1.vol.

Quid si latrunculator in proferrendo sententiam in scriptis,usus fuerit his uerbis, condemnationes pro ferimus secundum formam statutorum,& catenus,quatenus essent ultra, vel contra statutorum formas, cassamus,& annullamus? vide Fely.in c.qualiter & quando.de accusa.& per Iaffre.in decis.495.vbi dicit,ꝙ ista uerba latrunculatoris nõ prosunt.

Conducere.

STANTE Statuto. quod nullus possit sub pœna conducere sal,vinum,frumentum,uel similia ad ciuitatem, si quis talia conducit per transitum, ut ad alium locum transferat, non cadit in pœnam.ita Marsi.in consi.136.nu.14.

Confessus.

STATVTVM uult quòd qui confessus est delictum puniatur.quidam fuit confessus delictum.& non obstante confessione petit terminum ad se defendendum,iudex autem denegat. quia per suam confessionem,maleficium est notoriũ. Hoc certè casu iudex statim potest procedere ad condemnanem præmissa tamen interlocutoria, videlicet. Dilationem non esse dandam,tanquam per calumniam petitam. sic dicit notabiliter Inno.extra de accusa.c.ad petitionem,ubi dicit, utile

utile esse in talib. interloqui. fm Bal.in l.à pcedēte.C. de di latio. An autem possit suam innocentiam ostendere? Vide per Deci.& alios.in l.si is qui.C.qui testa. face.possunt.& Fely.in c.Rodulphus.sub nu.27. de rescrip. ubi etiam ponit, an stante statuto, quòd quis habeatur pro conuicto & confesso, an denotet per sententiam, an uerò requiratur iudicis declaratoria? vide omnino Arno.in soliloquio.30.

Quotiensçunq; de homicidio non constat, nisi per confessionem, eius, qui confessus fuerit homicidium non ex proposito fecisse, sed casu, hic non debet condemnari ex forma statuti ordinaria, sed pro culpa tantum. arbitrio iudicis. ita Ange.in conf.27.incip.quidam viator.& Crauetta. in conf. 11.col.fi.sub nu.20.nam promptiores esse debemus in irritãdis processibus, potius quàm in extinctione corporis humani.ut dicebat Bal.in consi.347.lib.3.vide Marsil.in fine practi.Et no.quòd citatus sub pœna conuicti, vel confessi criminis.si patitur se condemnari, debet sibi imputare ita Alba.in consi.56.in fi.& de confessione.vide Claudi.in regu. crimi. 48.& plures seq.Et quid si mulier, minor, & reliqui confitentur? vide eundem in regu.57.& 77.

Statutum fingit confessionem in eo, qui fuit confessus contumaciter, & quòd possit banniri an adultus ex tali confessione poterit banniri? Respon.Bal. in quæstionibus ad statu. uer.adultus. ꝙ sic.dummodo fuerit legitimè citatus, quia in hoc sufficit auctoritas statuti, & quia est in dolo.ita(inquit) uidemus seruari in facto, quòd secùs existimat in pupillo. & quotiensçunq; constat de confessione, non inspicitur modus agendi, sed potest imponi pœna ordinaria, licet dura, & grauis. dummodo non fuisset conuictus per falsas illecebras, & probationes.ita dicit Inno.in c.qualiter & quando. de accusa. sequitur Butr. in c. dilectus. & in c.fi.de celebra. missa.& uidetur casus.in c.ij.de pœnis.facit.quod no.Bar.in l. si confessus.ff.de custo.reo.igitur si constat de crimine per confessionem, poterit puniri reus ex statuto, ac si fuisset contra

tra ipsum inquisitum, uel fuisset accusatus. ita dicit Abb.in consi.25.in.1.parte &.in consi. 118.in 2.parte. sub. nu. 4.& Marsil.in.§.constante.in prac.crimi.& docto.in c.1.de accusa. in. 6.& in c.Pisanis de spolia.restitu.aliter tamen uidetur consuluisse Marsi. in pluribus consilijs. & vide Arno. in commentario.120.

Si quis confitetur omnia,& singula in accusatione contenta, fore,& esse vera. Hæc uerba referuntur non tantum ad expressa, sed etiam ad expressorum qualitatem. ita Corsetus. in tracta.de uerbis geminatis.sub.nu.13.uers.uigesimo septimo.quod nota pro statutis.

Statutum dicit.quod reo,qui sit confessus, remittatur certa pars pœnæ.pone,reus semel negauit, & postea iudex admisit confessionem. dic, quòd hoc casu non obstante accusator,uel iudex,qui inquirit potest dicere, nolo uti confessione tua, sed uolo probare per testes,& te excludere à beneficio statuti.ita Bar.in l.eũ,qui.ff.de iureiur.Saly.uerò dicit cõtra.ibi.& contra ipsum stat Alex. sententia.ibi.Confessus crimen, potest condemnari, etiam post terminum instantie à statuto præfixum, iure,uel cõsuetudine.ſm Bal.in l. properãdum. in prin. ad fi.uer.unum addo.C.de iudicijs. & Ang. de Aretio.in trac.malefi.uer.confitetur.& Alex.in l.si confessus de custo. reo.in fi.& gl.in c.ex pœnitentibus. 50. distinc.Signorolus autem contra.in consil. 230.vide tamen Rolan.in consi.94.in 3.vol.vbi agit de fictè confesso. puta,quia contumax fuit,quãdo est perẽpta instantia biẽnio. Vide omnino.

Cõfesso ex forma statuti,quartam partem diminui posse, iuris est.primus,& secundus sunt confessi, & primus tres partes fisco persoluit. an iste secũdus tenebitur ad tres integras partes? & non teneri,nisi ad quartam, quam fiscus consequi debet?resp.Bar.in l.Meuius. §.duobus. ff. de leg. 2. col.pen. ad fi.idem Bar.in l.Lucius.§.impuberem.eo.tit.& in l.fideicommissa.§.si quis.x.de leg.3.

Confessio facta in tormentis, uel metu tormentorum per

F 1 mino-

minorem quindecim annorum absq; præsentia sui curatoris, an retractetur per ipsum, si sententia contra eum lata ex dicta confessione fuerit, stante statuto, quòd aduersus sententias criminales non possit opponi de minoritate ætatis, uel patria porestate? respon. vt per Corne. in consi. 199. in 4. ubi dicit, quòd sic, per restitutionem in integrum. vide Bolanũ, in tracta. de in integrum resti. & vide infra. in uer. minor.

Si stat statutum, quòd reus requisitus ad subeunda tormẽta, si non comparet, habeatur pro confesso. intelligitur, nisi prius innocentiam suam osten derit. ita Bal. in c. ij. col. 2. per illum tex. de proba. & Ias. in consi. 33. col. 2. in primo vol.

Statutum, quod quis habeatur pro confesso, debet intelligi, si debet haberi, & iudici uidebitur. ita dicit Bal. in l. 1. C. ne ex delic. defuncto. & Catal. in tracta. syndica. sub num. 137. vide omnino Nattam. in consi. 444.

Dicit statutum, quòd cõfitenti maleficiũ remittatur quarta pars pœnæ. sed neganti augeatur tertia pars pœnæ. pone, quidam fuit confessus, postea negauit, uel e contra. quid iuris? resp. vt per Bal. in tit. qui fuit prima causa beneficij amittendi. nu. 10. in lib. feud. in prin. Et not. quòd petitio ueniæ non est sufficiens probatio delicti. gl. hoc dicit singu. in c. ex hibita. de homicidio, quam exclamat, & sequitur Ludo. Roma. in l. 1. §. nuntiatio. ff. de operis noui nun. vide in trac. de crimine læsæ maiestatis. in xj. q. tomo. xv. & Boui. in trac. de statutaria prçscriptione. uer. uel interruptam. nu. 50. vide Blãcum. in repeti. l. fin. ff. de quæstio. nu. 308. & omnino Iulium Clarum. in §. fi. in prac. cri. quæstio. 49. vers. sed incidẽter. Et no. quòd ualet cõfessio delicti. ita demum, si fuerit facta parte presente, & acceptante. Arno. post alios in comment. 7. Item no. quòd nemo de consuetudine potest puniri criminaliter ad mortem, uel membri mutilationem. nisi fuerit conuictus & confessus. Mansuerius in eius practica. in titulo de confessis in prin. quem Mansuerium virum multæ eruditionis, & experiẽtiæ apud Gallos nuncupat Tiraquellus in tra

statu de nobilitate.cap.20.nu.162.& iterum, de iure primi geniorum.q.6.nu.8.vide Viuium in trac. communi.opinio. uer.confessio.in 1.parte.

Confines:

STATVTVM mandat malefactorem mitti ad confinia.pone, aliquis dicit non seruata fuisse confinia.quid iuris? respon.Bar.in l.relegati.ff.de pœnis,quod ipse tenetur probare.vide Franc.Mar.in decis.Delphi.q.362.Et no.quòd confines territorij exprimere,non est necesse,quotiens exprimitur castrum,villa,vel vicus, ex quo proprios habet fines.ita dicit Bar.& Deci.in l.si testamentum . C.de institu. & sub.& Bal.in l.libellorum. col.2.uer.quæro. de accusa.& not.Floria.in l.sed & loci.§.fi.ff.fi.regun.& Ang.in l.si in rem.col.1. ff.de rei uendic.& Bal.in l.de monstratio in prin.col.pe.7.q. ff.de condi.& demon.Et no.quòd confinia rumpens, debet stare duplicato tempore, & duplicatur illud, quod superest. l.aut damnum.§.quisq; ff.de pœnis. & Pau.de Cas.in l.inter dum.§.serui.ff. de publica. Confinia autem amouentes,quibus afficiantur pœnis? fusè tradit Menochius in tracta.de arbitrio iudicis.in casu.393.Item no.ꝙ si iudex mittat aliquē ad cōfinia,ad benè placitū suū,non dicitur ille confinatus:nisi iudex declaret, se ita uelle. quia illa uerba ad benè placitum, ita important conditionem .ut ait Crau. in consi.122. sub nu . 7. De finibus autem,sine confinibus.vide Hierony. de Monte.in tract.de finibus regēdis.& Cassane. in consue. Burgun.fol.304.& 367.vbi tractat etiam de fossa,sępibus, & quomodo fines territorij probentur, an per instrumenta,vel ne.& an præscribantur.ut de pariete cōmuni. de fluminibus, & quādo piscari liceat?fol.370.& de sylua, nemoribus,& de seruitute iuris pascendi.&c.& Plot.in l.si quādo. nu. 577.C. vnde ui.uide omnino Iodocum.in prac.crimi. cap. 127. vbi de translatione limitum agit.& Cępol. in trac. de seruitutibus.Et no. quod pertinentiæ,& districtus probantur hoc modo.

do. aut, quia loca & territorium sunt euidenter, & notoriè discreta, quandoq; per vias regales, quandoq; per flumina, quandoq; per montes, vel valles, quandoq; per lapides, vel signa multum apparentia, & istis modis territoria communiter distinguntur. ut no. Ioan. Andr. secundùm Gofre. extra de proba. c. cum causam. interdum etiam probantur fines iurisdictionum per expressas, vel tacitas assertiones partium. interdum per vulgi opinionem, & iudicium circum colentium. qui in hac materia sunt testes magis idonei, quàm alij, & quanto sunt simpliciores & rustici, sunt credibiliores, quia non deponunt, nisi de possessione facti, tanquàm oculis suis semper astantes super ipsa loca. ita Bal. in consi. 420. in 1. parte. vbi agit plenissimè de confinibus. & de districtu. & quid sit districtus? vide per Deci. in consi. 534. nu. 7. in. 4. & de comitatu. Tenet idem Dec. in cons. 17. in 1. uol. uide Michael. Gras. in uolumine. de communi opinione. lib. 1. cap. v. pagi. 23. & q. 9. ubi ét tractat. qñ maleficiũ est cõmissum inter cõfines.

Confirmatio statutorum.

CONFIRMATIO statutorum à superiore facta, creditur facta solùm de ualidis, & rationabilibus, & non de irrationabilibus. ita docet Paul. de Cast. in consi. 343. uol. 2. col. 1. ꝯ Bal. in consi. 134. lib. 3. & Crau. in consi. 168. sub nu. 9. in prin. & Dec. in cõsi. 17. sub nu. 2. in 1. uol. an aũt statuẽtes incurrant in aliquam pœnam, si non requirant confirmationem statutorum? Resp. ut per Bal. in consi. 324. nu. 1. in 4. Et no. quòd ciues præsumuntur habere uoluntatem conformẽ dispositioni statutorum. ita Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebelli. & Sozi. in consi. 35. num. 6. in 3. uol. Et no. etiam, quòd licet de honestate princeps subijciatur legibus suis. l. digna uox. C. de legibus. non tenetur tamen statutis populi romani. ut inquit Cardina. in consi. 6. & ideò consuluit, quòd diuus Nicolaus. Marchio Estensis, non ligaretur, etiam de honestate statutis populi ferrariensis. uide Fely. in

c.1. de constitu. sub nu.30.& Sozi. in consi. 4.nu.23.in.3. & Duenyas.in regula.13. incip.confirmata.&c.

Confiscatio.

STATVTVM imponens pœnam confiscationis bonorum committentibus homicidium, non habet locum in homicida moriente ante condemnationem.ita Claudius in regula.crimi.139.& Iulius Clarus.in prac.cri.q.78.nec habet locum in interficiente se ipsum, si non sit delatus de aliquo capitali delicto, uel accusatus, vel inquisitus. ita Corne. in cōs. 195.in.2.vide Ferretum.in consi.89.per totum.in 1.vol.vide etiam omnino Parisium.in consi.155.per totum.in 4.vol.

Statutum, ac consuetudo potest disponere, quòd confiscetur licitum per illicitum.ita Bal.in l.cū proponas.C.de nautico fœnore.& Franc.luca.in tracta. de fisco.sub nu.11.

Quando statutum ipso facto confiscat bona. Ista pœna venit per sententiam statuti, q̄q̄ sit necessarium, ꝙ interueniat iudicis declaratio. c.per humani ex. de homicid.in 6.& arg. l.eius qui.ff.de iure fisci.Et hoc consueuit appellari canon latæ sententiæ.ut no.ff.de capitis diminu.l.amissione.§.qui deficiunt. ita Bal.in consi.426.nu.3.in 1.vol.Agit de confiscatione plenissimè Cassane.in consuet. Bugundiæ.§.viij.& fol. 89. vbi ponit.70.casus, in quibus bona possunt confiscari, & quæ non possunt confiscari.fol.96.cum seq.vbi bene. & Riminal.in consi.135.in 1.vol.

Congregatio:

AD statuta, quæ loquuntur de congregationibus vide Crauettam in consi.4.sub nu.14. & de congregationibus licitis & illicitis agit Menochius in consi.77. per totum. & vide Cor.in consi.216.in.3.& Bal.in consi.319.in.2.& Bossi. in prac. crimi. titu. de vnionibus. & dominus Alcia. in cons.9.in.7.lib.& Alberi.in dictionario. in ver. commenticula, vbi agit etiam de conuenticula.

Con-

Coniunctio &.

CONIVNCTIO & iungit, & inducit repetitionẽ præcedentium insequentibus. quod nota pro statutis, quando in vno statuto imponitur pœna, & postea sequitur aliquod statutum sic.& vltra statuimus etiam.&c. nulla adiecta pœna, pœnam in primo staruto posita censetur repetita. l. libertus. ff.de condi. & demon.l. Seia.§.Caio.ff.de fundo instruc. Gui. Pap.in. q.427.

Consilium:

QVOTIENSCVNQVE cõsiliũ ciuitatis facit statuta, debet interuenire magistratus.ꝑ gl.in l.hoc edictum. ff. quod quisq; iuris. & Alex.ibi.vbi dicit, quòd consiliũ repræsentat totum populum.& ipsi consiliarij poterunt conueniri de suis consilijs.l.1.de magistra. conuen.& de iniquis etiã legibus ipsi tenentur.vt inquit ibi Alex.& Bernar. Diaz. in regu.555.

Pone, statutum dicit, ꝙ quilibet consiliarius, qui non fuerit ad consilium, quando publicabitur, condemnetur in solidis centum. Quidam accessit ad consilium antequam esset reformatum, & inde consiliarij recederent, an ueniat condemnandus? respon. Alberi.in l. diuus.ff.de in integr.resti.col.2. quòd obtinuit, quòd non debet condemnari.

Statutum disponit consilium debere congregari, & proposita fieri certo modo, certaq; forma. Certè, si quid ordinatum fuit in consilio, tenet & ualet. licet in congregando, & proponendo petitionem, non constet fuisse, seruatam formã dicti statuti.ſm Dec.in consi.10. in prin. & Fel.in c.1.col. 1. ad fi.de maio.& obe.& Sozi.in consi.59.in.1.parte.

Pone, stante statuto criminali. quòd si quis dederit alicui cõsilium ad maleficium perpetrandum, puniatur tali pœna. aliquis dedit alicui consilium, postquam reus omnia deliberauerat, & sic ei, qui aliàs erat facturus, an tenebitur pœna statuti? respon.Bar.quòd non.in consi.23.in 2.lib.

Si statutum punit facientem, non comprehendit consultorem, minusque mandatores. ut per Alex. in consi.65. lib. 4.& Dec. in l.consilij.ubi etiam Cagn.ff.de regu.iur.& Duenyas. in regu.149.& Clau.in regu.crim.100.& Iul. Clar. in prac. crim.q.88.in princ.

Conscientia.

STATVTVM aliquid committit conscientię iudicis. Nunquid potest quæri de malitia, uel imperitia? resp. Bal. in l.1.C.de rebus credi.col.2.nu.3.quod non.& hoc intellige de his, quæ sunt parui præiudcij.vt no.in c.statutum.§.assessorem.de rescrip.lib.6.secus,si sunt magni præiudicij.vt not. in c.1.de iure patro.in clem.in glo.fi.

Contractus appellatione.

SI statutum puniat contrahentes,qui faciunt simulatos contractus, & simulatam cessionem. Dic, quòd appellatione contractus,non intelligitur donatio.ita Bald. in consi.139. lib.2.de quo fusius Tiraquellus in tractatu de legibus connubialibus. in vltima. l. in glo. vij. sub num. 65.& in glo.v. sub num.51.

Contradictio.

SI extat statutum,quod in duobus sibi cõtradicit. Dicit Fely.in c.gratum.in prin. de offi. delega.quod statur vltimæ conditioni. Nam &,finis legis corrigit totam legem.l.si tibi.ubi no.in fi.ff.si cer.peta. Et quando sunt duo statuta contraria,attenditur illud, quod est æquius.ita Alex.in cõsi.50. in 4. volu. & quando sunt duo statuta sibi inuicem contraria, debent fœdere distinctionis conciliari.ut per Bar.in l.omnes populi.col.11.in prin.ff.de iusti.& iure.

Contrafacere.

STANTE statuto, quod si quis contra fecerit,puniatur, &c.quisnam dicatur contrafacere? respon. vt per glo. & doc. in l.si quis maior. C.de transac. Et ibi videbis quando

quis

quis dicatur contrauenire,& qui non facit sic, incidat in talē pœnam. vide Alex.in l.ubi autem.§.per id,quod.ff.de uerbo.obliga.& Alb.in l.cum eo.per illum tex. ff.ad legem Iuliam pecula. Et clausula, quòd totiens,quotiens aliquid cō trafactum fuerit committatur pœna,intelligitur usq; ad bis, & nō ultra.ſm Bar.in l.si duo.§.semel.ff.de recep.arb.& Ioā. Lecirier.in trac.de primogenitura.arti.7.nu.13.to.7.fol. 72.

Contumax.

STATVTA Ferrariæ de maleficijs tradunt formam,& debet unum ab alio potius interpretari,quàm à iure communi.& ideò statutum, quòd contumax banniatur. &c. valet, & tenet.ita dicit Pasethus.in consi.190.nu.11.& ideò contumax bānitus ex statuto,potest impunè offendi, si tamen fuit legitimè citatus.nec possunt testes recipi pro eius excusatione ex statuto Ferrariæ. & dictum statutum est introductum fauore publico.& ideò debet extendi.& talis confessio ficta per cotumaciam nocet non solum ipsi reo, sed etiam tertio. ita Pasethus.in d.consi.190.nu.13.& nu.1.& seq.Et statutum de bannito contumace, loquens per uerbum aliquis bannitus,comprehendit quouis modo bannitum, largè, & improprič.ita Pasethus.in d.consi.190.nu.13.Et statutum de contumace, quòd habeatur pro confesso, comprehendit etiam minores. ita Menochius. in consi.100. nu.131.nec opus est alio curatore in casu isto.ſm Natā. in consi. 540. & seq. & in consi.594.vide omnino,

Statutum dicit, quod si ille, cui est factum præceptum de soluendo, est contumax,puniatur in decem libris. Pone, alicui sunt facta plura pręcepta, an pro quolibet præcepto decem soluētur? respon.Bald.in l.si sine.ff.de in ius uocan. ꝙ sic, quod secus existimat in mulcta. Putà, si statutum non limitat pœnam, sed dat iudici authoritatem mulctandi, usq; in decem libris pro qualibet contumacia,nā non potest mulctare,nisi ter.l.eos. C. de modo mulctandi, vide Tiraq.in l. boues

boues.§.hoc ſermone.ff.de uerbor. ſignific.

Si ſtatutum dicit cõtumacem debere poni in banno, non eſt opus alia iudicis interlocutoria, quæ faciat eum contumacem, ut inquit Bal. in qq. ad ſtatu. ver.contrahere. vide Roland.a Valle in conſi.90.in 3.uol.Et ualet ſtatutum, ꝗ cõtumax puniatur corporali pœna.Et quòd contumax habeatur pro confeſſo. Contrarium tamen uidetur tenere.Caſſan. in conſue.Burgun.fol.74. vide Claudium in regu.crim.19. ubi tractat de contumace fuſius, & per Iulium Clarum, in pract.crim.q.44.Et Syluanum,in conſi.100.in 2.uol.

Si ſtatutum dicit, quòd contumax poſſit cõdemnari. Dic, quod intelligitur, etiam ad reſtitutionem rei. vt ait Nellus in conſi.incipien.circa quæſitum,& Firma.in reperto.in ver. contumax.

Si ſtatutum vult contumacem, uel inobedientem haberi pro confeſſo,ſi decedat,antequam condemnetur,hæres eius uirtute talis confeſſionis condemnari non poterit, quia morte extinguitur. quod perpetuò menti tenendum,putat Pau. de Caſt.in l.tranſigere,ſub nu.9. C. de tranſ. vide etiam deciſ. Pedemont.106.per totum.

Statutum, quod contumax habeatur pro confeſſo, non comprehendit minorem,nec mulierem, nec ruſticum, niſi ſint in dolo expreſſo, & non præſumpto, ut dicit Marſil. in prac.crim.in §. poſtquam,num.60. & uide omnino Rolan. à Valle in conſi.68.num.31. & ſeq.in 2. uol. Et requiritur trina citatio.ut ibi per eum.

An ualet ſtatutum,quòd ex ſola contumacia tantum, nec aliter conſtito de crimine, poſſit quis condemnari ad mortem? reſpond. ut per Marſi. in l. de minore,uer.& an ualeat, num.64.ff.de quæſtio.& Arno.in comm.148.& ſoliloq.9.Et Carre.in pract.crim.in prin.ſub nu.38. & ſeq.& Corſe. in ſingu.uer.ſtatutum, Bal. in c.primo,qui ſucce. te. & Io. And.in c.veritatis,de dolo & contumacia.& Spec.in titu. de fideiuſſo.§.primo,uer.ſed pone.& Roma.in.l.lege Corne.ff.ad Syllania.

lania. Marsil.in consi.82.sub num.40.vbi dicit, quòd ad hoc & ut ualeat condẽnatio de delicto contra accusatum, uel in quisitum de crimine, debet ultra contumaciam consta re de delicto.& debet conuinci de ipso delicto.aliàs non ualet cõ demnatio.& ibi fusius prosequitur Marsil.vide omnino etiã Fely.in c.cognoscentes.de constitu.in prin.nu.6.& docto.in c.sine culpa.de regu.iur.& Marsil.in l. 1.§.fi.nu.71.ff.de quæ stio.& Arn.in soliloquio. 7.9.& 53.Vide dominum meum. Alcia.in consi. 108.in 5.lib.& Rolandũ à Valle. in consi.31. in prin.& in cõs.60.nu.30.& seq.in 2.& Iul.Clar.in prac.cri. in §.1.uer.quęro etiam.& in §.fi.q.44.& in §.absens, & §.fin. q.49.vbi traduntur plura de contumace,& contumacia.vide omnino ꝑ totas quęstiones, & Petr.Rauenna.in aureo alpha beto.uer.cõtumax.& vide omnino ad hoc statutũ. Syluanũ. in conſ.50.per totũ.& Rol.à Valle.in cõsi.47.in 3.vol. Et an stante.d.statuto,possit comparere defensor, & eius innocentiam probare.vide Bertachi.in repert.uer.defensor. uers.60. & de validitate d. statuti.tractat Cassane.in consue. Burgun dię.in §.8.sub nu.10.fol.74.& Folleri.in prac.cri.titulo, & si confitebuntur. pag.372.& seq.& 161. pag.381.num.4.vide Neuiza.in consi.60.in 1.vol. Et an stante d. statuto, debeat accusari contumacia? vide Chacherannum in decis. pedemon.3.& Rol.à Valle.in conſ.90.in 3.vol.per totum.& Mat the.de Arimi. inter consi.crimi.diuersorum per Zilettum.in consi.115.nu. 55.& seq.tomo.2. & Iul.Clar.ubi supra. Et si statutum dicat,quòd contumax habeatur pro confesso, vt di ctat Ferrariæ statutum,non est accusanda contumacia.secun dum Bertachi.in reperto.uer.contumax.& Bal.in l.absentẽ. uer.tertio extra gl.quęro.ff.de pœnis. & Panor. in c.ueritas. col.9.de do.& contum.& Neuiz.in cõsi.6.in 1.uol. per totũ. ubi bene.de hoc habetur. Vid. Bar.in extra.ad reprimen.super uer.neglexerit.in fi. vbi ponit cautelam pulcherrimã. & Vide Paul.de Cast.in cõsi.33.col.2.in 1.vol.ubi dicit, quòd quando statutum disponit, quòd reus contumax habeatur

pro confesso, debet intelligi, non ipso iure. sed per sententiā. vt dicit Follerius ubi supra. nu. 12. pag. 305. Per sententiam scilicet declaratoriam. Vide fusius per Marsil. in consil. 10. sub nu. 19. & in consi. 63. in prin. sub nu. 13. & seq. & in consil. 82. sub nu. 27. & in consi. 117. sub nu. 29. & vide etiam Bar. in l. consentaneum. C. quomodo & quando. vbi dicit, quòd si actor non se præsentat, & reus non se præsentat non esset reus contumax. l. 2. in fi. ff. si quis in ius uo. & l. arbiter. calendis. C. de arbi. & l. properandum. §. 1. ff. de iudi. ibi, parte instante. Et ideò (inquit Bar.) practica est. Talis contra talem, qui se in termino præsentauit, & eius contumaciam accusauit. & Folleri. pagi. 377. nu. 20. vbi post allegatas opiniones hinc inde, adducit Afflic. super constitu. pœnam eorum. 5. col. uers. quarto requiritur. ubi dicit, quòd de generali consuetudine Italiæ, debet accusari contumacia, etiam stante statuto, quòd contumax habeatur pro confesso. vide Villalob. in tractatu communium opinio. uer. absens. & Neuiza. in consi. 6. per totum & Chacherannum. in decis. pedemonta. 71. nu. 47. & in decis. 3. nu. 3. & seq. & Iul. Clarum in prac. crimi. q. 44 & ibi ponit formam sententiæ super contumace delinquente. & dicit, quòd contumacia non est accusanda ex dispositione cuiusq; statuti in prouincia. Et quotiens iudex procedit ex officio, nō requiritur, ꝙ in termino citationis aliter accusetur cōtumacia rei. ut ꝑ Alex. in cōsi. 120. nu. 7. inci. vlt. vol. & Iul. Clar. vbi supra vers. videamus. Et quando iudex procedat ex eius mero officio, ponit Neuiza. in sylua. lib. 3. nu. 31. vide Bar. in auth. qui semel. C. quomodo, & quādo. & in auth. ei, qui. in fi. C. de appella. & Grammati. in cōsi. 37. & in consi. 45. nu. 23. vbi dicuntur plura de contumace in terminis statutorū & vide Soz. iun. in consi. 18. in. 2. & Corn. in consi. 274. in. 3. & in consi. 277. eo. volum. & debet intelligi statutum inter easdem personas. secundum Corne. in cōsi. 300. lřa E. ī 3. vol. vide omnino Viuiū in tractatu communiū opinionū. uer. statutū. & uer. reus pro cri. in 1. parte. pag. 242.

I Contu-

Contumax habitus pro confesso ex forma statuti loci vbi fuit delictum,an possit in alio loco uigore illius statuti puniri.ponit Imola. in c.de his. de accusa. & nos dicemus infra in uer.extra territorium.

Contumax,qui pro confesso & conuicto est habitus iure statutario,an potest appellare?respon.quòd non. vt per Firma.in reperto.uer.contumax.secùs,si ex statuto sit fictè contumax.ita Carreri.in prac.cri.in prin.sub nu.37.& Follerius. in prac.crimi.tit.& si confitebuntur. sub nu.35.pag.379.& seq.sed est interdicta appellatio ex statuto nostro Ferrariæ. sub rubri.de appellatione interdicta in causis criminalibus. 47.lib.3.fol.135.pagina 2.

Statutum,quo cauetur,qòud bannitus sit contumax, operatur hoc, quia si comparet, iudex eum retinere non potest, si magis uult banniri.quod secus est,si pœna esset personalis. ita Bal.in l.peremptorias.col.6.uers.sed hic quæro.C.sententiam rescindi non posse. Contumacia an sit delictum? vide per Iaffe.in decis.154.& contumax bannum eligens ui statuti,fiscum excludit.secundum Iaffr.in decis.93.& an contumax possit corporalitèr capi? vide Iaffr.in decis.157.& quis dicatur uerè cōtumax?dicit Iaffre.in decis.254.& dominus meus Alcia.in consi.108.nu.5.in v.vol.

Contumax in causa criminali ex statuto conueniri, & cōdemnari potest. Amplia hoc etiam, si alibi maleficiū ipsum præueniatur.ita Bal.in.addi.Specula.titu.de appella.ver.super uno libello.& potest etiā ad mortem dānari.vide Firma. in reperto.uer.contumax.vide infra.in uer.extra territoriū.

Duo extant statuta. Vnum,quòd contumax habeatur pro confesso. alterum, quòd testes examinati contra magnates, nō possint accusari de falso.pone modò,aliquis, qui fuit exāminatus contra magnatem, fuit de falso redargutus, & ipse fuit contumax,& fuit bannitus,& sic est habitus pro confesso,an ex primo statuto poterit condemnari?resp.quòd non. secundū Bar.ī l.absentē.ff.de pœnis.col.3.uer.quarto circa.

Statutum dicit, quòd contumax habeatur pro conuicto, & ſententia in eum lata, habeatur perinde, ac ſi eſſet lata in præſentem. queritur an dicta ſententia infamet, & libertatem tollat, quemadmodum ſi lata eſſet in præſentem? reſp. quòd non. ſecundum Bal. in l. qui deportantur. ſub nu. 26. C. de hę re. inſti. vide tamen. Iulium Clarum. in practi. crim. §. fi. q. 72. ubi tradit, quando quis ex condemnatione efficiatur infamis. & vide etiam Nellum. in tracta. bannitorum. in 1. parte. 2. tempòris. q. 49. & ſeq. & per Folleri. in prac. crimi. uer. & ſi confitebuntur. nu. 36. & omnino vide etiam Chacheranum. in deciſ. pedemonta. 105. nu. 6. uerſ. quid dicendum.

Si ex forma ſtatuti aliquis non poſſit accuſari per aliquē, ſi modò fuit accuſatus, & propter contumaciam condemnatus, an ualeat proceſſus, & condemnatio? reſp. vt per Bal. in conſi. 426. in 5. parte. nu. 1.

An ſtatutum loquens de uero maleficio, uel uero malefactore habeat locum in condemnato de maleficio percontumaciam. ſtante ſtatuto, quòd inquiſitus ſuper maleficio, ſi requiſitus non comparet, habeatur pro confeſſo? reſpon. vt per Bal. in conſi. 193. in 2. parte. nu. 1. quòd ſic. quod dicit notandum, quia eſt quotidianum. & fortè multi dicerent contrarium. fuſius hoc tradit Folleri. in prac. cri. tit. & ſi confitebuntur. & Cotta in tracta. rerum memo. in uer. ſtatuta, quòd bannitus, & Iulius Clarus. in prac. crimi. §. fi. q. 86. uerſ. ſed quæro. & Nellus. in tract. bannitorum in 1. parte. 2. temporis. q. 49. & ſeq.

Si per ſtatuta terrarum cōtumax ponatur in banno, quod reſpicit terminum pœnæ, & ſic eſt pœna delicti, tunc bona non ſunt confiſcāda. ut per Bal. ſuper feu. de pace tenen. ſub num. 14. in prin.

Si ſit ſtatutum, quòd contumax habeatur pro confeſſo, an procurator poſſit conſtitui? reſpon. Corn. ꝙ ſic. in conſi. 17. vol. 3. & Alexandrinus in tracta. de poteſtate procuratoris & defenſoris in cauſa criminali. & uide ſupra. uer. abſens. Et

not.

no. quòd non dicitur constare de contumacia, nisi appareat de relatione, quæ fuerit scripta in actis. Vt probat Neuiz. in consi. 61. nu. 26. Et contumax bannitus ex statuto non potest tanquam infamis testificari. ſm Lauren. Chirco. in suo tract. communi. opi. inuer. bannitus. conclu. 23.

Consuetudo.

CONSVETVDO quamuis dicatur tacitum statutum, non potest induci, ab ijs, qui in eo statu, & actu statutum expressè nō possunt condere. secundum Crauet. in consi. 134. num. 25. post alios, & consuetudo ipsa disponere potest, ꝙ delinquens puniatur in ciuitate confęderata. tex. est in l. non dubito. ff. de capti. & tradit Pe. Ra. in trac. de consu. sub num. 248. Vide Cassa. in consuetud. Burg. & quando consuetudo excuset à pœna, ponit Plot. in repet. l. si quando. C. unde ui.

Conuictus.

STATVTVM, quod punit conuictum, an extendatur ad confessum, & non conuictum? Respon. vt per Fulgo. in cō si. 134. Et no. ꝙ tale statutum non uerificatur in deficiente se purgari, licet ille reputetur conuictus. secundum Abb. in c. insinuatum, num. 6. de symonia, & in c. inter, nu. 6. de priuilegiis. & Duenyas, in suis regulis, uer. conuictus.

Copia indiciorum.

STATVTVM uolens, quòd copia indiciorum detur ipsi reo, si illam petierit, debet intelligi in reo sciente, & notitiam habente dictorum indiciorū. ſm Marsi. in consi. 18. sub num. 18. & hoc statutum idem, quod ius commune disponit. ita dicit Marsi. in consi. 56. nu. 7. eo. uol. & Claud. in regu. crimin. regu. 23. nu. 4. & reg. 28. nu. 4. & Iulius Clar. in prac. cri. q. 6. uer. sed quid si reus.?

Correctorium:

QVANDO statutū est correctoriū iuris cōis, debet propriè intelligi in casu suo, nec debet extendi. l. si uerò. §. de ui-

de uiro.ff.solut. matri. & Bar.in l.oẽs populi.6.q. prin.ff. de iusti.& iure.& in auth.quas actiones.C. de sacrosan. eccl. & Afflic.in decis.21.sub num.64.

Cremandus reus:

SI quis per statutum propter delictum uenit cremandus: semper debet uiuus concremari.C.ubi fiscales causæ.l. si quis à barbaris.C.de re milit.lib.xij.& Corset.in singu. uer. pœna.fol.179.Contrarium tamen tenet Iul.Cla.in prac.cri. §.fi.q.99.uer.unum tamen.vide omnino. Casus autem, qui bus quis ueniat comburẽdus ponit Duenyas, in regula 113. uerbo comburi.

Correlatiua.

STATVTVM in uno ex correlatiuis, habet locum etiam in altero,etiam in criminalibus.vide omnino Syluanum. in consi.31.nu.6.& seq.&per totum, uol. 1.

Custos.

STATVTO disponente,quod custodes loci teneantur emẽdare damnum illatum ex furto commisso de nocte.& alio posteriori statuto cauetur, quod si furtum committatur de nocte. teneantur omnes de ciuitate emendare damnum,per hoc ultimum statutum non corrigitur primum, sed restringitur ad personas,de quib. dr̃ in primo statu. secundũ Guil. Bar.& cæter. ĩ l. sed & posteriores.ff.de legib.de qua re Rui. in consi.23.sub nu. 20. in tertio uolum. vide omnino Catal. inter consi.crim.diuersorum per Zilettum. in consi.22.to.2.

Custos uerò, cui commissus fuit in custodiam quidam captus,promittens reum retinere, sub bona custodia,& fugiat reus, an teneatur de fuga, & ad quid teneatur? resp. ut per Corne.in consi.93.in 1.uol.Et no. quòd aliud est retinere in carcere,&aliud est sub custodia detinere, sicut ait Corsetus, in singu.uer. custodia. Et contra hos custodes potest in litẽ iurari,ut ait Plotus,in l.si quando,sub num.506.C. unde ui.

Et

Et no. quòd isti custodes carcerũ, antequam moriatur reus ægrotus, debent curare, ut adhibeantur medici, & si moritur, postea facere debent rogari notarium, quòd talis reus est mortuus morte naturali, secundum sententiam medicorum. ita dicit lex fin. de custodia reorum, quod not. Ange. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor, in fi. ff. de edẽdo. Et si custodes carcerum propter misericordiam alleuiant aliquando captiuos, tenentur creditoribus ad interesse, si fugiunt. secundum Aret. instit. de l. Aquilia. §. cęterum, nu. 1. Et not. ꝙ custodes carcerum non debent relaxare carceratum cuiusq; ad instantiam, nisi primo habeant Syngrapham iudicis, qui fecit eum carcerari, ut dicit Ang. in l. neq; impuberes. §. qui in ius. ff. de in ius uocan. reliqua uide supra, in uer. carcer.

D.

DE DAMNO DATO.



E damno dato verba facturus, dico, quòd de damno dato facit tractatum Ioannes à Canibus, inter tractatus assecurationũ diuersorum. & ideo quæ hic deficient, apud eum inuenies.

Stante statuto. quòd de damno dato stetur iuramento dãnum passi, uel saltuarij accusantis, hoc statutũ debet restringi, ut non habeat locum contra tertium, non obligatum. pro tali damno. putà contra uillam obligatam emendare damnum ex forma iuris statutarij. ita dicit Bar. in l. ne quid. ff. de incen. rui. naufr. & l. 1. ff. furti aduersus nautas. & Bal. & Sal. in l. si quando. C. unde ui. debet igitur habere, locum solùm contra eum, qui damnum dedit. & not. quòd ille, qui facit, quod iure sibi facere licet, damnum facere non dicitur. l. nemo. ff. de regu. iur. Et aduertè, quòd iuramentum hic habetur pro plena probatione, & appellatione probationis, uenit tale iuramentum. ſm Plo. in l. si quando. nu. 57. C. vnde vi. Sed

omne statutum volēs credi iuramento alicuius,intelligitur, nisi probetur contrarium.secundum Rippam.in l.admouendi.col.15.post nume.69.ver.tertio mouetur.& ibi moderni. ff.de iureiu.cum similibus.vt per Plotum ubi supra.nu.415. fol.203.& ibi Plotus plura de damno dato adducit.& plura Franc. Marcus indecis. pedemonta.q.456.lib.2.vide Bonifa.de Vitalinis.in prac.crim.titulo.de damno dato.& Bossi. in prac.crim.titulo.de damno dato.Cassaneum quoq; in con sue. Burgun.fol.72.& ibi uidebis,quomodo probetur damnum, & quomodo formetur libellus in damno dato, uide Speculato.in tit.de iniurijs & dāno dato,& Rofr.in trac.de li bellis.titulo.actionis in factum,ut de pauperie,& per Petr.Iaco.in pract.iudi. vbi de hoc agit, & omnino uide etiam Riminal.in cōsi.554.in 3.vol.vbi hr̄ de acusatione facta pro dā no dato. Et istud statutum, quod de damno dato credatur iuramento damnum passi,non habet locum in furto.vt tradit fusius Gratus.in responso.153.per totum.in 2. vol. & Parisi. in consi. 158. per totum.in 4.vol.Et licet (vt dixi) credatur eius iuramēto,tamen pōt probari cōtrariū. ſm Acerbū inter consi.crimi.diuersorum per Zilettum.in consi.xi. per totum, & est communis opinio. secundum Ias.in l.si quando.col.4. C.vnde vi. Item, si damnificatus sit infamis infamia facti, nō debet credi eius iuramento.ſm Ang.in l.qui iudicio.ff.de ac cusa.& Marsil.in l.maritus.num.39.ff.de quęstio.Et ꝙ non habeat locum.d.statutum in furto,consuluit etiam Cępolla. in conf.18.& Bal.in l.ait prętor.in prin.ff.de iureiur.& in l.si ser uus seruum.§.prætor ait.ff.de acqui.hæredita. Et quòd admittatur probatio in cōtrarium.tenet Arno.in epitoma. 25. & 88.vbi dicit,statutum habere locum, quando damnificatus verum iurasset,secùs si falsum iurasset. vt dicit latiss.Plotus.in d.l.si quando.C.vnde vi.Item,si constet, quòd minus sit damnum quàm sit iuratum,tamen debet stari iuramento, secundū Azo.notantē hoc in summa.C.ad.l.aquil. vide Bal. in l.de periurio.ff.de condi.sine causa. Item stante tali statuto,debet

to,debet

to, debet intelligi, non de iuramento præstito à principio, sed de illo, quod postea sibi defertur à iudice, quoniam in primo se ingessit, & sic est suspectus. ita dicit Neuiza. in côsil. 8. nu. 42. in 1. vol. Item stante d. statuto, si accusator porrecta accusatione decesserit, hæres eius non poterit iurare. arg. eo rum, quæ not. glo. in l. idem Pompo. §. fi. uer. si appareat. de rei vendic. Bal. in l. ait prætor. in prin. ff. de iureiur. & Rom. ta men uidetur contra tenere. per glo. ulti. l. pen. iuncto prin. l. siue quis eum. ff. de dona. & Plot. in d. l. si quando. C. vnde vi. Et no. quòd non expectatur delatio iuramenti partis, vel iu dicis, quia statutum ipsum defert iuramentum. vt dicit Bal. in l. 1. C. de iureiu. & in l. admonendi. ff. eo. titu. allegat in ar gu. l. quæ sub conditione. ff. de condi. insti. refert, & sequitur Alex. in l. prætor. nu. 3. ff. de iureiu. vide Crauettam. in consi. 196. nu. 2. vbi dicit, quòd sufficit, quòd iudex acceptet iuramentum, licet non deferat, quia acceptando satis videtur deferre. Sed videtur, quòd requiratur iudicis delatio, & acceptatio per. l. videamus. §. deferre. ff. de in litem iuran. vt per Rui. in consi. 35. nu. 6. uol. 5. & Plotum. in d. l. si quando. sub nu. 826. C. unde ui. & ibi nu. 831. dicit, quòd iudex in terminis. d. statuti non debet ex officio deferre iuramentum in litem parte non petente. uide Cottam. in tracta. rerum memora. uer. damnum datum, & uer. statuto mediolani cauetur. q in diuisionibus fratrum. col. pen. & ultima, ex Angelo. in l. qui restituere. col. 1. qui per illum tex. iuncta glo. dicit, quòd iudex potest iuramento non adhibere fidem, si uidebitur calumniosum, uel potest illud moderare, si moderatum non appareat. Amplia etiam. d. statutum, quod in causis damnorum datorum stetur iuramento damnum passi. ut etiam habeat locum, & idem erit. Quicquid côtingit causa damni dati, & ita gaudebit eodem priuileg. ut per. Bar. in l. 3. de alimen. lega. & Pau. de Cast. in l. cû ij. in prin. col. 2. C. de transac. uide Sozi. in consi. 300. & Bal. in l. 1. C. de reb. credi. & Bar. in l. soler. C. de ali. leg. Ita dicit dominus & præceptor meus scitissimus

dominus. Iacobus Cagnacinus ferrarienſiū decus & ſplendor. in Rub. extra de reiudica. & Viuius in tracta. communium opinio. uer. ſtatutum diſponens, quòd de damno dato. Sed an quis torqueri poſſit ex ſolo iuramento damnum paſſi, in caſibus, in quibus ſtandum ſit iuramento ex forma. d. ſtatuti. reſpon. ut per. Bar. in l. de periurio. in fi. ff. de in litem iuran. ubi & Alex. in fi. & Ange. de Aretio. in tracta. maleficio in ver. fama publica, & Bar. in l. maritus. col. 1. ad fi. ver. vlterius quæritur. ff. de quæſtionibus. Item no. quòd. d. ſtatutum de damno dato, non habet locum. niſi prius conſtet fuiſſe dānum datum. ita Crauetta in conſi. 211. nu. 3. & in conſi. 260. nu. 1. in 2. vol. Item habet locum. d. ſtatutum in locis ſubditis, & etiam reſpectu rerum in alio territorio ſubiecto poſitarum. vt per Ioan. de Amicis in conſi. 75. nu. 2.

An. d. ſtatutum de damno dato per animalia, vel beſtias comprehendit anſeres, & gallinas, conſuluit Natta. inter cōſ. Siluan. in conſi. 72. & in conſilijs Natt. in conſ. 347. & vide per eundem Nattam. in conſi. 550. in 3. vol. vbi etiam tradit de pluribus damnis datis in alieno agro à varijs beſtijs, & quando denunciatori, & relatori ſit credendum, & vide etiā omnino Caſſane. in conſi. 1. vbi de damno dato à locuſtis, & alia pulcherrima deducit.

Statutum de damno dato in certis fructibus. Extenditur quoq; ad ſimiles fructus. vt per. Floria. in l. ſi oliuam. ff. ad l. Aquil.

Statutum de damno dato, an comprehendat clericos? reſpon. ut dicit Lucas de Penna, in l. 2. C. de nauibus non excuſan. lib. 11. & dic, quòd ſi eſt approbatum à clero. comprehē dit, alias ſecus.

Statutum uult villam teneri emendare damnum datum. modò pone, quòd fuit ruſticus conſequutus priuilegium, propter quod fuit exemptus, an alij ruſtici tenebuntur ad totum damnum? reſpon. Bal. quòd ſic. in l. ab omnibus, per illum tex. ff. de leg. 1. hic enim ſolus non eſt habitus in cōſide-

ratione,

ratione, & in corpore uniuersitatis ad id non sumitur.

Si statutum uult damnũ emendari. dic, quod debet prius constare de damno dato uerè, & non fictè per cõtumaciam. accusati. ut dicit Bal.in l.si quando.C.unde ui.& Alb.in qq. ad statu.parte 1.q. 52. uide omnino Papiam. in pract. sua. in forma libelli actionis realis super uer.non se adstringens. & vide Plotum.in l.si quando,num.808.C.unde ui. Quid si nõ constat de malafactore? respon. ut Plotus ibi num.878.& vide Bar.in l.diuus Traianus.ff.de test.mil.ubi & alij. & Dec.in consi.84.incip.in causa accusationis,& Bar.in l.ne quid.ff.de incendio rui.naufra.Hoc tamen intelligitur. secundum Cy. de processu, quò ad condemnationem. Potest tamen procedi ex fama ad inquirendum, ut no.in l.iustissimos.ff. de officio recto.puinciæ,& in §.potuisse.ubi Bal.& isdẽ Bal.in l.1. §.si tibi.ff.ad Syllania,& Crauetta,in consi.196.ad fi. Et no. quòd incola habebit priuilegium istius statuti. vt ait Cassaneus,in consuet.Burg.fol.118.ubi ẽt de incola agit. Et stante d.statuto,non licet alicui,etiam in suo aliquid facere animo nocendi alteri. argu.ff.de damno infect.l.qui nos, ut per glo.in c.cum ecclesia Vulterrana, uer. iniuria, de electio. Et hoc facit contra illum, qui sciens animalia vicini uenire in talem locum, proijcit escam uenenosam. quia ipse tenetur. secundum Abb.in c.is,qui.de iniu. & propterea dicebat Angе.in l.1. §. fit iniuria. ff. de extraordi. crim. quod non licet coquere semen canapæ cum sale, & spargere cum alio semine, ut gallinæ uicini, deuastantes canapale, moriantur. de qua re agit etiam Neuiza.in eius sylua nuptiali,lib.3.nu. 49.

Si statutum dicit, quòd qui dederit damnum cum pecudibus, teneatur ad damnum. dic, quòd statuto tenebitur,qui dederit damnum cum animalibus,quæ gregatim pascuntur, siue fuerint equi, siue muli; siue boues, quia statutum considerat damnum. ut ait Ange.de Are.insti.ad.l.Aquil.in prin. col.2.sub num.5.ubi fusius tractatur de hoc.

Damnum est datum per incisionem arborum, nunquid

de emẽdatione debet detrahi ualor arborum sic incisarum? respon.ut per Alber.in qq.ad stat.q.68.in 2.parte. & Cassan. in consue.Burgun.fol.72.in prin. & Plot. in l. si quando. nu. 873.C.unde ui.

Sed an damnum dantes in arboribus, quæ in prato sunt, puniãtur pœna statuti, de damno dato? respon.ꝙ sic. secundum Alb. in diction.in ver.prati appellatione,quod probat, quia fructus pendentes sunt pars fundi, & multo fortius arbores. ut uidere potes ibidem per eum. At cõtra tenet dom. & præceptor meus nunquàm sine magna prȩfatione nominandus. D. Alciatus in l.pratum.ff.de uerbo.sign. vbi dicit, rationem legis considerandam arbitrari. ex ui enim uerborum,non uidetur, qui arbores inciderit damnum prato fecisse. & subdit ibi,quòd legatis pratis, inculta continentur,unde tamen aliquid fœni testator colligeret. secùs, si in eis pecora pascere tantummodo solebat,quia non prata, sed pascua dicentur, quȩ si ad pagum aliquem in uniuersum pertineant, uulgo Vicanalia appellantur. vide de hoc etiam Firma.in repert.in uer. pratum.ubi dicit, quòd pratum dicitur, quod per decem annos proximos fuit secatum.l.forma. uer. pratum.ff.de censibus.quod dicit notandum pro statutis loquentibus de pratis.Nec dicitur locus sterilis,nec propriè incultus.secundum Cardi.in clem.1. q.6. de decimis.ubi etiã dicit, quod pratũ reductum ad cultum non dicitur.nouale.

An, qui petit emendam damni dati, teneatur probare se dominum, uel possessorem fuisse illo tempore,quó damnũ datum fuerit? resp.Albericus.in qq.ad statu.q. 74.in 2.parte.vbi dicit sufficere,quòd probet se possessorem.ut no.Specula.in tit.de probatio.§.fi.uer.sed ratione statuti.

An ius accusandi damna dantes cedi potest? respon. Machellus.eo quia in patrocinio.45.nu.13.quòd sic. quia oẽs, actiones ex delicto descendentes cedi possunt.& ideò conductor,qui habet in instrumento locationis ius cessum à locante potest instituere accusationes contra damnificantes

in bonis locatis.alias secus.ut ait Iaffre. in decis. 96.

Statuto cauetur.quod si bestia alicuius det damnum. teneatur dominus soluere solidos quinq;.aliqua bestia deperdita damnum dedit,habebit ne locum statutum?respon. Alberi.in qq.ad statu.q.76.in 2.parte. quod si dominus fuit in culpa circa perditionem animalis,tenebitur ad quinq;,puta si sine custode eam discurrere,aut uagari siuit. vide Cassanc. ub i.supra.

Quidam immisit bestias suas ad pascendum, quæ sunt ingressæ in agrum alienum, & frumentum damnificarunt.quo modo æstimabitur dãnum? an solum habito respectu ad herbam? an in tanũ, quantũ frumentum ualere potuisset, quando fuisset maturum? respon.ut per Alberi.in qq. ad statu.q. 78.in 2.parte.vide etiam Rofredum. in tract.de libellis. ubi de actione de pastu agit.fol.164.ad fi.& vide Cassan. in consue.Burgun.fol.71.ad fi.& Plotum in l.si quando.num.873. C.unde ui.

Si quis ex statuto de damno dato, debet mihi emendare bouem. an debeam deducere de emendatione carnem, corium,& caput, & apud me inuitum retinere? respon. Albericus.quòd non.in qq.ad statuta.q.79.in 2.parte.

Si statutum est. quod nulla bestia det damnum. inuenta est bestia damnum dedisse, & potestas condemnauit dictam bestiam,an sententia ualebit ita, ut dominus bestiæ, pro ea teneatur?resp.Alberi.q̃ sic.in qq.ad statuta.q. 88.in 2.parte.

Dicit statutum. quod dimittens bestias ire sine custode, puniatur.An statututum comprehẽdat pecudes, & alias bestias mansuetas?respon.Alberi.in qq.ad statuta. quòd sic. q. 98.in 2.parte.& Rofr.in libellis de actione de pastu. Et quã do teneatur custos,tradit Lucas de Penna. in Rub.C.de littorum & itinerum custodia col.1.lib.xij.

Si testes deponentes super damno dato,dicentes se uidisse damnum dare in tali re mea,non reddant rationem de dominio,non probant intentionem meam. nec est satisfactum statuto,

ſtatuto. de damno dato. ita dicit Paul. de Caſt.in conſi.113. in 1.volum.

Si cuſtos animalium, ea dimiſit in paſcuis, pro ut conſueuerat dominus,& ſint perempta, nõ tenetur, ex ſtatuto.quod intelligit Alberi.in l. ſi negocia.ff. quod cuiuſq; vniuerſita. nomi. ſi aderat generalis conſuetudo in loco dimittere animalia in paſcuis, pro ut in vngaria.quia tunc cũ cuſtos agat, quod & alij egerunt, erit excuſandus.l.pignus.C.de pigno. actio.& facit,quod conſuluit Bal.in conſi.441.col. 2. lib. 1. quod limita. vt per Bal.in l.1.C.de proba.

In villa eſt commune paſcuum omnium ibi habitantium. pone aliquis habens modicem poſſeſſionem, uult tenere magnam quantitatem beſtiarum in damnum aliorum:quod nã remedium habebit damnificatus? reſp. Alberi.in l. licet gratis.§.poſſumus.ff.nautæ caupo.& ſtabu.ubi dicit, quòd poſſunt intentare utile iudicium communi diuidundo. ut ille utatur pro modo poſſeſſionum. qui modus intelligitur ſecũdum æſtimationem, & ualorem. vide Crauettam.in conſil. 60.col.1.ſub nu.3.& Plotum ubi ſupra nu.815.& Alberi. in l.ſi plures.ff.ſi ſerui.uendice. Vbi ponit etiam, quæ publica, & quæ priuata ſint paſcua.& vide. Frãc.Mar.in deciſ.Delphina.q.84.lib.1.& q. DLXVJ. lib.2.Et an tranſeuntes poſſint paſcere equos?reſponde ut per Alberi.ubi.ſupra,& dixi in meo tractatu.de equo.

Quotiens quis immittit oues per agrum alienum, quia uia eſt aquoſa, vel nimis lutoſa,adeò quòd illac pertranſiri non poteſt.non punitur ſtatuto de damno dato,dummodo illud honeſtè faciat.ita dicit Bal.in qq.ad ſtat.in uerbo affines. ubi etiam, dicit. quòd quando uia eſt deſtructa.ager poteſt reduci in viam propter publicam vtilitatem.l.ſi Lacus.§.fi.ff. quemadmodum ſeruitus amittatur.

Si quis Bouem uagabundum retinuit in ſuo ſtabulo, dominus eius tenetur reſarcire illi expenſas, quas fecit, taxandas iudicis arbitrio, quia non præſumitur uixiſſe de vento.l. ſi.

fi.C.de alimen.pupillo.præstan.& Gui.Pap.in tract. præsum ptio.fol.4.an autem possit quis pro damno sibi dato retinere animal? Ponit Petr. Lenausde. in tracta. de doctoribus.q. 81. in 4. parte. nam potest quis retinere ad finem &, effectum cognoscendi, cuius sit, & ei postea restituere, ac agere de damno dato secũdum statutum l.quintus. cum seq.ff. ad l.Aquil. ita dicit Specul.in titul. de actore. uer. sed nunquid & Bal. in l.2. C. de seruis fugit.& Bar.& docto.in l.hoc amplius.§.de his autem.ff.de damno infec.& Cassan.vbi supra.

Damnificãs, nõ tenetur pro aliquo damno ex statuto. Qñ damnum habet admixtam culpam damnificati.ut per. Sozi. in consi.156.col.fi.lib.2.& Crauettam.in consi.119.nu.11.

Si statutum puniret damnificantem locum alienum, non comprehenderet illum, qui comederet ficus, qui ad solem desiccarentur.uel qui consumeret aliquam rem mobilem.ita dicit Immo.Si statutum diceret, si quis damnum dederit in alieno, puniatur.Non comprehenderet comedentem, vel destruentem rem alienam, etiam si res illa esset in loco alieno. Quia licet statutum dicat in loco alieno, debet intelligi, qđ damnum tangat ipsum locum.quoniam dictio in quandó significat in loco, semper requirit tractum loci.l.1.§.in flumine.ff.de fluminibus.Quis autem dicatur locus.ponit Lapus. in clem.Abbates de rescrip. & Oldra.in consi.176.& Cępolla.in l.siue dominus.ff.de vsuca.& dominus Alcia.in l.locus. ff.de uer.signi.

Quamuis statutum arctat accusatum de damno dato ad comparendum intra tres dies, alias habeatur pro confesso, si comparet debet intra terminum prædictum, allegare iustã causam, ꝙ non sit damnum. s.datum, & debet audiri.ita dicit Paul.de Cast.in consi.56.per totum.in 2. parte.

An sufficiat in terminis.d.statuti.iurare.tempore, quo porrigitur accusatio, accusationem scilicet fore verã, & non calumniosam? respon.Marsil.in singu.170. & dicit, quòd non licet alij contrarium teneant.

Dicit

1 Dicit statutum, quod de damno dato credatur iuramento damnum passi, & domini possessionis. Si damnum datum fuerit in re per me possessa, non tamen eram dominus, an mihi fiet emendatio? respon. Specula. in tit. de proba. §. videndū. distinguens, vt per eum. Sed dicit Paul. de Cast. in rub. ff. de operis no. nun. qđ si adest proprietarius, & usufructuarius si in fructibus est damnum datum, creditur, & statur iuramēto vsufructuarij. aut damnificatur proprietas; & statur iuramento ꝓprietarij. idē dicit Flo. in l. si fur. aliàs incipit Iulian. ff. de vsufruc. vide Plotum quoque in l. si quando nu. 864. C. vnde vi. vbi dicit. quòd, si datum est damnum in segetibus à solo separatis nondum reconditis, debet emendatio fieri proprietario. vel vsufructuario, si sunt separate. l. si vsufructuario. ff. quibus mo. vsufruc. amittatur.

2 Statutum, quod prohibet sub pœna dominos tenere capras in agris. non habet locum in eo, qui tenet hircum. ita Alberi. in. qq. ad statu. in 1. parte. q. 7. de quo vide Nattam. in repeti. c. quamuis. de pac. in 6. sub. nu. 21. & Dec. in l. 2. in fi. ff. de. regulis iu.

Appellatione bestiæ in statutis uenit fera, & non animal domesticum. nisi aliter consuetudo suadeat. ita dicit Bar. in l. 1. §. remouet. in 1. no. ff. de postulan. & bestiæ appellatione in statutis, veniunt tantum animalia terrestria, non autem aues, secùs appellatione animalis. ut ait gl. in c. bestiæ. vj. dis. & fusius vide de hoc per apostill. in prohemio Dyn. de regu. iur. in 6. littera. b. Et no. quòd si quis expellat bestiam de suo, debet habere discretionem, & eam expellere sine damno domini. & debet eum reddere certiorem, quód veniat ad accipiendum eam, ne pereat, uel perdatur. ita docet Bal. in consi. 46. in. 4. vol.

3 Si quis haberet instrumentum. quòd de damno dato, emēda sibi fieri debeat. quod instrumentum ex forma statuti habeat exequutionem paratam, & illud instrumentum non sit liquidum, per iudicem debet liquidari, antequam petatur

executio

executio quemadmodum no.Bar.in l.pro inde.§.notādum. in fi.ff.ad.l.Aquil.& Bal.in l.1.q.4.ff.de lega.1.

Duplicatio contra negantem non fit, Quando agitur ex ſtatuto pro damno dato.vt dicunt Bal.& Alex.in l. certi con dictio in prin. ff.ſi cer.peta. Nec,quando ipſo iure pœna imponitur.ſecundum Bar. in l. id, quòd ſeruo. de pecu. lega. & Bal.in l.ea,quæ.col.2.C.de condi. indebi. & Alex. in l.eum, qui in prin.ff.de Iureiu.

Appellatione bladi Legumen non continetur.c. ex multiplici.de ver.ſigni.& docto.in l.triticum.ff.de ver. ob.ex communi vſu loquendi.ita Abb.in d.c. aliàs ſecus. vide Bar. & Alex. ibi & Bar.in l.1. ff. de aqua pluuia arcen.

Statutum dicit. quod pater teneatur emendare damnum datum per filium.An id procedet in filio illegitimo? reſpon. Suzarius.in auth.ex complexu.C.de inceſtis nuptijs.ꝙ pater non tenetur pro eo.vide apoſtillan. ad Specula.in titulo qui filij ſint legiti.& Plotum vbi ſupra.

Statutum dicens teneri dominum pro famulo emendare damnum, quatenus ad ſalarium pertineat. ut ſtatutum exequatur, quid opus eſt facere? reſponde vt per Corne.in conſ. 40. in 1. vol. Et no. quòd ſi tempore damni dati non erat famulus, licet poſtea ſit effectus famulus, non tenetur dominus pro famulo. l. in delictis. §. extraneus.ff.de noxali de quo. uide Bal.in l.Titius.ff.de acqui.hære.

Si operarius alicuius dedit damnum in re litigioſa, an tenebitur ſtatuto De damno dato? reſpon.vt per Corn. in conſil.109.in 3.

Stante ſtatuto, quod damnum dans in re alterius, debeat emendare.Licet damnum paſſus non ſit dominus, ſed poſſeſſor habet locum ſtatutum.ita dicit Ang.Areti.in prohemio. inſtitu.num. 7.

Statutum, quòd ſtandum ſit denunciationibus ſaltuariorum, intelligitur de ijs, qui ſaltuarij ſunt tempore denunciationum.quia qualitas adiecta verbo, intelligitur ſm tempus

verbi.vt dicit Corne plenè.in consi.40.in 1.vol.col.4 littera. K. Et no.q saltuarius secundum Labeonem.in l.quæsitum.§.quæritur saltuarium. ff.de fundo instruc. ille dicitur, qui fructuum conseruandorum causa paratus sit. De saltuario, deq; eius officio fusius pertractat Cass.in consu. Burg.§.vi.fol.71.& seq.

Si statuto teneantur saltuarij denunciare damna data, sibi protestata per dominos, infra quartum diem, nec declarat statutum, quando incipiat ista dies, An à die damni dati, vel à die protestationis? dic, quòd incipit à die protestationis. qa protestatio suum effectum retrò non producit, sed demum ex tempore, quo sit. vt per Bal. in l.si quis nolente.C.de nego. gestis.

Statutum dicit, quòd si quis dederit alicui damnum à decem libris supra, puniatur in cẽtum. aliquis accusat aliquem, quòd damnum dederit à decem libris supra, nec istud supra aliter declarat, an concludat Libellus ad illa centum? respõ. Bal. in l.cum furti.ff.de condi.causa data. quòd sufficit formare Libellum secundum formam statuti.

Rustici an tenebuntur ex dicto statuto damnum emendare. si non tenent canes ligatos, si uineis, absque eorum culpa dent damna? respon.Bal.in l.1. de noxalibus actio, quòd sic, uel dare canes pro damno.

Comedens de fructibus in prædio alieno, non poterit accusari per dominum prædij, uel saltuarium, vigore statuti prędicti.l.qui occidit.§.si quis alienum.ff.ad l.Aquil. ubi Flori. hoc dicit per illum tex.& Iaffr.in decis.*96*.

Statuto cauetur, qđ qui per uim dãnificaret alium de re ualoris.x.Florenorum auri. debeat morte puniri. Quidam effudit dolium vino plenum, & dolium destruxit, & sola remãsit una tabella, quæ dicitur dogha, & de bonitate uini erat certum. sed de quantitate est dubium, hoc est quantæ capacitatis erat. Dic, quòd ad inueniendam capacitatem, debet inspici figura, & modus, quem ponit Bar.in trac.de alluuione.incip.figura ista.

Extat

Extat statutum Bononiæ, prout asserit Marsilius, in Singu. 225. quod unicuique licet animalia, quæ reperit in fundo suo, propria authoritate occidere in illo. Pone quis inuenit animal in fundo suo damnum dare. Et cum uult illud occidere, fugit extra fundum, poterit extra fundum occidere? respon. Saly. in l. Graccus, col. pen. uer. ex prædictis. C. de adulterijs, quod sic. & idem Bar. in l. quod ait lex. §. quod ait, ff. de adulteriis, (& hoc statutum est Tergesti, ut aiunt tergestini.) & Callan. ubi supra. & Plotus, in repet. l. si quando, num. 874. C. unde ui. Vtinam & nos haberemus tale statutũ. quia non eueniret id, quod cecinit iuuenalis satyra xiiij. his carminibus.

Nocte boues macri, lassoq; famelica collo
Armenta ad uirides huius mittuntur aristas,
Nec prius inde domũ, q̃ tota noualia sæuos
In ventres habeant, ut credas falcibus actum,
Dicere uix possis, quàm multi talia plorent
Et quot venales iniuria fecerit agros, &c.

Et not. quod causa damni dati requirit celeritatem. secundum Abb. in cap. 2. num. 35. de mutuis petitionibus. Potest tamen fieri, & admittitur reconuentio, ut ibi per Abb. & de his satis. Reliqua dabunt supra allegati docto. præcipuè Vitalinus. ubi plura de damno dato in ipso titulo aggregat.

De damnis, & incendio clam datis.

STATVTVM de damnis clam & incendio, quod uult Villam, seu vniuersitatem teneri pro huiusmodi damnis & incendio, est odiosum, & iniquum. secundum Calcan. in cõs. 63. num. 12. & in consi. 66. & in consi. 64. & pluribus seq. de

quo agit Menoc. quoque in consi. 27. nu. 55. Hoc statutum etenim habet locum, ubi non constat de malefactore, quia tunc villa tenetur emendare damnum, cuius authora ignoratur. Alias secus. ut ait Ste. de Fede. in tract. de interpret. iur. parte. 2. sub num. 36, uide Plotum, in repeti. l. si quando. C. unde ui. vbi de incendiarijs agit, num. 832. uel 872. Et si statutũ dicat legitimè nõ constiterit de malefactore, villa teneatur, Istud uerbum legitimè sumitur plurifariam. quandoq; iuris ordine. secundum Dec. Bal. & Ioan. in c. 2. de rescrip. & gl. uer. legitimè, in c. consanguinei de re iudi. c. literis. de testib. quandoq; legitimè intelligitur, quod fit lege promittente. l. Gracchus. C. de adult. secundum Dec. in d. c. 2. & Alber. in dictione ista. Et debet probari, quòd ignoretur malefactor, ita Alex. in consi. 47. num. 2. in 6. uol. limita. primò statutum non habere locum. vbi domus quæ fuit combusta, erat habitata, quia præsumitur culpa inhabitantium. ita dicit Plot. in d. l. si quando. nu. 856. Item limita hoc statutum, vbi in uilla non adessent quinq; hoẽs. qui essent patres familiàs, ſm Bal. in c. 1. in 2. col. uer. quæro quot homines, extra de elect. Item limita hoc statutum non habere locum, si fortuito casu incendium factum sit. ita dicit Alber. in qq. ad statuta. q. 81. in secunda parte. per l. fistulas. §. fin. ubi hoc etiam dicit idem Alberi. ff. de contrah. emptio. & Arno. in dialogo trigesimoquinto, ubi attestatur ita Paduæ fuisse iudicatum. idem dicit Plotus ubi suprà. item limitatur statutum, si clam ignis immissus sit, qui uiuentorum euagando, alias domos etiam combussit, quia de eis villa non tenetur. secundum Alberi. in qq. ad statu. q. 92. item limita hoc statutum. quotiens villa est adeò pauper, ꝙ non potest emendare damnum. ut per Albericum in qq. ad statu. q. 84. in 2. parte. Sed hoc casu ciuitas pro villa tenebitur. secundum Alberi. ibi. item limitatur, hoc statutum non habere. locum contra infantes, senes, uel infirmos. quia ij non tenẽtur contribuere. secundum Alber. in qq. ad statuta. q. 71. parte. 2. nam negligentia non po

test eis imputari.vide Sozi.in fallētijs.in regula.178.ad hoc statutum vide ēt Rom.in consi.7.& Gram.in decis. Neapol. 3.& Parisi.in consi.158.in 4.vbi habetur,quando villa teneatur pro furto, uel damno. vide ēt Chacherannum in decis. Pedemont.138.& Menochiū.de arbitrio iudicis. casu.390. & Petrum Caleffa.inter consil.crimi.diuersorum per Ziletum.in consi.58.per totum.in tomo.2.& Iosephum. indecisione Perusina. 25. & Bursatum.in consi.59.per totum. An dominus pro incendio culpa famuli confecto, teneatur, tradit Menochi.in consi.53.per totum.& in consi.101. num.43. vbi dicit,quòd isto statuto non tenentur absentes à Villa, tēpore damni,uel incendij dati. & quando villa teneatur pro incendio.vide Franc.Mar.in decis.parla.Delfina.q.765.lib. 2.& Alex.de Neuo.in consi.87.per totum.& in consi.88. Et quando conductor teneatur propter domum combustam, tradit Gratus.in respons.46.per totum. in 2. Turza. in q.20. in tractatu suo cōium opi.post regulam.& Berous tractat. in q.130. ubi habetur an dictum statutū habeat locū in robarijs, *furtis* &c.& vide Gozadi.in consi.63.& Ferratiū. in cautela.36.& Luchinū, inter consi.crimi.in consi.61. & seq. & Afflictum. super constitu. regni. de maleficijs clandestinis. lib.1.& Rol.à Valle.in consi.95.in 2.& Parisium in consi.87. per totum.in 4.& Iulium Clarum. in practica cri.q.68.uers. item illi,qui comburunt edes.vbi ponit,qua pœna plectantur incendiarij.& Franc.Mar.in decisione parla. Delphin.q. 417.lib.2.& Portium.in consi.72.in 1.

An si imponatur collecta pro emendatione, & damnum passus est de illa uilla,debeat conferre cum alijs de villa? respon.Bar.quòd non.in l.Amicissimos.§. Lucius Titius .ff.de excus. tut. licet contrarium uideatur dicendum . per l.ab omnibus.§. si actio. ff. de leg.j.ubi uide Bar.facit.l.Imperatores. ff.de tutelis . vide quæ ponit Deci. in cons.669.in vltima parte & Papi.in sua prac.de forma actionis realis. super uer.non se adstringēs.col.2.nu.5.cum apostil.in lrā.b.& Albe.in qq.

ad

ad ſtatu.q.68.in 2.parte.vbi tenet Alber. quòd iſte tenetur contribuere. & idem tenet Plotus.in repeti.l.ſi quando.nu. 872.C.unde ui.

Nunquid derobatus,vel damnum paſſus teneatur cedere villę iura contra malefactores?reſpon.Alber.in qq.ad ſtatu. q.7.in 2.parte.ꝙ ſic.& villa etiam abſq; dicta ceſſione habet regreſſum contra malefactorem.

Sed an habita emendatione à communitate, poteſt agere contra malefactores?reſpon.Alberi.in qq.ad ſtatu.q.72.in 2.parte.quòd non.ſcilicet,quo ad emendam damni.tamen benè poteſt agere ad pœnam fiſcalem contra ipſos malefactores.vt.C.quādo ciuilis actio preiudicet criminali.l.1.Et communitas,conſtito de malefactore,poteſt ab eo petere ſolutum.l.ſi fullo.ff.de condi.ſine cauſa.vide Alberi.in qq.ad ſtatuta.q.74.in 2.parte.& dānificatus tenetur probare ignē immiſſum.ſecundum Alberi.in qq.ad ſtatu.q.80.parte.2.licet de neceſſitate nō ſit coactus probare perſonam, quę ignē immiſit.l.1.§.ſcribi.vbi Albericus.ff.ad Syllania.

An iſtud ſtatutū proſit clericis? reſpondet Alberi.in qq. ad ſtatu.q.9.in 2.parte,& rub.ſtatu.& dicit quod ſtatuta non proſint clericis nisi ſint approbata à clero.& vide Ang.Areti.in trac.malefi.in uer.incendiario.in vlt.col.& ad hoc ſtat. vide Firma in reper.uer.damnum.uer.38.& Alberi.in l.1.ff. ad Syllania.Et debet legitimè cōſtare damnum eſſe datum, non autem per contumaciam. ſecundum Firma.in reperto. uer.damnum.uer.37.Nec ſufficeret iuramentum damnū paſſi.niſi contra violentum.Et poteſt peti,quòd iudex uadat ad uidendum locum.ſecundum.Firma.in reperto. uer.damnū. uer.40.cum.3.ſeq.An facta emendatione damni, ſi notitia incendiarij ſuper ueniat,communitas poſſit agere contra dominum,ut agat contra malefactorem?reſponde,ut per Alberi.in 2.parte ſtatu. q.91.& Cœpollam.in conſi. 18.in prin.in cip.ſi præces. Vtrum debeat probari,quòd clam fuerit damnum datum &c.? reſpon. quòd ſic.ut per Alex.in conſi.109.

in 4. contrarium tamen uult ſtatutum Ferrariæ.ſub rub. de damnis & incendio abſconsè datis. lib.4.verſi. intelligitur clā,ideſt occultè. vide Corſetum.in ſingu.uer.occultè. An ſufficiat hoc exprimere in libello? videtur,quòd ſic.ſecundū Roma.in conſ.105.circa prin.nec ſufficit probare damnum, ſecundum quòd taxatur in alijs ſtatutis.ex ſtatuto prædicto ferrarienſi.in uerſi.per teſtes,uel æſtimatores.quia alia ſtatuta loquuntur de alijs malefactoribus delinquentibus. ut per Bar.in l.ſemper.in prin.ff.quod ui aut clam. Et ipſe damnum paſſus contribuet pro rata (vt dixi) vide Firma. in reperto. uer.ſed.& 40.quomodo autē imponetur collecta? vide.Ange.Areti.in trac.malefi.fol.62.& 63.col.3.in fi.& ibi in additio.Et dic,quòd damnum præſumitur datum à uicino. ſicut furtum. ſecundum Bar.in l.ſi ita. ff.de fundo inſtruc. niſi ſit bonæ famę. ſecundum Bal.in l.1.ad fi.C.Loca.Facit, quod no.Bar.in l.Dominus horreorum.ff.loca.& in l.1.in fi. ff.furti aduerſus nautas.& Ange.de Aretio.in tracta.malefi. in gl. uer.fama publica.uer.xi.quæro.& Roma.in conſi.7. vbi loquitur ſuper ſtatuto prædicto Ferariæ.idem dic de habitante,& quoniam ſtatutum Ferr.meminit demenſe, ibi infra mē ſem.&c. Quęro quot dies habebit iſte menſis? reſpon.ut per Bar.in l.2.in fi.C.de Tempo.appell.& vide in clem. cauſam. de electio.& glo.ibi in uer.menſem.& ibi Dominicum.in c. quæſito.de elec.in 6.& in dicto ſtatuto in uer.palam.& Barba.in conſi.46.col.4.vol.1.Et no.quòd ſi tu compares ad defenſionem,facias te conſtituere ſyndicum.iuxta formam ſtatuti Ferrariæ. ſub rub.qualiter procedendum ſit in cauſis cōtra vniuerſitatem.Et no.quòd ſtatutum noſtrum Ferrariæ,de quo.ſupra non habet locum in vulneribus illatis animali in ſtrata publica,quod poſtea ſit mortuum.n. ſecundum Alex. in conſi.91.in vj.per totum.quia villa nunquam tenetur pro damno dato in ſtrata publica.

Debi-

Debilitatio membri.

AN statutum puniens debilitantem membrum, locum habeat, si quis debilitet digitum? respon. Bal. in c. 1. de noua forma fidelitatis. in usibus feu. & in auth. sed nouo iure. C. de seruis fugiti. ubi tenet, quòd sic. Sed Ang. contra. in l. idem Offilius. ff. de ædili. edic. nisi ex coniectura ta mente statuti aliud colligeretur. vide Firma. in reperto. in uer. debilitatio. & uer. digitus. & ait Bal. in l. si fugitiui. C. de seruis fugiti. quòd amputatio membri, est debilitatio hominis, sci licet, totius corporis. sed debilitatio mēbri ē impeditio principalis proprij officij ipsius membri. vnde oculus non dicitur debillitatus, si quis uidet, ut prius, quamuis propter ictum oculus sit aliqualiter deturpatus. secundum Bal. in qq. ad statu. uer. membrum. nu. 2. Et debilitans membrum, puniri debet pœna statuti, de obtruncante. secundum Floria. in l. binas. ff. de serui. urba. prædio. & subdit, quòd obcecans, licet oculum non effodiat, uel extrahat, punitur pœna statuti, de extrahente oculum. vide Ioan. Cor. in qq. Tholo. q. 207. ubi dicit, quòd debilitans membrum alicuius, punitur pœna statuti, quando membrum ex toto debilitatur. Siculus tamen. in c. cum in nostris. de concessio. præben. dicit, quod licet mē brum debilitatum sit quasi inutile, quo ad operationem, ualet tamen, quo ad decorem. vide omnino Ange. in addi. ad Bar. in l. nominationem sub nu. 5. C. de decurio. lib. x. ubi tractatur de hoc fusius, & Ange. in addi. ad Bar. in l. articulari. C. qui morbo. &c. lib. x. & Alex. in addi. ad Bar. in l. facultas. C. de iure fisci. nu. 2. Lib. x. & Bal. in l. si non simpliciter. C. de ędili. edic. & vide Turza. in tracta. communium opinionum. opinione. xx. post regulas.

Declinare.

STATVTVM punit declinantem inquisitionem, & iurisdi ctionem potestatis &, ꝙ possit offendi. Opponnes exceptionem declinatoriam, super qua nondum sit pronunciatum

tum,non poterit offendi.secundum Bar.in l.eum qui.ff.de iure patrona. & Bal. in l.si quis in suo.C.de inoffi.testa.& Fely.in c.1.de præsump.

Dicit statutum, quòd si clericus declinauerit iurisditionem potestatis,non sit pœna,nisi decem librarum, si quis interficit eum. An poterit potestas in plus punire,quasi per statutum non teneatur? respon.Bal.quòd sic. in auth. cassa. C. de Sacrosan.eccle.

Defensio.

STATVTVM tollens defensionem.non intelligitur tollere defensionem naturalem. sed ciuilem. secundum Marsil. in consi. 25.nu.52.in prin.& doct.in l.vt vim.ff.de iusti.& iure.& ideo licita est defensio, quæ est de iure naturali. ut per eos ibi,& uide Tho.de Saluze. inter consi. crimi. diuersorũ per Zilettum.in consi.29.tomo.2.& Bossi.in practi.crim.titulo.de defensionibus reorum.& titulo,de fauoribus defensionis.fol.261.& Nouell.in tract.suo ad defensam. & Iul.Clar. in practica crimi.& ubiq;.ut in eius repertorio. & an quis admittatur in criminalibus ad nouas defensiones?tradit Iulius Clarus.in prac.crim.§.fi.q.94.uer.est etiam.

Si cauetur statuto. quòd si quis debeat banniri, præcedere debeat prçtoris proclamatio, qua dicatur. quòd quicunq; uelit talem defendere,uel adesse causæ,cõparere possit, & debeat infra quinq; dies. Prçco unum tantum proclamauit.quid iuris?respon.ut per Alberi.in l.à Principe.ff. de postulan.in prin.

Statuto cauetur.Non licere cuiquam personam suam defendere ab iniuria. Dic,quòd nec consensu hoc fieri posset. l.pactum inter hæredem.ff.de Pactis.vide Cæpollã,in cons. 29.sub nu.23.qui allegat Bal.in cons.82.

Statutum, quod tollit defensionem, tollit etiã recursum ad superiorem.ita dicit Marsil.in prac.crimi.in § opportunè. sub num.60.

Statutum licet deneget defensionem: iudex tamen uidere debet utrum ei concludant probationes, quia si non concludant, debet reus absolui. qui licet non audiatur, ad iudicē tamen spectat hoc inquirere pro interesse sui officij. secundum Bal. in qq. ad statuta. super uer. probare. & in l. non dubium. C. de legibus. & Cæpollam in cons. 39. nu. 21. & Alex. in consi. 77. in 1. uol. & Cæpollam. in cautela. 255. & Paul. de Cast. in consi. 56. in 2. uol. & Nicellum in tracta. glossarū. sub nu. 155. uide Gozadi. in consi. 94. sub num. 41. & seq. & not. ꝙ iudeus debet admitti ad defensionem filij in causa capitali, sicut & alij. Cæpolla sic dicit in consi. crim. 75. & Tiraquellus. in trac. de iure primogeniorum. q. 66. nu. 15. ubi & alia ad rem more suo aggregat. Et no. ꝙ peccat ille, qui se non defendit, si potest. c. non in inferenda. xxiij. q. iij. c. quantæ. & ibi gl. de sententia excōmunica. & latè tradit Ioan. de lign. in tracta. de bello. c. LXXIX. incip. circa tertium. Et filius tenetur patrem uerbo, & opere defendere. non autem facto. secundum Bar. in extrauagan. ad reprimendum. nu. 3. in prin. & de his satis. Reliqua, uide per Iulium Clarum. in §. homicidium. in practi. crimi. vbi tractat fusissimè de defensione rei, & personæ. & plura deducit Michael Grassus. in suo tractatu communium opi. lib. 1. vbi de defensione agit.

Statutum licet possit tollere quamlibet exceptionem, non tamen potest tollere exceptionem defensionis, secundum communem opinionem. Chirconius. in suo tractatu cōmunium opinionum: centuria. 4. conclu. 62. nu. 34. pagi. 94.

Delictum grauius.

STATVTVM dicit, quòd si quis commiserit graue delictū, puniatur. &c. quod nam dicitur graue delictum? resp. ut per Soz. in consi. 267. col. 4. uers. 2. quia fuit. vel consi. 557. quod graue delictum esse dicitur, etiam in doctorem commissum. & dicitur grauis iniuria facta Doctori. quæ grauior dicitur, si est illi facta in iudicio. ita dicit Anchara. in consil.

325. su-

325.super primo dubio. Et no. quòd iniurians doctorem tenetur lege Iulia de ui publica. ita Guid. Pap. in q.88.& Pet. Lenaude. in tracta. de Doctori.& eorum priuilegijs. parte.4. q.71. ubi determinat. an collegium agere possit pro iniuria illata uni ex doctoribus collegij.& respon. Oldra. quòd sic. in consi.66.& si sit scholaris, qui inferat iniuriam doctorib. possunt uocare in collegiũ,& cognita causa declarare incurrisse in periurium, quoniam iuraueri reuerentiam etiam doctoribus collegij deferre; ita dicit Petr. Lenaude. ubi supra & Beluisius. in sua practi.crim.titu. de iniurijs.nu.46. & pro iniuria illata doctori popularis est actio. ut per Bar. in l.1.§. ius publicum.ff.de iusti.& iure.& Alex. ibi Et offensores doctorum actu legentium non minus incidunt in crimen publicum sacrilegij, quàm si quis offendat sacerdotem. secundum Zasi. in repeti.l.1. in prin.nu.11.ff.de iusti.& iure. Quomodo autem puniantur, qui retrahunt scholares,& subtrahunt doctoribus legentibus.& de doctoribus practicantibus scholares. vide Archiepiscopum florenti. in eius summa. lib.2. in tit. de restitutionibus. §.1. col.2. ubi refert quendam Ioan. de Ripoll. de hoc tractantem. De hoc delicto. tractat fusius Bos. in prac.crim.fol.1.& 3.

Delinquens.

STATVTVM dicit. quod delinquens in ecclesia puniatur. quid si delinquit iuxta ecclesiam, an habeat locũ statutũ? respon. Ioan. Andr. in addi. ad Specula. in rub. de immunitate eccle. ꝙ videtur, ꝙ sic. & Gui. de Suza. in l. præsenti de ijs, qui ad eccle. confugi. Et no. ꝙ delinquens auctoritate statuti, excusatur. secundum Corne. in consi.81. in 3. vol.

Statutum dicit. quod pro quolibet delicto impunito potestas puniatur in decem. Quinq; fecerunt delictum,& fuerunt quatuor puniti. dic, ꝙ de quinto augebit pœnam. secundum Alex. in l. si familia. ff. de iurisdic. omnium iudi.

Deliquit,& fecit quis contra statutum ignoranter, quod

an fecerit igorantia, iudicis arbitrio relinquitur. ſecundum Henric.Bochich.in tracta.de ſynodo.epiſcopi.ſub nu.41.

An quis teneatur obuiare delicto,vel reuelare delictum? ponit Iul.Clar.in prac.cri.§.fi.q.87.per totum.

Denunciatio.

DICIT ſtatutum, quòd maſſarij contratarum, & cauarzelani villarum habeant denunciare omnia crimina, & maleficia coram poteſtate, vel eius maleficiorum Iudici. Hoc ſtatutum non habet locum, vbi leuiſſima eſſet ſciſſura cutis. ita dicit Corſetus. in tracta.de minimis. ſub nu.5. & Marſilius in ſingu.276.& Paris de Puteo. in tracta. ſyndica. in §. ſyndicus. & Iaſ. in l.ſi ideò. C. de ijs, quibus vt indignis. Item non habet locum,ſi ipſi ignorant delinquentes.puta,ſi maleficium fuit commiſſum de nocte, nã nox celat male facientes.l.ſi cum exceptione.§.in hac.ff.quod metus cauſa. Si tamen ſint duos teſtes, qui malefactorem ſciant, poſſunt denunciare factum cum illis duobus, abſq; eo,quòd delinquentem apponant. Et tunc poterit Iudex cogere dictos teſtes ad proferendum perſonam malefactoris. quia ſufficit, quòd ſyndicus, vel cauarzelanus faciant, quod poſſunt. l. annus.ff.de calumniatoribus.ita dicit Neuiz.in ſylua nuptia li.Lib.3.ſub nu.29.& ſeq.Et creditur eis, etiam ſi falſum denuncient ſecundum.Bal.in l.1. C. ſi aduerſus liberta. quòd intellige, ſi iuſtè iurabunt.ita Angc.in auth.de iudi.§. oportet.in prin.col.5.vide Bal.in l.ſi tutor.C.de pericu.tuto.& in l.1.C.de iureiuran.Sed poteſt cõtrarium probari. argu. glo. in l.2.vbi etiam Caſt.ff.ſi ex noxali cauſa agatur.& Iaco.But. & Bal.in l.1.C.de rebus credi.l.cum præcibus. de proba. Et denunciator,qui falſo denunciat, tenetur de falſo ciuiliter, & criminaliter. ſecundum Bal.in l.1.C.ſi aduer.liber.l. lege Cornelia.§.qui delatorem.vbi Alex.poſt Bar.ff.de fal.& per Bar.in l.duobus.§.fi.ff.de iureiu.& l.ab accuſatione. §.nunciatur.ff.ad Turpilia.quòd intellige,niſi ſtatutũ dicat, quòd cre-

credatur ei.& vlterius credi non possit.secun dumBal.inc.1. col.1.in titulo si de inuc.inter.do.& ua.lis oria.in vsibus feu do.Et denunciator non tenetur seruare solemnitates.de qui bus.hr in l.Libellorũ.ff.de accusa.ſm Ang. in auth. quomo do opor. episco. Et debet syndicus, uel cauarzelanus in in gressu officij iurare, ꝙ benè, & legaliter suum exercebũt offi cium.ita dicit Ange.in l.si vacantia.C.de bonis vacan.lib.x. Nec tenetur pro singulis maleficijs iurare.sed sufficit iuramẽ tum ab initio.ſm Bal. in addi. ad Specula. in titu. de accusatio.ver.syndici.& Alex.in l.diuus.ff.de custo.reorum.Et potest esse testis syndicus, vel cauarzelanus quando iudex pro cedit per inquisitionẽ, si desunt alij testes,licet ipse prius denunciauerit. secùs, si iudex procederet super denunciatione per ipsum facta. ita Saly.in l.ea quidem.C.de accusa.Et debet denunciator habere præmium à statuto sibi taxatum. pri mò ex bonis malefactoris.2.ex bonis eius, ad cuius vindictā sit denunciatio. 3.ex bonis fisci.ita dicit Bar. in l. lege Cornel.in princ.ff. ad syllania. De deũnciatore vide Alex. in l. cum quidam.§.quod dicitur.ff.de acqui.hæ.& Bal.in.qq. ad statu.in uer.denunciare.vbi hñt plura.& Ias.in §.sed istę. nu. 97.iusti.de actio.Et de denunciatione vide Bossium. in prac. crimi.in titulo de denunciatione,& Iulium Clarum in prac. crimi.§.fi.q.7.

Si statutum uult,ꝙ denunciatio fiat infra tres dies. dies in cipiũt currere à die protestationis. secundũ Bal.in l.fi. C.de nego.gest.& Fely.in c.sicut olim.col.1.ad fi. de accusa.

Stante statuto, quòd syndicus teneatur sub pœna denũcia re maleficia infra octo dies, & commimssu est maleficium ul tima die officij sui an spectet ad eum denunciatio?an ad successorem, in cuius tempus incidit dilatio?& ad priorem spectare decisum est per Cottā in tractatu rerum memora. uer. syndicus. Ad hoc statutum uide Firma.in reperto.in uer.denunciator. & Fely.in c.sicut olim de accusa. & qualiter accu satur syndicus,qui non denunciauit. vide Ange. in trac. male-

lefi.

lesi.in gl. nec non ad quærelam.col.70.& est tex. & ibi Bar. in l.diuus.ff.de custo.& exhibitione reorum. & Bar.in l.1.de iure fisci.lib.xij.& in tracta.malefi.per Ang.fol.32.col. 1.ver. quæro an denunciatori? & hoc limita, vt per eundē Areti.in 1.col.Et no.quòd syndicus tenetur denūciare delictū, etiam impunibile.vt puta, si bannitus fuerit occisus. secūdum Bar. in l.fi.§.diuus.ff.de publi.iudi.& Firma.in reperto. ver. denūciator.vers.xi.Limita hoc statutum,si massarij,vel syndici prę uenti sint ante morā à principali, qui perfectè curiam instruxit,quia hoc casu non tenet eos pœna, eò quòd non denūciauerint.vt per glo.Bal.& Alex.in l.sororem . C . de indigni.& in trac.malefi.Ange.fol.31.ver. quid si fiet. & Firma. in ver. denunciator.ver.16.Limita 2.si massarius,vel syndicus ignorauit malefactorem,taliter, ꝙ non potuerit certificari . vt per Bar.in l.hæredem.ff.de ijs,quibus ut indignis. & obseruabitur.quod dicit Alex.in l. & ideo.C. eo.de quo vide Ange.in trac.malefi.fol.31.ver.quæro an excusetur. & vide Præpositum in c.in præsentia.in 2.no.de sponsa.Limita.3. si ignorauit delictum.vt dicit Firma.in reperto. ver.denunciator.uer. 23.non.n.tenetur denunciare maleficia occulta.secūdū Bar. in d.l.& ideo.C.de Indig.& Fely.in c.sicut olim: col. 1. post med.de Accusa.Et an tempus octo dierum denunciandi currat ignoranti?vide Ange.in tracta.malefi.fol. 149. col.3.& Firma.in ver.denunciator. ver.23. Et no.ꝙ si omnes non denunciant delinquentes,non tenentur ad integram pœnam,vt per Alex.in l.minoribus.in fi.& ibi Bal.C.de indigni.Et syndicus de falso tenetur.vt per Firma.in ver. denunciator.ver. 27.Et no.quòd denunciatio fit in scriptis.secundum Bal.in l. fi.C.de nego gest.& Fely.in c.sicut olim.de accusa. Et si syndicus ponet in accusatione testes ignorantes,perinde est,ac si non denunciasset. vt ait Bal.in l.ab excusatione.C.de fidei commissis. Nec tenetur denunciare qualitatem maleficij . vt ait Fel.in d.c.sicut olim.An massarius, uel syndicus teneatur denunciare maleficia commissa tempore suo,si exiuit de officio.

cio.tradit Ang. in traci.malefi.in gl.nec nō ad denūciam.ver. quæro simul.& Firma.in ver.denunciator.ver.6.& 34.& denunciator non punitur,qui in denunciatione errat, nisi compertum sit dolosè id fecisse.secūdum Fely. in d.c.sicut olim. articulo fi.de accusa.

Deprahendere.

STATVTVM dicit. si iudex deprændit aliquem furtum facere,puniat in centum. Dic, quòd si reperit cum non in fragranti crimine,sed post furtum consumatum, quòd verificabitur statutum.quia iudex dicitur deprændere,conuincendo. vt habetur in additionibus ad Bar.in l.1. C.de peti. bo.sub.

Depradari.

STATVTVM potest concedere licentiam deprædandi.secundum Bal.super feud.in titu.de milite uasallo. per glo. quæ incipit.hoc merito in fi.

Derobatus.

DICIT statutum si aliquis derobatus fuerit in comitatu,villa,vel castro,quòd villa teneatur. &c. De modo aūt probandi derobationē, nullum habetur verbum in statuto.Pone,venit derobatus ad curiam,& probat se derobatū p testes, An de quantitate,& æstimatione rerum stabitur eius iuramento?respon.quòd probabit eo modo, quó potest,per familiam,& suos socios,qui aliàs non admitterentur, & per alias cōiecturas.vt qa uisus est deponere in valisia tot res,assumere tātā pecuniā,& similia, & istæ probationes iudicis arbitrio relinquūtur.& habitis istis p̄sumptionibus ī,defectū p bationum, poterit postea deferri iuramentum.ut ait Bar. in l.si quando.C.unde ui.ubi idem dicit Plotus. & Corne.in cō si.123.in 1.uol.ubi dicit,quod derobatus in alicuius territorio,si habet regressum ex forma statuti contra homines loci, debet plenè probare robariam.

Destructio

Destructio domus.

SI ex forma statuti domus delinquentis destrui debeat, Vxor tamen illius ratione hypothecæ in ea potest destru ctionem impedire, cum translatio in fiscum ius hypothecæ non tollat. secundum Bal. in l. pignus. C. de pigno. actio. uide Roma. in consi. 137.

Deturpatum membrum.

DETVRPATVM membrum debilitatum non dicitur. secundum Bal. in l. si fugitiui. in fi. C. de seruis fugiti. quod pro statuto notatu dignum existimauit Ange. in l. nõ solum. ff. de rei uendica.

Deuastare.

DICIT statutum. Si quis magnatũ occidit popularẽ, bona eius deuastentur. An bona obligata deuastari poterunt? respon. Bal. in l. 1. §. si seruis. per illum tex. ff. de pigno. actio. quòd non. vide Roma. in consi. 128. & Bal. in l. alienatio. ff. de contrahẽ. emp. ubi de deuastatione habetur fusius. Et no. quòd, quando bona malefactoris ex statuto debẽt deuastari si ipse antea uẽdidisset ea, nihilominus possunt deuastari. l. senatus. ff. ad Syllania. uide Iul. Clar. in practi. crim. §. fi. q. 82. statutum. viij.

Dictio Penitus.

STATVTVM criminale utitur uerbo Penitus. quid importat? dic, quòd importat idem, quod ex toto, uel in totum. secundum Archi. in c. 1. de supplen. negli. præla. in 6. & in c. ordinarij. circa fi. de offi. ordin. in 6. & Alb. in dictone ista. ubi allegat. rub. C. de gladiatoribus penitus tollendis. lib. xi. & c. ad nostram. uer. penitus. de probatio. & Ias. in consil. 173. in 4. uolumine. nu. 1.

Dictio quouis, uel quauis:

SI utatur statutum dictione quouis, uel quauis. Dic, ꝙ est dictio vniuersalis præcisa, quæ omnes modos compræhendit,

dit, etiam non expressos, & si maiores, ut glo. notat. in clem. 1. uer. quauis. ubi Canonistæ hoc notant de re iudica. & glo. in clem. 2. uer. quauis. de ęccle. non alie. & Ias. in consi. 147. num. 3. in 4. volum.

Dictio perindè.

SI statutum utitur dictione Perindè. puta, si dicat, quòd aũ fugiens ante familiam, puniatur, perindè ac si fuisset inuẽtus cum armis. & pro armis, fit statutum, quod de nocte pœnæ duplicentur. Certè dicto fugienti de nocte, pœna duplicabitur. quia dictio perindè denotat omnimodã similitudinem. ideò refertur ad omnes qualitates. l. à filio. §. pen. de alimen. & ciba. leg. firmat Bar. in l. 1. de recepta. & Rui. in cons. 54. in 3. vol. & Bal. in l. imperialis. in 1. lectu. C. de nuptijs. vbi dicit, quòd spurius restitutus natalibus. idest legitimatus per imperatorem, non debet uocari spurius. nam perindè est, ac si esset legitimè conceptus. Vide Alberi. in dictione ista. & Bal. in practica sua ad fin. & Guido. Pap. in singu. super dictione ista, & Tiraquel. in trac. de retractu. §. 1. in gl. xi.

Diebus feriatis in honorem Dei.

STATVTVM potest disponere. quòd in criminalibus procedatur etiam in diebus feriatis in honorem dei. secundũ Bar. in l. pen. C. de ferijs.

Diffamare.

STATVTVM punit diffamantem. Dic, quòd ille diffamare non dicitur, qui stat in uerbis generalibus. putà, si dixerit, talis est unus malus homo. Sed quando descendit ad speciẽ. vt si dicat. talis est vsurarius, homicida, adulter, & simi. secus est. ut per Bar. in l. turpia. in glo. uer. in genere. ff. de leg. 1. & ibi Paul. de Castr. & cæteri. & Afflic. in decis. Neapoli. 264. & Bal. in qq. ad statu. uer. diffamare. & docto. in l. diffamari. ubi etiam idem Bal. C. de inge. & manu. & Montelco. in prac. arbi. parte. ulti. pag. 467. cum seq. Et diffamare uer-

bum ad bonum, & malum adaptatur. & importat id, quod uulgò prædicare dicitur. secundum Bal. in d. l. diffamari & Sozi. seniorem. in consi. 45. nu. 3. in 1. uol.

Statutum de inquirendo delicto contra nõ diffamatum, non ualet. secundum Marsil. in prac. crimi. in §. cõstante. nu. 13. & in pluribus suis consilijs. & uide Fely. inter consilia diuersorum per Zilettum. in consi. 46. in tom. 2. & omnino etiã Iuli. Clarum. in practi. crimi. §. fi. q. 5. uer. scias etiam. & q. 6.

Diffidare.

STATVTVM Ferrariæ. sub rubri. de diffidentia &c. lib. 1. statuto. xij. fol. 5. utitur uerbo diffidamus. quid est diffidare? respon. Monteleo. in practi. arbitra. quòd diffidare idem est, quòd dare licentiam cuilibet offendendi. vide Deci. in consi. 255. vol. 1. & Bal. in l. 3. C. ad l. Falci. & in l. si cum mulier. ff. solu. matri. & Rui. in consil. 4. num. 14. in 5. vol. Iulium Clar. in practi. cri. §. fi. q. 3. & Didacum Couarru. variarum lectionum. lib. 2. cap. 20. vbi de assassinis agit. pag. 668. Et bãnire, nihil aliud est, quam diffidare: ut colligitur in c. domino guerram. in 4. col. in tit. hic finitur lex. in usibus feudo. & in auth. Gazaros. de hæreticis & maniche. ubi Imperator utitur uerbo diffidamus, atq; bannimus, ad notandum, quòd idem sunt in effectu. de hoc habetur latius apud Signorol. in consi. 70. nu. 8. & seq. vbi dicit, quòd diffidare & bannire parificantur ex consuetudine. quod probat. & vide supra uer. bannitus.

De dilacerante.

STANTE statuto. quòd dilacerans vestes alicui, puniatur. quænam vestes appellantur? respon. ut per Alberi. in qq. ad statu. q. 84. parte. 1.

De directo.

REGVLA iuris se habet. quòd id, quod directò non conceditur, disponi non potest etiam per indirectum, per

uiam

uiam pœnalitatis.l.Seius.ff.ad l.falcid.per quam l.Bar.& do cto.decidunt,quòd non potest per statutum per indirectum uel via pœnalitatis disponi,quod est prohibitum à iure de directo. Ideo si statutum diceret,Quicunq; opposuerit, quòd talis (qui sit institutus) est spurius,puniatur in tantum, puta, quanti est hæreditas,non ualet tale statutum, tanquam per indirectum in fraudem legis,& potest opponi, nec opponẽs incidet in aliquam pœnam. pro ut tenet Bal.in l.una.in 4.oppo.C.de his, quæ pœnæ nomine. & in l.omnes.ff.de iusti.& iure.col.8.& Ias.in consi.40.col.3.in 1.vol.

Diruere.

STANTE statuto,quòd domus malefactoris debeat dirui. Dic,quòd debet optime dirui usq; ad fundamentum. ita quòd non appareant vestigia ędificij. ut per Bal.in l.Prętor. ff.de pretorijs stipula.

Dissigillans.

STAT statutum,quòd si quis dissigillet literas alienas,puniatur. Dic, quòd non habet locum in dissigilante vacuas literas. ut ait Boerius.in decis.274.sub nu.3.post Ange.

Districtus.

AN offendens aliquem in districtu,puniatur pœna statuti,punientis offendentem in ciuitate? respon.ut per Alberi.in qq.ad statu.in q.217.in 2.parte.

Dolus.

STATVTA criminalia,quę puniunt malefactores,absq; dubio præsupponunt dolum. ut dicit Iulius Clar.in pract. crimi.§.fi.q.84.in prin.& Parisi.in consi.161.in 4. vol.& infra uide in uerbo homicidium: Limita tamen hoc, si statutũ dicat. Si quis aliquem percusserit,puniatur.&c.quia in percutiente dolus,non requiritur,sed culpa tantum. nam culpa requiritur, ut adsit delictum,& fortè leuissima nõ sufficeret: vide Bar.in l.1.§.fi.ff.ne quis eum, qui in ius uoca.Nec po-

test criminaliter puniri.ut ait Cyn.in l.si quis non dicam rapere.C.de episco.& cleri.& Maran.in practi.in 4.parte prin. sub nu.58.cum seq.& Marsil.in consi.4.& Alberi.in l.elegan ter.§.quadrupes. ff.de dolo.& Paul.de Cast.in consil.58.in 2.vol.Et intelligitur dictum statutum in uero dolo, non in præsumpto.ut ait Deci.in l.in actionibus.pen.col.sub num. 28.ff.de in litem.iuran.Et no.quòd qui statutum,& leges trã sgreditur, dicitur esse in dolo.secundum Bal.in consil.35.in 3.uol.& Crauettam.in consi.193.item dolus præsumitur in eo, qui non obseruat solemnitatem, quam tradit statutum. ut ait glo. in l.1. super uer.malafide. C. de fide. instruc.lib. 10.& Calca. in consil.25.sub num. 13. item, quando actus in suo genere est vitiosus,& malus, præsumitur, quòd quis dolosè fecerit,nisi probet innocentiam suam,& quòd non mala intentione hoc fecerit.l. si non conuitij. C.de iniurijs. c.1.de præsump. Item dolus uenit in statutis sub appellatione maleficij. vt ait Firma. in reperto. ver. dolus. vide Bar.in l.si mulier.§.1.ff.rerum amotarũ.de quo.et Alex. in l. 1.ff.si quis testa.lib.vbi dicit,quòd dolus in statuto requirit, quod de furto loquitur.& subauditur, quia in furto semper inest dolus.Secùs in statuto puniente amouentem rem alterius.quia intelligitur, etiã si sine dolo amouerit.vide.l.1.§. 1.de eo per quem fac.erit.& ff.de liberali causa.l.rectissime & ff.de hære.vel actio.vendi. l.ij.§.sed & si quid.Item,si quis accusat aliquem de falso,videtur dicere dolosè. quoniã aliter falsum non est punibile.vnde ex natura uerbi prolati,is,q aliquem de falso puniri petit,hoc includit, quod dolosè fecerit.secundum Bal. in l.nec exemplum. C. ad.l.Cornel.de fal.& Bar.in l.1.§.non autem. ff. si quis testa. liber. & quod no.Bal.in l.cum donationis.C.de trãsac.& Bal. in l. fi.C.ad. l. Aquil. dicit,quòd probato damno,satis est probata culpa dantis damnum. Et no.quòd licet quælibet etiam iniustissima, & fatua credulitas, vel causa excuset à dolo,vt de dolo quis puniri non possit.attamen illa fatua credulitas,vel iniusta

sta causa non præsumitur mouere delinquentem, nec esse in eo, sed potius dolus, & nocedi animus. nisi per probabiles cõiecturas, & vehementes ita præsumatur credidisse. ita dicit Areti. in consi. 80. sub. nu. 2. in 1. col. vide Plotum in l. si quãdo. nu. 291. C. vnde vi. & Bar. in cons. 91. nu. 6. vol. 1. vbi dicit, ꝙ licentia illa excuset reum à pœna, ne criminaliter puniatur. vide Ange. in trac. malefi. super ver. dolosè, & appensatè. & Claudi. in regula. crimi. 80. & pluribus seq. & regula. 110. & pluribus seq. & alibi, pro vt dirigit repertorium. & Nouellus. in trac. ad defensam. in princ. num. 84. fol. 25. vbi plura. & seq. numero. ad hoc dicit.

11 Statutum præsumens dolum, & fraudem, valet. secundum Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure &. Parisi. in cons. 95. sub nu. 102. in 1. vol. & in cons. 97. per totum. & Paul. de Cast. in l. 1. in fi. ff. de legibus. & Cępolla. in l. 1. C. de seruis fugiti. & Plotum in l. si quãdo. nu. 52. C. unde vi. & An, & qñ dolus præsumatur. ponit Plotus in d. l. si quando. sub num. 259. & Milleus, in pract. crim. pag. 135. sub nu: 63. ver. ut autem sciamus, & Bal. in consi. 155. in 3. uol. vbi de hoc dicit optimè. & Soz. Jun. in consi. 58. in prin. per totum. & Bar in l. 1. §. 1. nu. 2. & ibi apostillantes. ff. si quis testa. liber esse iussus fuerit. & Cottam. in uer. dolus. in tracta. rerum memorabil.

Dominus pro seruo.

AN dominus pro seruo, & famulo per statutũ teneatur? respon. ut habetur in q. Tolosa. 195. ubi fusius, & dixi aliàs in meo tracta. de seruis, uel famulis non adhuc infirmis. Et statutum, quod loquitur de domino accusante. debet intelligi propriè, scilicet de domino particulari, & non de eo, qui est in communione, quia nec frater tanquam dominus rei accusare potest pro re communi cum fratre suo. Nisi dispositio statuti loquentis de domino posset in eo locum habere, ut accusatio admittatur. Et minor. xxv. annis, licet sit dominus, accusare non potest, quia adultus non accusat,

nisi

nisi cum authoritate curatoris. ut ait Bar. in consi. 90. in 2. Et intelligitur statutum prædictum, si seruus, uel famulus erat tempore delicti. secundum Bar. in l. titius. ff. de testamē. mili. & Ang. de Are. insti. de legitima agna. successio, in prin. sub num. 3. & dominus Alcia. in tract. præsump. reg. 3. incip. præsumptio 40. ubi ponit fallentias. Et de validitate prædicti statuti uide etiam per Ana. in consi. 2. ubi etiam dicit, an per statutum possit induci, ut dominus teneatur pro famulo? & Alber. tenet, quod sic, in qq. ad statu. q. 50. in 1. parte, & q. 53. & Arno. post alios in dialog. 4.

Licet nemo sit dominus membrorum suorum, ut dicitur, in l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & ait Bar. in l. si quis reum, in prin. ff. de custo. reo. & in l. 1. ff. de iniurijs. Dic tamen, quod à statuto quis potest obligari. ut no. Bar. in l. titio centum. in uer. tertia ratio. ff. de condi. & demon. de quo agit latissimè Dec. in l. Nec ex prætorio. ff. de regu. iur.

Dormiens.

DORMIENS, faciens maleficium contra statutum, nō ligatur statuto. ut dicit Seueri. in l. cunctos populos. C. de summa trini. & Henrich. Bohich. in tract. de synodo episco. sub nu. 4. & fusissimè tractat Tiraquellus. in tract. de pœnis temperandis, uel minuendis. in causa. 5. nu. 2. & seq. & Iulius Clarus. in prac. crim. §. fi. q. 60. uer. quæro etiam, & Claudius. in regula crimi. 115. num. 11. & 12.

Deprehensa in adulterio.

STATVTO cauetur, quòd maritus impunè possit interficere uxorem in adulterio deprehensam. An sic deprehensa dotem amittat? respon. quòd non. ut per Bar. in l. si mora. §. fi. col. fi. ff. solu. matri. & l. qui seruum. ff. de uer. ob. & l. quid ergo. §. 1. ff. de leg. 1.

Durum statutum.

STATVTVM licet sit durum, omnino tamen est seruandū. l. prospexit. ubi tex. & doct. ff. qui & a quib. & quanuis in l.

2. ff.

2.ff.de custo.reorum circa fi.dicatur, q à duricia, quamuis sit scripta, est recedendum. Ista tamen iura conciliat Ias.in l. nō dubium.C.de legibus.& in l.filio pater.num.1.ff.de lega. 1.

E.

EBRIVS.



BRIVS excusatur à pœna statuti, vt dolosus, non vt culposus.c.inebriauerunt.xv.q.1.& Seueri. in l.cunctos populos.col.68.ver.ex hoc infertur. C. de summa trini.& fide cath. post Tho. Docium.& Ludo.Montal.in tract.de reprobatione sententię Pilati.col. 1.sub num.4.& Blanc.tractat plenè. in trac. ad defensam. nu. 44.fol.18.& Cassane.in consue.Burgun.§.vi.fol.66.& Mille. in prac.crimi.fol.111.& Lucas de Penn. in l.1.C.de eroga. milita.anno.lib.xij.& Firma.in reperto.ver.Ebrius.& in tracta.de episco.& Lucas de Penna.in l.2.C. de iure fisci.& Tiraquellus.in tracta. de pœnis temperandis . causa. 6.& Archiepiscopus florenti.in summa.in titulo.de ebrietate.lib.2. §.vlt.ad fi.& Mōta.in.l.is damnum dat.ff.de reg. iur.& Claudi.in regu.crimi.116.& Iul. Clar. in practi. crimi.q.60.vers. præterea ebrius. & Petrus Placa in epito. delictorū.cap.30. & Menoch.in trac. de arbitrio iudicis in casu. 326.& ista est communis opinio.& Chircouius in tracta. comm. opi. ver. ebrius.

Effectus.

STATVTVM, quod potest operari vnum effectum contra ius commune, duplicem inducere non debet. quia quo ad fieri potest statuta debent reduci ad ius commune.l.2.C.de noxalibus actio.& Roma.in consi.199.col.3.& Ias. in consi. 24.col.ante pen.in 1.vol.

Statutum disponens de causa, & nihil dicens de effectu, cē

letur,

ſetur etiam de ipſo diſponere. de effectu ſcilicet inſeparabili, & immediato. ſecùs ſi mediato. vt notat. Bal. in l. 1. col. 3. in fi. ff. ſolu. matri. & Clau. in reg. crim. 119. & ibi uide et de affectu ſine effectu, quod hodie non punitur. vt per Firma. in reperto. uer. effectus & Cępol. in conſi. 2. in 2. col. Et effectus debet attendi in condemnationibus. vt per Specula. in titu. de execu. ſen. §. ij. ver. quid ergo. & dixi ſupra in verbo effectus. & plura dicit Tiraquellus in tractatu Ceſſante cauſa ceſſat effectus & Grammaticus in deciſ. Neapoli. 36. nu. 74. & in deciſ. 23. nu. 3.

Electio pœnæ.

ALIQVIS ex ſtatuto venit condemnandus in centum, quæ ſi non ſoluat infra menſem, amputādus ſit illi pes. Pone, aliquis vult potius ſibi pedem amputari, quàm ſoluere centum, cuius erit electio pœnę? reſpon. Franc. Cremen. in ſingu. 102. quòd iudex debet eligere, ut ille ſoluat centum. vide Franc. Mar. in tracta. ſeù deciſio. delphinatus. 415. in fi. lib. 1. Nec debet, vel poteſt iudex dare electionem morituro. vt per Roma. in ſingu. 133. vide Fely. in c. inter cęteras. in 2. 3. & 4. col. extra de reſcriptis. vbi habebis de hoc fuſiſſimè. & Iulium Clarum in eius practi. cri. §. fi. q. 85. verſ. ſolet etiā. & Firma. in reperto. in uer. electio.

Emere.

SI ſtatutum prohibeat emere, uel uendere certis perſonis, ſi emimus, tenet emptio, ſi ſtatutum ultra non procedat. ſecundum Ricar. in l. quòd ait. ff. de diuortio. & Cy. in l. non dubium. C. de legibus. Sed contra tenet Bar. in l. prætor. in prin. ff. de operis no. nun. & iſdem Bar. in d. l. quòd ait.

Statutum. quòd ſi quis emit rem furatam in loco publico, res non reſtituatur domino, niſi reſtituatur præcium emptori, non ualet. ſecundum Hoſtien. in ſumma. in titu. de pœni. & remiſſ. §. fi. uer. quid ſi. Facit. l. 2. C. de fur. & in q. Tholoſa. 151. & Salomo. in l. 1. nu. 9. ff. de iuſti. & iure.

Emptor

Emptor soluit gabellã, uẽditor non soluit,& ex forma sta tuti uẽditor, q̃ nõ põt agere ad prçciũ, an poterit cõueniri ad rem? resp. Bal. in l. fi. C. de periculo & commo. rei. uend. q̃ sic.

Statutum uult neminem posse frumentum emere, nisi pro usu suo, sub certa pœna. Quidam credens se habiturum pro toto anno in ciuitate, emit frumentum pro toto illo anno, deinde contigit sibi ex aliqua causa, mutare propositum, & recessit post aliquot dies illinc, an incidat in pœnam statuti? respon. quod non. secundum Stepha. de Federi. in tracta. de interpreta. iur. parte. 1. sub. nu. 49. & Lucam in trac. de fisco. in 4. parte. prin. sub nu. 2. & fusius tradit Tiraquel. in trac. de utroq; retractatu. in præfa. nu. 77. & Scodobius in auth. habita. C. ne filius pro patre.

Equiparatio:

STATVTVM, licet pœnale, odiosum, uel exorbitans. si aliqua iure communi æquiparat; quod loquitur de uno extẽdendum est ad reliquum. secundum glo. in c. si post quam. uer. prouisione. de electio. in 6. & Ioan. Montaigne in tracta. de bignamia. in 4. effectu. sub nu. 23. Et statutum nouum super uno casu parificato loquens taxatiuè, nihilominus extẽditur ad casum parificatum per statutum antiquum. tex. est iuncta glo. in l. ait prætor. §. interdum. ff. de nego. gest. Et maximè, quando est eadem ratio ad sic statuendum in eodem casu parificato. secũdum Ludo. Roma. in auth. similiter. ad. l. Falcidi. & Calcane. in consi. 26. sub nu. 4. & seq. & Viuium. in trac. communium opi. uer. statutum. uer. quando duo per modum regulæ in 1. pag. 203. vide Corne. in consi. 133. litera e. in 2. & Calcane. in consi. 17. nu. 94. & aliàs plura scripsi. in meo tracta. de argumentis. in loco ab equiparatis.

Estimatio.

SI statutum dicit. quod de damno dato credatur iuramento accusatoris usq; in 20. solid. & quo ad damnum emendæ secundum æstimationem sacramenti damnum passi, us-

quę ad quantitatē 20. solidorum, formata est accusatio, in qua dicitur quempiam damnificasse, & incidisse, & asportasse ligna quercus. scilicet stipites, nec addit accusator in quantum sit damnificatus. uenit reus omnino absoluendus. ut ait Bar. in consi. 113. in 2. vide Cassane. in consue. Burgun. §. 6. ubi fusius habetur de ęstimatione damni dati. fol. 71. & seq. & vide Plotum. in repeti. l. si quando. nu. 871. 873. & 893. ubi de valore, & æstimatione tractatur fusius. & supra dixi inuer. de damno dato. Et no. quòd æstimatio furti, & communis ualor debet poni in inquisitione. ut ait Sozi. in consi. 8. in prin. subdens, ꝙ substātia accusationis, uel inquisitionis est, ut apponatur, quòd res furata pertineat ad talem iure dominij, uel quasi. secundum Roma. in l. si quis id, quod ff. de iurisd. omnium iudi. & in l. magistratibus. eo. titu. & Bar. in l. diuus. ff. de incendio rui. naufra. & Ias. in §. pœnales. instirut. de actio. & Marsil. in consi. 16. num. 49. in princ. & Criminalistæ. ubique. Item no. quòd quando quis inquiritur de furto, & non probatur ualor rei subtractæ. & si sunt indicia sufficientia, tamen inquisitus non potest torqueri, etiam stantibus iudicijs, quia non probatur æstimatio & ualor rei. secundum Maran. in prac. parte. 4. nu. 6. pag. 50. ubi bene dicit.

Aestimum:

SI quis errore ductus non posuit res in æstimo communis, excusatur à pœna statuti. secundum Bal. in l. quàm diu. C. qui admitti. Pone, statutum dicit, non soluta collecta, uel non assignata re in æstimo, res ipso facto deueniat ad cómune. quæritur usq; ad quantū tempus possit agere commune? respon. Bar. in l. commissa. de publica. quòd usq; ad quinquēnium, & non ultra. Reliqua uide per Festasium. in tracta. de collectis, & æstimo.

Exceptio:

STATVTVM punit eū, qui produxit exceptiones, nec postea eas probauit. Dic. ꝙ similiter puniatur, qui opponit,

uel

uel producit exceptionem per procuratorem. licet statutum loquatur in principali. puta si dixerit, Si quis produxerit. ita dicit Bar. in l. si quis iniquum. §. si procurator. ff. quòd quisque iur.

Statutum tollit omnes exceptiones. An tollantur omnes exceptiones, quæ competunt ratione aliorum statutorum? respon. Bar. in l. 1. §. & parui. ff. quòd ui aut clam. quòd non tollit exceptiones alias, quę proueniunt ex alijs statutis. idē tenet Marsil. in singu. 293. & Riminal. fusius tradit in consil. 119. ad fi. in 1. vol. & Claudi. in regu. crimi. 20. 21. 22. & 23.

Statutum dicit, quod à sententia criminali non possit quærelari, appellari, uel aliqua exceptio opponi. Dic, quòd ipso non obstante, potest in ciuilibus, & criminalibus innocētiæ exceptio opponi. secundum Ioan. de Ana. in clem. pastoralis. de sententia & re iudi. & c. ex parte. de offi. dele. & Blancus. in practi. crimi. & Nouellus. in trac. ad defensam. & Iulius Clarus. in prac. crimi. q. 50. vsque ad q. 60. Amonus. in commentario. 168. ubi fusius. & Areti. in §. 1. seu in prin. col. 3. nu. 3. institu. de exceptio. & Cassane. in consuet. Burgun. §. fi. fol. 55. uers. addo & aliū uicesimūquartū casum. & Plot. in l. si quando. nu. 255. C. unde ui. vbi dicit, quòd stante. d. statuto, poterit etiam opponi de nullitate. ita dicit ēt Vantius in tracta. de nullitate processus. & Marsil. in prac. crimi. in §. vlti. q. ij. sub nu. 11. ubi fusius, & omnino etiam vide Oldra. in consi. 106. & Vestrium. in prac. sua. lib. 8. vbi agit de nullitate. & Perusi. in c. dilecto. per totum. de appella. Et an hæc exceptio impediat executionem? vide ibi. & doct. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. cum simi. vt per Iaff. in decis. 470. & decis. 471. & Gozadi. in consi. 72. nu. 6. & nu. 12. & per totum. & Neuiza. in consil. 70. & Bernar. Diaz. in regu. 255. & Chirconium. in suo tractatu communium opinionum. centuria. 4. cōclu. 63. nu. 34. pag. 64. ubi rationem dicit. & vide. supra. in uer. Defensio.

Si ex statuto criminali, nullus admitti debeat ad aliquam

exceptionem, nisi personaliter compareat. Attamē potest iudicis officium implorari. secundum Ange. in l. planè. per illum tex. ff. de excep. & Gerar. de petra sancta in singu. 63. & Marsil. in consi. 17. & Nouellum in trac. ad defensam. & Grāmati. in consi. 1. post decisiones criminales. sub nu. 23. & 24. & Cur. sen. in consi. 71. nu. 4. & in Methodica iuris. parte 4. titu. de causis agendis. cap. 4. fol. 493. Durans. in trac. de arte testandi. in tit. xi. cautela. iij. nu. 2. & Cherianus. in suo tractatu communium opi. uer. exceptio. ubi rationem dicit. & Calcane. in consi. 75. nu. 38. & Marsil. in trac. de fideiusso. num. 278. & in Methodica iuris. in titulo. quando officium iudicis loco actionis imploretur. pagi. 681. & Ias. in l. 1. ff. de iurisd. omnium iudi. & Ioannes de Amicis. in consi. 89. num. 6. & seq.

Stante statuto, quòd contra sententiam non possit opponi aliqua exceptio. Poterit tamen opponi exceptio citationis non factæ. vt ait Calderi. in consi. 6. & Anchara. in consi. 212. & Marsil. in cons. 8. nu. 34.

Statutum permittens aliquas tantum exceptiones opponi, non per hoc impedit. quin similes opponi possint. secundum Ange. in l. sciendum. ff. de euictio. & Euerar. in centuria in loco à natura dictionum taxatiuarum.

Statutum, quòd opponens exceptionem puniatur, Nō cōprehendit, qñ ineptè, & ita inutiliter opponit exceptionem. vt ait Bal. in l. 2. C. de episco audien. & Tiraq. in trac. de legibus connubia. in glo. 8. sub nu. 208. Ex actu. n. nullo quis pœnam non meretur. Limita tamen hoc. ut per Vantium in tracta. de Nullitatibus process. fol. 65. nu. 56. & seq. in parua impressione Aldi.

Statutum faciens mentionem de testibus omni exceptione maioribus, quomodo accipiatur? Ponit Viuius in suo tractatu communium opinionum. in uer. testis vnicus de visu. ad fi. pagi. 302.

Excessus.

Excessus.

STATVTVM dicens, quòd excessus non corrigantur, nullus tenetur. secũdum Inno. in c. ad nostram de appella. & Bal. in l. de quibus. col. 12. uer. ex prędictis. ff. de legi. Facit. l. Iurisgen. §. illud. ff. de pactis. vbi dolus de præterito remitti potest, secùs si de futuro. uide Afflic. in decis. 207. Et no. quòd excessus sonat in uitium, vt dicit Cardi. in clem. 1. de statu monachorum. De excessu. vide Neuiza. in cons. 75. & Claudi. in regu. crimi. 73. & seq. & Menochium in tracta. de Arbitrio iudicis. casu. 277. & pluribus sequentibus.

Executio.

QVOTIENSCVNQVE statutum executionem concedit, non videtur velle necessarium præambulum antecedens, hoc est condemnationem. quia intelligitur ipso iure. l. ad legatum. l. ad rem mobilem. ff. de procurato. l. & quia. ff. de iurisdic. om. iudi. c. ex lr̃is. de offi. dele. l. olimpico. ff. de seruitu. vrba. prædio. l. 1. ff. de officio eius. & ita tenet Sozinus. in consi. 22. in 1. par. sub. nu. 11. de executione sententiæ in criminali. & vide Bossium. in prac. cri. in titulo. de executione sententiæ. An autem, & quando liceat reo, officiali exequenti resistere? tradit Cassaneus in consuetu. Burgun. in §. 8. fol. 73. & Neuiza. in consi. 52. vbi etiam dicit, quòd executio non debet esse iniuriosa. & ꝙ ab indiscreta executione licet appellare. tenet Bal. in l. ab executione col. 3. uer. ex prędictis. C. quorum appella. non recipi. & Neuiza. vbi supra nu. 24. vbi & alia pulcherrima dicit in ista materia. Et quando liceat resistere officiali. tradit Iulius Clarus. in §. fi. q. 29. vers. sed hic incidenter. in prac. crimi.

Ex fortium:

SI statutum inducit nouam pœnam aduersus committentes ex fortium, vel violentiam, debet strictè intelligi, & eatenus, quatenus loquit. ſm Pa. de Cast. in cõs. 57. in 2. par.

Ex

Ex Officio:

AN autem, & quando iudex possit ex officio procedere. si reo obstet statutaria dispositio? respon. vt per Corsetum in Repertorio Abbatis. in verbo iudex. casus autem, in quibus iudex procedat ex officio. ponit Iul. Clar. in. q. 5.

De Exportante.

AN, & quando repertus in itinere, puniatur statuto, loquente de ijs, qui prohibentur exportare res extra districtum? respon. vt per Alberi. in qq. ad statu. q. 4. in 2. par. & q. ij. in 5. parte.

Statutum puniens, & prohibens extra territorium annonã exportari, pro adunantia in ciuitate conseruanda: ecclesiam nõ ligat. vt dicit Rip. in trac. de Peste. fol. 57. ver. 14. & idem in clericis sentit Bal. in cõs. 198. Et stante statu. ciuitatis Tergesti, de quo Gramm. in decis. Neapo. 101. sub nu. 15. & Pet. Rebuff. in l. iudaeos. C. de iudaeis. & Boer. in decis. 300. ubi dicit, quòd stante statuto, quòd nemo possit extra ciuitatẽ portare vinũ, nisi pro usu suo, alioquin fisco applicetur. Si quis, cui sufficiebant quatuor dolia, portauit uiginti (ille enim fecit, quod totum amittat) hoc casu confiscabuntur etiam illa quatuor dolia. An statutum, quòd non liceat exportare Blada, comprehendat semen lini? respon. ut per Bar. in l. triticum. ff. de uer. oblig. Item statutum, quòd non liceat exportare blada de ciuitate, & eius districtu, & res ad quotidianũ uictum. Si semel accidat, quòd quidam exportet res licitas cum illicitis, an omnia confiscabuntur, uel communi applicabuntur, respon. Cyn. in l. cum proponas. C. de nautico faenio. quòd non. Sed Bal. ita distinguit. Aut res erant delinquentis, & omnes confiscabuntur. aut quaedam ipsius, & quaedam alterius, & alienae non confiscabuntur, nisi ille alter esset consciens delicti perpetrandi. ita etiam tenet Fran. Luca in tracta. de fisco. in 4. q. prin. sub num. 10. Gui. pap. in q. 572. & q. 373. & not. ꝙ uerbum exportare, id significat pro

priè,

priè, quod sit dolosè. secūdum Bar. in l. si seruus. §. si quis, per glo. ibi. ff. de riuis. & Bal. in consi. 157. in 3. & Franc. Mar. in decis. Parl. Delph. q. 234. & alijs seq. & q. 630. lib. 2. reliqua uide infra in uerbo extra territorium.

Expulsus.

PRo statuto, quod prohibet aliquem expelli de possessione. Nota, quod dicitur quis expulsus trib. modis. Vno quādo in possessione est inuentus. & expulsus. Secundo quando nō est inuentus, sed reuertitur, & non admittitur. Tertio quando metu non reuertitur. & de ijs tribus modis loquitur. l. si quis in tantam. C. unde ui. ubi Bal. ita distinguit.

Extensio.

STATVTVM, de uno delicto, extenditur ad aliud maius. ut tenet Bal. contra Bar. in l. transigere. col. 3. in fi. in 8. oppo. C. de transactio. & Fulgo. in l. eum qui. §. in popularibus ff. de iureiu. an autem, & quando fieri possit extensio in statuto? tradit Roma. in consi. 50. & Marsi. in consi. 32. sub nu. 5. & seq. & plenissimè Euerar. in centuria legali. in loco à ratione legis larga, ampla, seu generali, ad extēsionē legis, & Are. in consi. 109. & Cassane. fusius. in consi. 38. & Alba. in consi. 49. nu. 6. & Ias. in l. fi. col. fi. ff. de in ius uocan. uide Dy. & ibi Apostill. ad regu. in argumentum, de regu. iuris in 6. & Clau. in regu. crim. 90. & seq. & Pa. de Cast. in l. si seruum. §. prætor ait.. ff. de acqui. hæred. nu. 4. ubi dicit, quòd statutum, quando punit illud, quod est de genere prohibitorum, & quod ius commune punit. Extenditur etiam ad fictum, sicut in simili habetur & alibi, in c. cum tu de usuris. uide Bal. in qq. ad statuta. q. uerbum simile. Et an pœnale statutum extendatur etiam ad additionem factam tali statuto? respon. Abb. in c. de mulcta, num. 18. de præben. ubi dicit, quòd sic. Lupus quoq;, ut refert Card. in clem. statutum, col. 3. uer. tertio oppono. dicebat, quòd si ad sit aliqua additio ad statutū, idem iuris esse debet in ipsa additione, quod est in statuto ipso,

quo

quo ad pœnam, & quo ad alia. fusius de hoc agit Corse. in singu.uersi.extensio,& in reperto.Abba.in hoc uerb.& Alb. in dictionario in uer. addere. & Gram. in tract. extensionū. Et propter eandem rationem dispositio etiã pœnalis in uno casu loquens,ad alium extendi debet.ut dicit gl. in clem. 1. de electio.& est tex.in c.si postquam.§.1.eo.tit.lib.6. Et no. quòd extensio fieri non debet de casu ad casum in statutis exorbitantibus,& correctorijs, & ius commune corrigentibus.ſm Roc.de Cur.inter consi. crimina. in consi.61.nu.26. Item extensio non est licita ex identitate, vel maioritate rationis.ſm Ferr.Garsia inter cõsi.cri.in cons.124.nu.3.& Ioã. Bap.venturinum.inter consi.crimi.in consi.149.nu. 12.Item extensio locum non habet, quando simul & semel iniungitur pœna, & actus corrigitur. secundum Benedic. de Barzis. in consi.91.nu.22.inter consi.crimi.diuersorum. in tomo.1. in postremis.Et an materia pœnalis sit extendēda.adhuc sub iudice lis ē. An sit fauorabilis,vel odiosa.vide omnino.d.m. Iurisconsultissimum.in c.odia.de regu.iur. in 6.vbi, quando fiat extensio,vide per eum.

Extrahere.

STATVTVM de bladis non extrahendis à ciuitate vltra vetitum, extenditur etiam ad farinam, vel panes factos de blado,seù farina bladi.secundum Gui.pap.in q.373.& Vitalinum in prac. crimi. in titu. de rebus non extrahen. extra vetitum. Et no. ꝙ statutum prohibens extrahere bladum de comitatu,sub pœna, non compræhendit minorem. ut ait Roma. in sing.810.& vlt.qđ nõ admittit Solonius ad statutū de Extrahente.vide Viuium.in tract.communium opi.ver.statutum prohibens,& Franc.Mar. indecis. Parlamen. Delphi. in q.234. & pluribus seq.&.q.630.lib.2.& vide omnino Iulium Clarum.in eius prac.cri.§.fi. q.82.incip.statutum quod blada &c.Qualiter probatur,quòd quis extrahat contra vetitum,si solū in itinere reperitur,tradit Ange. in l. arboribus.

§.idem

§. idem tractat. ff. de vsufruc. Et no. quod si cui est data licentia de extrahendo certam quantitatem frumenti extra ciuitatem, vel comitatu, Ista licentia non extenditur vltra septem dies. vt ait Bar. in l. unica. C. de Tractatorijs & statiuis lib. xij. Et si statutum dicit, quòd qui extraxerit bladum contra vetitum, tanta pœna puniatur. & testes deponunt, quod viderunt Titiũ extrahere, non probant sufficienter. quia verbum extraxerit est temporis præteriti perfecti. Et verbum extrahere notat rem in actu non perfecto, sed inchoato. vnde deficiunt uerba statuti, & per consequens eius dispositio. secundum Ange. in l. arboribus. §. idem tractat. ff. de vsufruc.

Extrahi de domo.

SI dicit statutum, quòd quis non possit extrahi de domo, an satellites, qui pro executione sui officij extrahunt aliquem de domo puniantur pœna statuti. respon. Bal. in qq. ad statuta. ver. Mandare. nu. 10. quod nõ. & Gui. pap. in q. 8. & Gandinus tradit plenè. in tracta. malefi. Duenyas. in regu. 288. ver. Extrahi.

Si statutum dicit. si quis extraxerit viduam per vim de domo, puniat̃ in mille, & in plus arbitrio potestatis. Dic, quòd isto casu non posset potestas illum, qui tale perpetrasset delictum, decapitari facere. secũdum Bal. in l. & si post tres. ff. si quis cautio. vbi fusius habetur.

Extra territorium.

STATVTVM percutientem extra territorium aliquem puniens, nullius est momenti. si ibi Iustitia administratur. vt ait Bar. in l. Nullus. C. de iude. & Alex. in consi. 111. in 1. vol. & Ioã. de Prato. inter consi. crimi. per Zilettum. in cons. 9. in tomo vlt. per totum. & Mattheus Arimi. inter dicta consi. diuersorum. in consi. 115. nu. 65. & Cagnol. in l. fi. ff. de iurisdic. oĩum iudicũ. & Parisi. in cons. 159. per totum. in 4. vol. & Syluanus. in cons. 103. in 2. per totũ vbi tenẽt, quod licet iudex suus possit homicidã punire, qui extra territoriũ homicidiũ cõmi

sit tñ fallit, qñ est limitata iurisdictio iudicis per statutũ.pro ut habet in nro ferrariẽsi statuto.sub rubrica.de forma sacramẽti præstãdi à potestate.Et magis cõis est opinio, ꝙ iudex inquirere nõ possit cõtra ciuẽ,qui extra districtũ deliquit. de quo agit Grãmatic. in decisio. 26. nu.xi.uide Bombi.in cõs. 8.& uide Iul.Clar.in prac.crimi.in q.39. uers. sed quæro.& magis æqua est opinio,ꝙ ꝓ crimine alibi cõmisso, quis puniri nõ possit statuto originis.ſm Marsil.in l.fi.col.2.& seq. ff. de iurisd. om. iudi. de quo tractat Mattheus Cherianus. in suo tractatu cõmunium opi.in uer.statutum.& Scarlati.inter cõs.cri postrema. in cõs. 112. num. 3. ubi dicit magis cõem opinionẽ esse, quòd si quis in ducatu Mutinæ occidit Bononiẽsem,quòd nõ possit Bononiæ puniri. & ibi latius ꝓ sequitur hãc materiam.uide Menochium.omnino. in cons.2. nu. 130. vbi dicit hanc esse crebriorem opinionem. idem tenet Bursatus nouissimè.in consi.77.nu.4.

Si statutũ ĩpediat,ꝙ iudex nõ possit exercere iurisdõnẽ suã ultra limites suę iurisdõnis,nõ poterit pronunciare se iudicẽ cõpetentẽ.qñ per hoc excederet terminos suę iurisditionis. ita de facto resp. Anto. de Butr.in c.ꝑterea.col.5.de dila.de quo habetur apud Alex.in consi.82. in 3.& Afflic. in decis. Neapoli. 354.sub nu.17.Et no. quòd dominus nõ tenetur inquirere contra suum subditum de maleficio commisso extra suam iurisditionẽ.ſm Bal.in §.si iudex.de pace tenen.& Affl. in decis.Neapoli.265.& Sozi.in cons. 79.nu.5.in 4.& Corne.in consi.89.in 3.& Crauettã.in consi.30.& Fely.in c.Rodulphus.nu.3.de rescrip.& habetur in decis. Tholosa.411. & Perusi.in c.præterea. sub nu.10.de appella.& Rui. in cons. 84.in 4.vbi cõsuluit in terminis statuti ferrariẽsis. & Alberi. in qq.ad statu.& Bal.in qq.ad statu.ver.delictum. nu.2.& in ver.ligare.& Signorolus in cons.128.& Grammati. in decis. Neapoli. 26. & Boerius. in decis. 270. & Archieps. floren. in eius summa.lib.3.cap.75.in titu.de causa efficien.ex communica.§.1.ver. disponit statutum.& Cassane.in cõsue.Burgun.§.v.


gun.§.v. fol. 4.pag.2.ubi dictis assentior.& Gozadi. in cons. 49.& Duenyas in regula.378.in uer.2.Limita. nu. 2.& ista ĕ munis opinio.vt ait Chirconius in tracta.communi.opi.cen tu.2.conclu.89.nu.22.pagi.49.vide Michaellem Grassum in trac.cõis opi. lib.2.cap.8.q.1. Et no.quòd licet statutum nõ liget contrahentes extra territorium.potest tñ ligare rem. vt si quis nõ soluat Gabellã rei venditæ,puniatur.quemadmodũ dicit dñs & pręceptor meus scitissimus Alcia.in cons.28. nu.3.in 2. libro.Nam aliàs esset in potestate contrahentium ire extra territorium,& contractum inire in fraudẽ Gabellę.

Euentus:

EVENTVS in statutis consideratur.sicut dicit Bal.in qq. ad statu.uer.animus.& Fely.in c.cognoscentes.nu.6. de constitu.& Ias.in l.1.§.hæc autem.ff.quòd quisq; iur.& vide Tiraquell.in tracta.de pœnis temperandis. in causa.37. vbi fusissimè habetur.& plura scripsi in meo tractatu de argu mentis in loco ab effectis vel euentis.

F.

FACIENTES.



STATVTVM punit facientes maleficium. An comprehendat fieri facientes?respon.Roma. in consi. 23.quod sic.& Bar.in l. quẽadmodum. col.2.ver. ex hoc.C.de agrico.& censi.lib.xi.Sed non comprehendit consulentem.vt ait Carreri.in prac.crimi.in §. circa.sub nu.167.An comprehendet per suasorem, qui persua sit,vt quis falsum deponeret?respon.vt per Chache.in decis. Pedemon.67.per totum.& dicit satis plenè ibi etiam. An statutum prædictum de faciente habeat locum.in fieri faciẽte?

De facto.

SI dicit statutum, quòd iudex in tali maleficio procedat de facto. vide ad hoc statutum. Ias. insti. de actio. in §. in Bonæ fidei sub num. 46.

De falsitate.

STATVTVM dicens, quòd producens falsos testes puniatur. Habet locum in producēte vnum falsum testem. secūdum Bal. & Bal. in l. 3. §. fi. ff. de neg. gest. & Bar. in l. 2. §. fi. eo. ti. & in l. 2. §. fi. ff. de ui bono. rap. & Petr. de Ancha. in c. 1. de litis contesta. & in c. relatum. de testa. & Ioā. de Imol. in c. & si principalis. de rescrip. vbi & cæteri. plura adducit Cassane. in cōsue. Burgun. fol. 13. sub nu. 24. vbi ēt dicit, quòd Bar. in hoc sibi fuit cōtrarius in l. 1. ff. de optio. lega. & in l. vnum ex familia. §. si duos. & §. seq. ff. de lega. 2. pro quo Bar. & eius opinione prima. cōsuluit Paul. de Cast. in consi. 143. cū quo residet Cassane. propter absurditatem euitandam. Nō absurdū esset dicere, quòd statutū ita loquēs non verificaretur in numero singulari. vide Plotum in l. si quando. C. vnde ui. De falsitate. & quot modis falsitas committatur, ponit Monteleo. in prac. arbitra. pag. 17. & Bossius in prac. crim. in titulo de falsis. ubi latissimè habetur. & inter consi. crimi. diuersorum. in cons. 117. uide Afflic. super consti. regni in rub. 40. ubi de testibus falsis agit. & de instrumētis falsis, & alijs, sub dicta rub. lib. 3. Et no. quòd iudex potest ex officio punire testem, qui falsum deposuit in iudicio coram ipso agitato. secūdum Rolan. à Valle in cons. 12. in 2. uol. ubi hoc tractat fusius. si tamen esset clericus testis, secus esset. ut ibi per Rolan. à Valle. Et testis, qui deposuit falsum circa illa, quæ non concernunt substantiam principalis negocij. puta circa appendicias, nō incurrit in pœnam falsi. Sed solum debet puniri pœna extraordinaria, & arbitrio iudicis. ut ait Cotta in tracta. rerum memora. uer. testis fides & Abb. in c. 1. de crimi. falsi. cū simi. ut per Menochi. in suo tract. de arbitrio iudicis. de quo

infra

infra agemus & nos in uer.an pedente interrogatorio. An ſi pars uti uelit teſtibus pro ueris. &c. poſſit ad ulteriora procedi? reſpon. ut per Riminal. in conſi. 294. in 2. per totum. ubi conſuluit, quòd non poſſit. De Cancellario, uel alijs, qui falſificant reſcriptum, inſtrumentum, ſaluum conductum, & ſimi. data copia, uide Portium in cõſi. 94. Qui ſcienter dictauit notam, ex qua eſt confectum falſum inſtrumentum, non punitur de falſo, quia eſt ſcriptura priuata. ſecùs ſi eam notario porrexiſſet, ut eam authenticaret. ut ait Cotta. in tractatu rerum memora. uer. notarius, qui in inſtrumento. uide Rolan. à Val. in conſi. 38. in 1. uol. De falſitate plura dicit Iul. Clar. in prac. ſua crimi. §. ver. Falſum. & per diſcurſum. Syluanus in cõſ. 7. per totũ. & Menochi. de arbitrio iudicis. in caſu. 187. & 306. & 307. & 308. & 309. & 310. & 312. & 313. & alijs ſeq. & in caſu. 382. & ibi etiam habetur de annona corrupta, & eam vendentibus. & in caſu. 384. vbi agit etiam de ſupprimentibus annonam. vt carius uendant.

Si ſtatutum dicat, quòd quis puniatur tanquam falſarius. non debet puniri. l. Cornel. de falſis. ſed alia pœna, arbitrio iudicis. vt ait Bal. in c. non nulli. §. ſunt & alij. de reſcrip. & Fely. in c. ſolitæ. col. 2. de maio. & obe. Quid autem ſit arbitrarium tradit Arno. in commentario. 122. & vide Imolam. in conſi. 104. ubi in terminis ſtatuti huius loquitur.

Quando ſtatutum punit eum, qui utitur falſo inſtrumento doloſè, licet in accuſatione dolus non exprimatur, tamen ſi petatur, ut condemnetur ſecundum formam ſtatutorum, præſumptiuè qualitas ſtatuti uidetur expreſſa. ut ait Crauet. in conſi. 150. ſub nu. 3.

Statutum puniens notarium de falſo. Non habet locum in perſona fabricãte falſum, ut dicit Fulgo. in cõſi. 134. col. 3.

Stante ſtatuto, quòd teſtis falſus puniatur pœna falſi. Nõ habet locum in ruſtico. ut ait Arn. in ſoliloquio. 52. poſt Ange. & alios. quod intellige de ruſtico ſimplici, & quadrato, ſecus ſi de ſagaci. quemadmodum aiũt Apoſtillan. ad Abb.

in c.

in c.1.de crimine falsi. & Rippa.in trac.de peste.nu.208.& Sozi.in fallen.in regu.349.& Ferra.in cautela.17.& Hostie. in c.pastoralis.de re iudica.& Lanfran.in c.quoniam contra. nu.39.de probatio.Et not.quòd quasi falsarius intelligitur improprie falsarius. ut sic puniatur pœna arbitraria,& extra ordinem,non pœna falsi.prout dicit glo.in c.cum olim.de of fi.delega.& Bal.in c.olim.de rescrip.& Sozi.in l.is qui.cc.§. pen.col. fi.ff.de rebus dub.Et not.etiam, quòd si quis furto subtrahit, uel ammouet testamentum alicuius, tenetur pœna falsi.& hoc intellige, ut puniatur, si celat testamentum, quo ad omnes,ut nemo possit habere.secùs si respectu unius celat,quia tunc non punitur pœna falsi. secundum Bar. in l. Paulus ff.ad l.Cornel.de falsis.vbi dicit,idem si comburit te stamentum.secùs,si aliud instrumentum.ut ibi per Bar. & vi de eundem Bar.in l.3.§.& posse.ff.de tabulis exhiben.& vi de Apostillan.ad Bar.in d.l.Paulus.& Anchara.in cons.173. & Ange.in l.1.col. 2.ff.de publi. iudi.ubi dicit, quòd iudex maleficiorum,salua conscientia,potest formare inquisitionē contra subtrahentem instrumentum, animo celandi ueritatem.vide Menochiū in trac.de arbitrio iudicis. in casu.311. Qua pœna puniatur lacerans instrumētum ira motus in iudi cio, ponit Firma.in reperto.in uerbo lacerans.ubi punitur ex traordinem,& ad interesse partis.vide omnino.& vide Abb. in c.accepimus. nu.4.de fide instru.& ibi apostill.in litera.b. ubi allegant Bal.in c.peruenit.el primo de probatio. Vbi di cit,quòd si fiat laceratio,ut ueritas occultetur,punitur pœna falsi,aliàs punitur extraordinariè. Qui uerò induxit instruxit,& suggestionibus traxit testes ad deponendum ueritatē, licet eis incognitā,qui potius dicuntur de temeritate,quàm de falsitate redargui,extraordinem,non ordinariè puniri de bent. ut ait Anchara. in consi.24.Plura.de falsitate testium, & pro excusatione falsitatis,tradit Campegius.in tracta. de testibus.in regula. 424.& in regu.436. Et testis tacens ueritatem,punitur de falso,etiam non interrogatus. secundū Fely.in

ly.in consi.vlt. limita.tamen,ut per Abb.in c.1.de crim.falsi. & per Archiepiscopum floren. in eius summa parte. 2.titulo.1.cap.19.§.vi. col.1.in fi.vbi dicit,quòd quis non tenetur omnem ueritatem dicere.sed illam,quam ab eo potest,& debet exigere iudex,secundum iuris ordinē.& ibi in §. vij. col. 2.dicit,quòd si testis cogeretur authoritate superioris, cum ei teneatur obedire in his,quæ pertinēt ad iustitiam,tenetur ferre testimonium solùm in his duntaxat,in quibus exigitur ab eo testimonium secundum ordinem iuris.Et no.quòd dictum statutum non comprehendit uirum alioqui bonæ æstimationis, & magnæ probitatis.qui si falsum deposuisset, videretur potius per errorem,& non dolosè sic dixisse. secundum Bal.in l.quotiens. ff.de hęre.insti.& Cepollam, in cons. crim.consi.25.& Parisi.in consi.151.in 4.& Plotum in d.l.si quando.C.unde ui.per discursum.Nullitas autem non excusat falsitatem, quominus saltem pœna extraordinaria falsarius puniatur.vt ait Vantius in tracta.de nullitatibus process. pag.66.nu.62.in paruis. & Riminal.in consi.24.in 1.& in cōsi.sed eo.vide etiam ad supradicta Iodocum.in pract. crimi. titu.de falsitatibus. maximè in cap.122. de falsitate scriptorum.nu.9.& vide Parisi.in consil.162.per totum. in 4. ubi ēt agitur de instrumento falso,& de notario puniendo de falso pro instrumento falso.& Menochi.in tracta.de arbitrio iudicis.in casu.311.in fi. & Iulium Clarum.in prac.crim.q.53.& d.§.falsum. vbi in d.§.falsum. uer.sed quæro.dicit,quòd ubi pœna falsi non ponitur in statuto,pœna falsi hodie est pœna extraordinaria.

Fama.

STATVTVM reperitur.quod fur,uel usurarius per famam debet condemnari.An per contrarium quoq; de fama poterit se purgare?respon.q sic.per regulam.iuris. Non debet actori licere.& regu. priuatio & habitus æqualis potentiæ diiudicantur l.eius est nolle.ff. de reg.iur.l.qui condemnari.

ff.de

ff.de re iudi. l. nihil tam naturale.ff.de regu.iur. & ita dicit Stepha.de Federi. in tracta.De interpretatio. iuris.in prima par.sub nu. 100.de Fama. vide Bal.in qq.ad statu.in uer.Fama.& fusius in decis.Tholosa.379.& Ang. Are.in trac.malefi.in uer.fama publica.& Plot.in l.si quando.nu. 881. C. vnde ui.vbi etiam dicit, quòd per contrariam bonam famam, tollitur mala fama.& num.891.ubi de fama publica agit. & Ducnyas in reg. Fama.& Claudius.in regu. crimi.29.& alibi.& Iulius Clar.in prac.crim.§.fi.q.21.& Parisi.in consi.153. num.18.in 4.vbi dicit, quòd per oppositum bona fama, dicitur prçualere malę famæ.De fama etiam agit Papias in practi. in forma positionum actoris.super gl.item, quòd de prædictis est publica uox & fama. Agit Grammaticus in consil. crimi.25.nu.13.& Port.in consi.39. nu. 21. & seq.& D.meus Alcia.in c. perniciosam. de officio ordina. Et not. quòd Fama, secundum Bal.in l. Filium.col. 2. ad fi.ff.de ijs,qui sunt sui. est testimonium vulgi, sui dicti rationem non reddentis, sed opinantis.Sed fama non omnino falsa est, quam populi multi clamant.de qua Bossi. agit in prac.crimi.in titu.de inquisitione.sub nu.33. & Monteleo in sua prac.arbi.in tit.de exceptione ad crimen furti. ubi ponit quomodo capituletur super bona fama.& Marsil.fusissimè dicit de fama.in practica sua.& in l.de minore.§.plurium.ff.de quæstio.& differt à rumore. Nam rumor est particularis assertio, sed fama requirit cõsensum omnium,uel maioris partis. ut tenet Zasius. in lib.Rhetó.ad Herennium. vbi ponit locum à rumoribus. & Lucas de Penna.in l.3.ad fi.C.de prædijs & alijs rebus naui.lib.xi.Et rumor est ab incerto,fama à certo.ut ait Butrius in tracta.de notorio.in prin.nu.9.Rumor enim est res sine teste,& sine iudice,res est incerta,improbissima,maligna,& fallax.de quo plura dicit Lucas de Penna in l. fi. col. fi.in prin. C.de prædijs.& Spiegell.& Alberi.in his dictionibus. & Firmanus in reperto.in hac dictione.& alij repertoristæ. pro ut ẽt in repertorio tractatuum.Et rumor est furiosa pro clama-

tio

tio gentium, & strepitus multarum uocum. ut dicit Bal. in l. ea quidem col. 2. sub nu. 4. & ibi uide, quid sit etiam fama. C. de accusa. quid præsumptio. quid fictio. quid indicium. quid argumẽtum. quid error. quid notorium. quid probatio. quid euidens. quid occultum. quid inquisitio. & plura de ea, & de notorio fusius. vide de fama etiam, & rumore in metthodica iuris. parte 5. cap. 22. ubi habetur etiam de communi opinione. & ibi dicitur, quòd fama est sermo uulgatus à certis authoribus, aliqua de re in vulgum sparsus. rumor uero dicitur, sermo aliqua de re uulgatus, cuius authores ignorantur. cuiusmodi sermones solent spargi temporibus belli. vt prouerbium inde sit ortum. Multa in bellis esse inania, communis opinio autem est, multorum consensus, ex longa obseruatione alicuius rei ortus. sicut est consuetudinis inolitæ obseruatio. notorium uero dicitur, quod propter præsentem euidentiam vulgo notum est. ut sunt flagitia in conspectu populi admissa. Et quid sit manifestum, notorium, rumor &c. vide Bellaperticam in q. 524. Et no. quòd fama est duplex, vno modo, idest uox publica de aliquo. alio modo, idest status suæ existentiæ. primum est de persona. secundum in personam. ut ait Bal. in l. diffamari. colum. 2. C. de ingen. & manu. Et no. etiam, quòd si duæ famæ cõcurrant, vna bona, alia mala. prẹualet bona, secundum Bal. in l. si mater tua. C. ne de statu defuncto. infamia autem qualiter probetur, tradit gl. uer. diffamari. in prag. pag. 235. Et rumor, ac fama præstãt iustam credulitatem. ut ait Deci. in l. si cum uel in utero. C. de testa. mili. An fama sola probet? vide Monteleo. in prac. arbi. pag. 125. nu. 34. ubi fusius de hoc tractatũ. & Viui. in trac. commu. opi. uer. fama. & Duenyas in reg. fama. & quãdo testes probent de fama. dicit Turzanus in trac. commu. opi. num. 43. & 57. & dicit ibi, quòd fama facit semiplenam probationem. Et testes deponentes super fama, interrogati à quibus personis audiuerunt, si dicunt non recordari, nec nominant personas hoc dicentes, talis eorum depositio est nulla. secundũ

Parisi.in consi.153.nu.17.in 4. vide Sozi.in fallen.regula famà.& Cottam in tracta.rerum in memora.in uer.fama. Et quando testes dicantur probaffe famam publicam, inter tot, vide et Alex.de Neuo.in consi.72.núm.18.cum seq.& dñs m.institutarium olim præceptorem meum.in consi.82.& Iulium Clarum.in prac.crim.q.6.& q.21. Et no. quòd homo laborare debet, ut bonam habeat famam. l.fama.§.si quis maiorē. ff.ad Trebellia.hinc Virgilius.

Aeternam moriens famam Caieta dedisti.& Rursus.

Fama malum, quo nil uelocius ullum.

Lucretius. Larg: ent officia, atq; agrotat fama vacillans.

Iterum virgilius. Solue metus, feret hac aliquam tibi fama salutem.

Vide F.Petrarchā.in 1.epist.fami.& de Remedio.vtriusq; fortunæ.& li.1.in dialog.113.& de leto rumore uide ibidē.

Rumor de ueteri facit uentura timeri

Cras poterunt fieri turpia sicut heri.

Et Host.in summa.de elect.§.si quis.col.5. Nihil.n.est quod post mortē hominis famā cōseruet, nisi scripta. Papi. in forma.libelli.in actione noui operis.in prin. licet etiam hæc tēpus consumat. & ideò dicit Petrarcha.

Chiamasi fama, & è morir secondo.

Quia fama est in cœlo. Item fama, & dignitas custodiri debent. & fama præponderat emolumento pecuniario. l. si duobus.ff.de regu.iur.& famæ bonæ studere debent clerici. l. 2. C. de episco. & cleri. & famæ plus est custodienda quàm oculi.l.infamia.C.de decurio.lib.x.de honore autem plenè scribit Cassaneus in catalogo gloriæ mundi.in 1.lib. consideratione prima, & pluribus sequentibus. De gloria autem, & præcipuè ex ędificijs sperata, tradit Petrarcha in dialogo.118.cui adde, quę dicit Papi. ubi supra. vbi allegat Senecam contra edificantes magna palatia, ut famam consequantur. Reliqua dic, ut per me dictum est aliàs in meo tractatu de argumentis in loco à rumoribus ad famam.

Vbi statutum loquitur de aliquo existente malæ cōditionis, & famæ, non est necesse probare malam famam per omnes ho-

nes homines ciuitatis: secundum Ange. in auth. quomodo oporteat episco. in §. quanta. sub nu. 15. ubi idem dicit in statuto, requirente esse bonæ famæ, quia non requirit, quòd omnes gentes indifferenter eum appellent esse bonæ, conditionis, & famę. vide Monte Ieo in practi. arbitrali, parte. 4. q. 3. pag. 125. & omnino Iulium Clarum. in prac. crim. q. 6. ubi habentur plura de fama publica. & quæ habent dicere testes super ea. & vide Menochium in tracta. de arbitrio iudicis in casu. 261. & in consilio. 94. nu. 8. & in consi. 96. nu. 14. & in consi. 21. nu. 16. & in consi. 103. nu. 31. & in consi. 101. nu. 40. & in consi. 94. nu. 1. & alibi. & Bursat. nouissime in consi. 88. nu. 14. & in consi. 20. nu. 36. & num. 20. & num. 31. & nu. 30. & in consi. 34. nu. 20. & in consi. 29. nu. 25. & in consil. 116. nu. 21. & in consi. 98. nu. 14. & in consi. 10. nu. 11. & in consil. 27. nu. 8. & in consi. 87. nu. 45. & nu. 47. & in consi. 90. nu. 6. & in consi. 34. nu. 17. & 18. & 19. & in consil. 35. nu. 19. & nu. 16. & nu. 22. & 24. & 42. & in consi. 98. nu. 17. & in consil. 98. nu. 18. & in consi. 69. nu. 37. & in consi. 26. nu. 24. 25. 28. & in pluribus locis per eum. ubi fusissime tractatur de fama bona, & mala, & de testibus super ea deponentibus. & ad cognoscēda alia quæ famam ipsam tangunt. eius index locupletissimus te ducet. Et fama in criminalibus non facit semiplenam probationem. ut est communis opinio. de qua agit Grassus in tracta. suo communium opinionum. lib. 2. cap. xix. q. 3. nec facit indicium ad torturam. ut dicitur ibi in q. 4. quid testis in probanda fama debeat deponere. uide ibi in q. 5.

Si statutum uult, quòd contra magnates, sufficiat fama. si probata est fama hinc & inde. Talis fama non probat. secundum Bal. in l. sacrosanctæ. C. de Episco. & cleri. Et ita ueritas se habet inquit ipse. vide Bursatum ubi supra.

Familia.

DICIT statutum, quòd si quis accesserit cum familia ad perpetrandum tale facinus, debeat tali pœna puniri.

An qui non habet, nisi unum in familia, puniatur? resp. Bal. in qq.ad statu.uer.familia.quòd sic.

Fauor.

STATVTVM dicit. qui præstiterit fauorem ad maleficium committendum, puniatur. quis nam dicatur præstare fauorem? respon. qui qualitercunq; auxiliũ præstat. ut per exẽpla ostendunt Archidiaco. Ioã. Andr. & Dominicus, ac alij. in c. 2. de hære. in vi. vbi etiam videbis de eo, qui fouet necessaria ad maleficium, subministrando, & de eo, qui est particeps criminis. vide supra in ver. Auxilium. & infra uer. opẽ præstans.

Fœneratores.

AN valet statutum, quòd fœnerantibus possit dari vsq; ad certum modum? respon. vt per Bal. in l. quòd Principi. in 1. lectura. ff. de constitu. princi.

Fideiussio.

DISPONIT statutum, quòd accusans debeat præstare fideiussionem de prosequenda lite. &c. Licet statutum vlterius non procedat, annullando processum, tamen si contra factum sit, processus erit nullus. secundum Marsil. in cons. 24. sub nu. 28. in 1. & 57. Et statutum hoc, mandans præstari fideiussores, intelligitur, si fuerit petitum. vt ait Paul. de Cast. in l. vniuersa. C. de præcibus impe. offeren. vbi agitur de hoc fusius per Ias. uide etiam Deci. in cons. 107. nu. 7. qui allegat. l. 1. ff. quorum legato. & Marsil. in l. unius. §. cognitum. ff. de qq. & Franc. Mar. in decis. parlamen. Delphi. q. 545. lib. 2. & Marsil. in tracta. de fideiusso. nu. 142. & seq. inter tracta. nouissimũ. & ibi nu. 149. & Ioã. de amicis. in cons. 33. nu. 34. & nos Ferrariæ habemus hoc statutũ sub Rub. quòd accusatio non recipiatur. nisi accusans fideiubeat de probanda accusatione. lib. 3. quod statutum intelligitur, etiam si nõ petatur fideiussio idonea, ut consuluit Rimin. in consi. 418. per totum. quicquid dicat Castrensis. ubi supra. & dominus meus

Alcia.in consi.29.nu.9.in 5.lib.& ad statutum hoc uide Vantium in tracta. de nullitat. pro cess.pag. 216. num.43. & Pacem à Schala de consilio sapientis.lib.2.cap.1. & Bal. in qq. ad statu.uer.fideiussor.& Alberi.in qq.ad statu.& Ias. ubi supra,num.2.& Marsil.in fin.341.ubi dicit,ꝙ si statutum arctat aliquem ad aliquid faciendū, tunc ut statutum aliquid operetur, tenet illud facere sine monitione aliàs cadit in pœnā. uide tamen Fel.in c.si autem in uer.negligentia,num.4.de rescrip.ubi pœna apposita in statuto iudici aliquid nō facienti intelligitur, si fuerit requisitus, ut id faceret, alias non. Et dicit Dec.in consi.607.num.7. quòd licet usufructuaria omnium bonorum teneatur præstare cautionem secundum formam iuris. Debet hoc intelligi, casu,quo dicta cautio petita sit; prout requiritur de iure.l.2.§.quòd ait prętor. ff. quorum lega.ubi offerre non debet cautionem ille,qui illam pręstare tenetur, sed petenti moram facere non debet..quod in usufructuario etiam no.Saly.in l. 1. C.de usufru. col. fi. uide Borgninum.in tract.de tuto.&curato.c.1.num.4. ubi de hoc habetur sufissimè.& in suo tracta.de usufru.mulie.& uide Machellum in patrocinio 45. nu. 7. & seq. Et quod dicitur, defensorem alienæ litis non admitti, nisi satisdet, intelligi debet, si petatur,quòd si nòn petatur,tenet iudicium. Et exclu dit talis exceptio, lite contestata.l. ita demum.C. de procurato.& ita fuit iudicatum Bononiæ in causa, per Regem Hispaniæ transmissa.secundum Butri.de quo Iaffr.in decis.288. Benintendi.in decis.Bono. conclu.Bero.in q. 79. An & quando fideiussoribus sit relaxandus reus in terminis statuti? ponit Chacherānus in decis.pedemon. 18. uide Clau. in regu. crim. 158. Et not. ꝙ si de præsenti sunt fideiussores non soluendo, quòd etiam tempore, quo fuerunt accepti, præsumitur, non fuerint soluendo. unde illi, qui eos accepit, incumbit onus probandi, l. non est necesse. ff. de proba.& Aret.in §.sed hoc iure,in fi.instit.de Attiliano tutore.

Si quis ex forma statuti propter aliquod delictum debet

puniri

puniri pœna criminali. Pone, quidam nobilis, & locupletissimus, & magnæ conditionis fuit ob delictum citatus, & examinatus, qui negauit, latrunculator uult eum retinere, donec finitus sit processus, & purgauerit indicia. Nobilis uult dare fideiussionem, de cætero se præsentando, toties, quoties domino iudici placuerit, & uidebitur. vel vult se pœna maxima obligare. an iudex possit eum relaxare? & posse respondet Girlan. in trac. de Relaxa. carce. ubi agit de fideiussorib. reorum. sub num. 8. uide Cassane. in consue. Burgun. §. v. pag. 59. sub num. 169. ubi agit, quando quis fideiussoribus relaxetur. Et not. quod si ex forma statuti tenetur potestas accipere idoneos fideiussores ab accusato, uel inquisito, sub certa pœna, & ipse non recipit eos, quòd excusatur. si est idoneus principalis tempore, quo fit executio, secus, si tunc non esset idoneus. ita dicit Bal. in l. 1. §. si magistratus. in fi. ff. de magistr. conue. & iudices, qui recipiunt malos fideiussores, qui ex officio tenentur accipere bonos, obligantur ad interesse partis, uel reipublicæ, quando læditur. ita tenet Bal. in qq. ad statu. uer. cauere. num. 8. uide Tiraquellum, in l. si unquam, uer. susceperit liberos, num. 191. C. de reuo. dona. & Marsi. in §. superest. num. 9. in pract. crimi. & ubi, & quando quis fideiussoribus relaxetur in criminalibus. vide omnino per Zasi. in cons. 19. & Rolan. à Vall. in consi. 58. in 1. vol. & Anto. Gomezium in tracta. de delictis. cap. 10. nu. 9. fol. 396. vbi dicit optimè. Et no. quod fideiussor non potest intercedere, vbi veniret ex statuto pœna mortis imponenda. vt dicit Bar. in l. si quis 1 cum. C. de custo. reorum. valet tamen consuetudo in contrarium, ut per Roma. in singu. 129. per glo. singu. 23. q. 5. c. cum homo. Fideiussor autem præsentans malefactorem, ex eo, quia propter arbitrium à statuto sibi concessum damnari poterat, liberatur. ut ait Alberi. in qq. ad statu. q. 146. in 2. parte. Et promittens simpliciter præsentare aliquem iudici, si semel præsentauit an sit liberatus? respō. Bernar. Diaz. in regu. 614. & dominus Alcia. in consi. 45. in 5. vol. Sis tamen cautus, quando

facis

facis scribi promissionem fideiussoris, ut non solum dicas, q pro mittit soluere omnem pœnam, & omnem condemnationem, quæ sequitur ex maleficio illo, uel accusatione, uel inquisitione, sed etiam ad das, uel ex processu. ut sic uideatur promittere pœnam, quæ ueniret ex contumacia habita circa processum. ita docet Bar. in l. 1. ff. de in litem iuran. uide omnino Iulium Clar. in prac. crimi. q. 46. maxime. in uer. cçterũ. vbi dicit, quòd iudex, si fideiussor non sit plusquàm idoneus, faciat sibi dari unum approbatorem, seù collaudatorem, qui illum collaudet, & approbet pro idoneo, & tunc etiam ipse collaudator in defectum fideiussoris tenetur. uide per totũ ibi Iul. Clar. uide etiam Chacherannum. in deci. pedemonta. 51. ubi, etiam habetur, quando patet, qui promisit præsentare filium, possit, uel non possit purgare moram, eo non præsentato in die statuta. Et no. quòd si sit statuta dies finiende obligationis, non differendæ exhibitionis, & adsit iuramentum fideiussoris, non pôt fideiussor moram purgare. nec tunc requiritur aliqua interpellatio, ad hoc ut ipse constituatur in mora. An vbi ueniret pœna corporalis ex statuto imponẽda, potest interuenire pro reo fideiussor? respon. Blãcus in prac. crimi. in §. uerum quia in fi. nu. 113. pagi. 29. quòd sic. vide eum. Et not. quòd non ualet fideiussio, nisi fiat officiali, uel notario. l. cum pro quo quis. ff. de in ius uocan. per regu. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uer. ob. quæ regu. procedit etiã in fisco. ut dr̃. ibi per Ias. & Bossi. in prac. crim. in titu. de carcerato. nu. 68. vnde dictus notarius sit bene cautus, & aduertat quos fideiussores recipiat, quia tenetur, si fideiussores non sunt idonei. secũdum Aret. in §. sed hoc iure. insti. de Attilia no tutore. & Iul. Clar. in prac. cri. q. 46. uer. Cçterum. Et ideo no. quòd sic assessor, & iudex maleficiorum non est inculpandus. si accusatum comparentem non uult relaxare, si non uidet fideiussores bene idoneos. Immo est commendandus, & debet eo casu in carcerem accusatum detrudere. secundũ. Ang. in l. fi. ff. in ius uoca. ut cant. qui autem promittunt aliũ

in

in causa ciuili, uel criminali in iudicio sistere, si eum non possunt præsentare, defendant eum, & excusabuntur à pœna. qđ intellige, ubi non requiritur præsentia personalis, aliàs non diceretur quis promissioni satisfecisse. ita dicit Ange. in l. si eum. in prin. ff. si quis cautio. Et quando fideiussor dicatur in omnem casum fideiussisse in criminalibus. docet Alber. Papien. inter cons. crimi. in cons. 16. & in cons. vlt. in tomo 2. & quando quis promisit præsentare toties, quoties, uide inter cons. crim. in cons. 37. in tomo. 1. & in dicto cons. vlt. per Zilettum.

Extat statutum Bononiæ. Delatum de crimine, cuius pœna sit pecuniaria, relaxari posse fideiussoribus, qui promittāt eum representare, vel condemnationem soluere, & aliter securitatē exigi uetat. Datur deinde licētia potestati, ꝙ maleficium punire possit suo arbitrio. Pone aliquis commisit tale maleficium, de quo superius. accusator comparet, & promisit stare mandatis iudicis, & se præsentare, & condemnationem soluere, fideiussoresq; dedit, qui obligauerunt se in omnem casum, & causam. isti mox eum præsentarunt potestati; q. vult istos soluere condemnationem, an teneantur? & non teneri ait Thomas de Piperata. de quo Apostil. ad Specula. in titu. de fideiusso. in fi. in litera f. vide Ias. in §. quadrupli. sub nu. 11. institu. de actio.

Pone etiam in terminis statutorum. Fideiussor promisit representare aliquem, quoties uocaretur, quem postea banniuit potestas, quia vocatus non venit, an fideiussor venit cō demnandus, quia non representat. respon. quod non. Suzarius. de quo Bal. in addi. ad Specula. in titu. de fideiussoribus. nisi fortè ante bānum prius requisierit fideiussorem, ut reum præsentaret. l. si decesserit. ff. qui satisda. cog. l. sed & si quis. ff. si quis cautio.

Si mulier fuit inuenta arma portare contra statutum, debet præstita fideiussione relaxari. nec debet duci ad prætorē. aliàs tenetur iudex in syndicatu. secundum Arno. in commentario.

tario.70.idem est in viro.vt ait Alberi.in l. si vero. §. qui pro rei.ff.qui satisda.cog.vbi dicit,quòd iudex tenetur mihi iniuriarum actione,si vult me ad se personaliter trahere, reiecta satisdatione per me præstita. Fusius de hoc agit Zasi. in cons. 19.in 1.pagi.316.in criminalibus tamen videtur,quod sit arbitrarium iudici incipere à captura.quod quando procedat. vide ibi Zasi.& Iul.Clar. in prac.crim.q.28. & alibi per criminalistas. & ad statutū nostrū Ferrariæ, de quo supra.vide Menochium in tracta.de arbitrio iudicis in casu. 321. nu. 15. & in casu.322.nu.8.Et no.quòd fideiussio,de qua in dicto statuto. potest recipi à notario maleficiorum. vt in statuto. sub rub. quòd securita. accipi possint per notarium maleficiorum. Et no.quòd in dubio fideiussor præsumitur soluendo. secūdum Alex.in cons.37.col.1.in fi.vol.2. Et licet fuerit dictum superius. quod imputatus non tenetur præstare fideiussionem nō petitam.ex Paulo de Cast.& Ias.in d.l.vniuersa.& per ea,quę tradit Rui.in cons.26.in 4.& Bal.in l.qui crimen.7. q. C. qui accusare.& Ange.in l.fi.§.qui autem.ff.quorū legato. & Bar. in cons.78.viso statuto.de pœna facien. & Alex. in cons. 82. col.pen.vers.tertio statutum.vol.1.& Fely. in c.si autem.ver. nedum probatur.circa.fi.de testibus. Attamen caue.quia statutis prohibitiuis non potest renuntiari.secundum glo. & docto.in l.1.C.ne fideiusso.do.dentur.& Alex.in l.si constante. §.quotiens.ff.solu.matri.& aduerte ad statu. præcedens in fi. ibi.Nec possit notarius &c.Tollit,enim omnia, quæ supra allegantur. quia ibi dicit quòd notarius non possit citare nisi predicta omnia.&c.& super dixerat de fideiussione præstanda.& in fine annullat citationem. & sic processus est nullus, data nullitate citationis.vt per glo.in l.si accusatoribus.C.de accusatio & Fely.in c.quoniam contra.in glo. in ver.citationis.& Abb.in cons.98.in 2.dubio.& in cons.93.in pen.& vlt. col.& Vantiū in tract. de Nullita.process.ubi de hoc agit.Itē statutum disponens aliter,quàm ius commune, censetur dare formam,& ideo actus non tenet,ea non seruata. secūdum Alex.

in conſ.37.col.1.ubi loquitur de uer.Non audiatur. uol.2.ui de Bal.in l.ſcire oportet.§.conſequens.ff.de excuſa.tuto. De prohibito audiri.vide Fely.in c.paſtoralis.col.pen.de exceptio. Sed etiam iurabit accuſans in caſu huius ſtatuti, quòd accuſatio ſit vera,& non animo calumniandi facta.ſecundum Ange.de Are.in trac.malefi.in ver.nec nō ad quærelam. col. 1.ver. & ſub die. & qua pœna teneatur probans? in fi.ſtatuti vide ibi. accuſatorem fideiubere.idē de accuſato eſt dicēdū. De forma ꝓcedendi contra accuſatos.q̃d dicendū de iure cō muni.vide Firm. in reper.verbo fideiuſſor.nu.5.ver.7.& vide Aluarum in conſ. 5.ad verba.dicti noſtri ſtatuti.in §.& ſi in ꝓ batione defecerit.& Iul.Clar.in prac.crimi.q.18.& q.62.per totum.max.in uer.ſed quid ſi accuſator. vbi tradit cautelam aduerſus calumniatorem, vt poſſit de falſa accuſatione condemnari.de qua etiam ago in meo repertorio cautelarum.in ver.accuſator.

Filius:

OFFENDENS filium poteſtatis,ſtante ſtatuto quod offendens poteſtatem puniatur magna pœna,Illa non venit puniendus, ſecundum Bal. in l.1.col.1.in fi.C.ſi Rector prouinciæ.per illum tex. & Tiraquell. in tracta. de legibus connubia.l.xvi.in glo.2.ſub.nu.58.

Statutum diſponens,ꝙ filius nō poſſit ſuccedere vxori occiſæ à marito, non habet locum in filio nato ex matre occiſa.ſm Sozi.in conſ.124.incip.viſo ſtatuto ciuitatis Bononiæ.

Filius,qui occidit patrem, cui ipſe iure inſtitutionis reliquit quiquam,& cui erat iuſſum,ne plus peteret,an poſſit agere ad ſupplementum legitimè, & quid aliud conſequi.an fiſcus auferat ab eo,vti indigno,ſtante ſtatuto, quòd nulla perſona,quæ alium occiderit, poſſit ad eius ſucceſſionem admitti ex teſtamento, vel ab inteſtato? reſpon. vt per Corne. in conſ.272.in 4.vol.

An in ſtatutis criminalibus appellatione filij,venit naturalis

lis filius? respon. vt per Bal. in l. libertinum. in lec. antiqua. C. de interdicto matrimonio.

Finis.

QVOTIES finis statuti determinat aliquam pœnam, & plura capitula præcedunt, videntur omnia determinata eadem pœna. secundum Bal. in l. quis. C. si cer. peta. & dominum Alcia. in l. sanctio. ff. de pœnis.

Statuto cauetur, quòd lites tam ciuiles, quàm criminales certo tempore finiantur. quid si intra illud tempus iudex non cognoscit super aliqua quæstione? respon. vt per Specula, in titu. de iudice de legato. §. restat. sub nu. 12.

Forenses.

FORENSES non ligantur pœna statuti. quando statutum est nouiter factum. vt ait Henrichus Bohich. in tracta. de synodo. sub nu. 140. qui alios adducit. & Alberi. in qq. ad statu. q. 1. parte. 2. & q. 9. E conuerso non debet forensis gaudere beneficijs ciuitatis, in qua reperitur, quia cum non ligetur in præiudicium statuti, pariter non debet gaudere beneficijs loci. secundum Ang. in cons. 73. & Roma. in cons. 224. & Deci. in cons. 114. & 250. & Rui. fusius. in cons. 18. in 5. & Alberi. in qq. ad statu. q. 15. parte. 1. & Plotum. in l. si quando. sub nu. 827. C. vnde vi. & sub nu. 854. & Roma. in cons. 491. & Alex. in cons. 41 in 7. vol. & nos Ferrariæ habemus. d. statutum. sub rubrica quibus casibus forenses uti possint statutis nostris. lib. 2. Ad quòd Dic, quòd Forensis potest petere restitutionē in integrum aduersus statutum, quod probabiliter ignorat ex generali clausula, si qua mihi esse iusta causa videbitur. vt ait Ias. in l. quandiu. C. qui admitti. An dictum statutum comprehendat clericos, habitantes in ciuitate? resp. ut per Deci. in c. ecclesia. S. M. nu. 7. de const. & Perusi. in c. si duobus §. 1. uersi. 2. de appell. Licet Alex. contra teneat in l. 1. ff. de lega. 2. & cum Perusin. tenet Soz. in consi. 113. col. 2. Ad d. statutum. uide omnino Merzarium in consi. 14. per totum. An

ciuis ex priuilegio gaudeat beneficijs statutorum? respon.ut per Roma.in consi.491.Et an comprehendat incolas?respon de,ut per Alex.in consi.19.sub num.6.in 6.vol. an comprehē dat autem forenses,quò ad materiā iudicij? dic ut per Alex. in consi.164.num.3.eo.uol.& eundem Alex.in consi.181. in 2.uolum.& uide Corne.in consi.45.in prin.& Alex.in consi. 44.num.15.in 5.uol. & in consi. 17.in 6. uol.in fi. & in consi. 169.eo.uol. & in consi.41.in 7.uol.& 111.& 155.eo. uol.Et ideo forensis non potest accusare ciuem de aliquo maleficio, quod esset tantum de forma statuti, non autem de iure communi,quia non pertinet statutorum defensio ad forenses.nec propter hoc deberet gaudere priuilegijs statuti. secundum Paul.de Cast.in l.prouinciali.§.fi.ff.de operis noui nun.Et in dubio nullus præsumitur forensis. uide si statutum diceret, acrius debere puniri eum,qui ciuē occidit, quàm forensem. si occidatur homo incognitus, in dubio ciuis præsumitur. vt dicit Ange.in l.si cum exceptione. §. in hac. ff. quòd metus causa.per tex.vbi Bar.in l.1.ff.ad municipales. vide scribētes in rub.ff.solu.matri.& Corneum.in cons.199.& Zasi.in cons. 14.in 1.sub nu.40.& Brunum.in cons.20.& Firma.& alios re pertoristas in hac dictione.Et quis nam dicatur forēsis, ponit Menochius in cons. 74.per totum vbi videbis decisionem quęst. quādo veniat sub statuto,vel proclamate, quod dicat, quòd forensis portans arma puniatur tali pœna. & quando quis dicatur contraxisse domicilium in loco, tradit Menochius in tracta.de arbitrio iudicis.in casu.86.per totum.

Forma statuti.

FORMA statuti ab omnibus consiliarijs ad vnguem ser uari debet.l.constitutionibus.ff.ad municipales.quia iu rant seruare statuta.& iuramentum obligat in forma specifica. igitur est seruandum. vt dicit Bal.in l.non est nouum.ff. de legibus, & in l.Barbarius.col.7.ver.ex prædictis.ff.de of fi.præto. quando autem statutum censeatur dare formam?

ponit

ponit Gomezi.in regula cancellariæ, in titulo de annali pos-
sessore.q. 6. vbi hoc hř plenè. & in seq.q.ponit.an d. statuto,
quod dat formã, possit renuntiari per partes. & no.ꝙ statuta
Ferrariæ dant formam. vt patet in statuto de obseruantia sta
tutorum. & dicit Pasethus in cons.12.si rub. statuti loquitur
hoc modo, forma procedendi &c. Tunc illud statutum dat
formam.secundum Fely. in c.cum dilecta.col .x. ver. x. de
rescrip. de hoc ver.Forma.vide Cast.in l.mancipia. in 1.not.
C.de ser.fugi.

Frater.

NON tenetur frater cõtribuere in cõdemnatione fratris,
si frater fuisset licitè condẽnatus ex forma statuti.Secùs
si iudicis iniuria.quia tunc condemnatio debet solui de com
muni.ut dicit Bar.in tracta.de duobus fratribus. & in l.cum
duobus.§.Papinianus.ff de societate. vide omnino Portiũ.
in cons.68.nu.33.in 1.& in cons.114.nu.3.

Frumentum.

STATVTVM uult.quòd si quis portet extra frumẽtum su
per curru,puniatur,& pœna sit,ut publicetur frumentum,
An currus publicabitur? respon.quòd nõ.nisi aliter diceret
statutum.Et si currus esset alienus, debet portans frumentũ
super curru fisco exsoluere titulo currus. pro ut dicit Bapti-
sta.de S.Blasio in tracta.de correlati. in fallen. 60. sub num.
54.vide Stracham.in tracta.de Mercatura. & Alberi. in qq.
ad statu.& Bal.in qq.ad statu.in uer.Deuetum. Et no. quòd
in terminis statuti,non potest condemnari repertus in uia.
pro ut dicit Ias.in l.2. in fi. ff.de iurisdic.omnium iudi. vide
omnino Marti.de Fano.in cons.2.inter cons. crim.in tomo
2.per totum.in primis impressis.& Franc. Mar. in decisione
Delphina.q.162.lib.2.& q.239. & 617.eo. lib. & Portium.
in cons.204.Sed si per eum non stetit,& erat in actu faciendi,
& fecisset.nisi deprehensus fuisset.tunc certè teneretur. secũ-
dum

dum dominum Alcia.in c.cum non ab homine.nu.99. de iu di.& docto.in l.si fugitiui.C.de seruis fugiti.& Bal. in qq.ad statu.uer.accedere.Item statutum non comprehendit extrahentem, & portantem frumentum sui vsus causa.ut ait Bar. in l.cætera.§.sed & si quis.ff.de leg.1.& Alex.in cons.1.col. pen.lib.3.& in cons.7.in fi. eo.lib.& Alberi.in qq. ad statu. q.79. in 1.par.& Paul.de Cast.in l.2.nu.9.ff.si cer.peta.& in dicta.l. cætera.§.sed si paruit.ubi & alij.de leg. 1.& Alberi. etiam in q.204.in 2.parte.Si licentia sibi data à Potestate ciuitatis traxit frumentum. an incidet in pœnam statuti?resp.q; sic. ut dicit Gabriel de Ossoletis.in l.1.col.2.sub nu.5.ff.de iurisdic.omnium iudi.quem ibi refert Alber.item pone duo sunt confessi extraxisse frumentum cum eodem asino in diuersis uicibus, unus pro pœna uigore statuti persoluit tres partes fisco illius asini,quartam autem retinet uigore confessionis propter aliud statutum . Certè non poterit alterà fisco conueniri propter tres partes pro alia pœna sua .sed ad quartam tantum.secundum Bal.in l.Meuius.§. duobus.in fi. uer.ex præmissis.ff.de leg.2.& Bal.in qq.ad statu. uer. frumẽtum.Item pone,vno statuto cauetur.quòd si quis portauerit frumentum extra comitatum,perdat animal, super quo portatur,& condemnetur in decem.alio statuto.quod in omnibus maleficijs de nocte commissis pœnæ duplicentur.quidã super mulo extraxit frumentum nocturno tempore. An teneatur ad duos mulos? respon.non teneri . secundum Bar. in d.l.Meuius.§.duobus.ff.de leg.2.quia statutũ de pœnis duplicandis,habet locum in pœnis existentibus in quantitate, non in specie,vel corpore.vide Bar.in l.sanctio. ff.de pœnis. Quid si duo extraxerunt diuerso tempore super eodem mulo, An quilibet eorum perdet unum mulum?vide ibidẽ.quid si casu fortuito de aliqua ciuitate,uel castro ueniant homines deferentes frumẽtum contra statutum.an puniantur ipso statuto?respon.quòd non.quamuis aliter non possent: nisi essent transeuntes.C.de ædi.pri.l.si quis post.& dicit Guilielmus

lielmus de Ludo. in singu. 161. col. 2. An statutum prohibẽs extrahi frumẽtum, intelligatur etiam de leguminibus? resp. Bar. quòd non. in l. omnes po. ff. de iust. & iu. & ita tenet Stepha. de Federi. in tracta. de interpreta. iuris. parte vltima. sub nu. 50. & Ripa in tracta. de peste. Item si fiat ædictum, quòd nullus de cætero possit extrahere frumentum de territorio, sub certa pœna, & quis ante ædictum onerauerat nauim, quæ adhuc in portu degebat, nunqui dicetur, cũ onere de portu posse exire, quando committat in edictum? & respõde, quòd non potest iste de portu, cum illo onere exire, quin incidat in pœnam. secundum Paul. de Castro. in l. Cæsar. nu. 4. ff. de publica. vbi etiam dicit, quòd delinquens in portu, potest puniri ab eo, qui habet iurisditionem in territorio. quid si farina extrahatur, an confiscabitur unà cum sacco? respon. quòd sic. l. nam quod liquide. in prin. ff. de penu. lega. quia dicitur instrumentum quasi rei confiscatæ, & ei accedit. secundum Bal. l. cum proponas. C. de nautico fœnore. vbi dicit uerius esse, quamuis in pœnis fiat stricta interpretatio. quare res, quę possunt congruo mõ separari absque corruptione subiecti, debent separari, nec debent confiscari. igitur confiscata asina, pullus non dicitur confiscatus, nec Scapha, si fuerit confiscata nauis. Quid in salma & asino? Bal. ibi respon. ꝙ non. nam contenti esse debemus pœnis legalibus. Sed hoc non admitteret Solonius. vide Bal. in qq. ad statuta. uer. confiscare. ubi etiam dicit de sacco farinæ. vide decisio. Delphina. per Franc. Mar. in q. 162. lib. 2. Et quando noceat proclama denunciandi frumentum, uel ne, vide bene per Chacherannum in decisione Pedemonta. LXXI. & Bal. inter consilia criminalia diuersorum. per Zilettũ. in cons. 3. nu. 29. in to. 2.

Fugitiuus.

QVISNAM dicetur fugitiuus in materia statutorum? respon. Bal. in cons. 222. lib. 3. vbi dicit. quod fugitiuus dicitur, qui in actu fugę deprehenditur. ita, quòd saltem mouerit

uerit pedem unum. l. quis sit fugitiuus. §. idem probat Iulia. uer. fugitiuum. ff. de ędili. edic. sed ille, qui non peruenit ad actum fugæ in facto, licet consilium fugiendi in animo retinuerit, fugitiuus non dicitur. secundum Bal. in l. 1. col. 2. C. de ędili. edic. & Strachum. in tracta. de mercatura. in titu. de decoctoribus.

Statutum puniens fugientem de carcere, non comprehendit latitantem, ut fugiat. secundũ Bal. in qq. ad statu. uer. carcer. an autem teneat statutũ, quòd omni casu fuga faciat plenam probationem? respon. ut per Ludo. in l. lege Cornelia. ff. de siccarijs. Et quando fuga probat, vel nó probat delictũ. ponit Ber. Diaz. in reg. 303. & Plotus. in l. si quando. nu. 883. C. vnde vi. & Viuius. in tracta. suo communium opi. ver. fuga. & Duenyas. in regula. 389. uer. fuga. & regulis seq. & Ioã. de amicis. in cons. 86.

Statutum puniés fugientes à carceribus, non includit eos, qui exierunt animo redeundi, & ita statim reuersi sunt. secũdum Bal. in l. 1. C. de ędili. edic. per l. 1. C. de seruis fugiti. & tex. est vulgaris. in c. vulgaris. §. diuortium de pœni. dist. 1. & in c. præsenti. de præben. in vi. & ita tenet Blancus. in l. fin. nu. 287. ff. de quæstio. & Plotus. vbi supra. nu. 883.

Statutum puniens fugiẽtem ante satellites, uel beroarios, intelligitur de eo, qui capi non potuit. secùs de capto. l. quis sit fugitiuus. §. idem ait. ubi Bal. ff. de ędili. edic. quod facit secundum ipsum, pro fugientibus de carcere, quos custodes insequuti sunt, & cæperunt eos, antequam aliò se conferrent. vide Cassane. in consue. Burg. §. quinto. sub nu. 111. in xvi. casu. Et no. triplicem esse fugam, uoluntariam, causariam, & ignominiosam. secundum Bal. in l. 1. col. 3. C. de ędili. actio. Et not. quòd in fuga non est suspicio. si adsit aliqua prætensio, uel allegabilis causa. ut dicit Cyn. in l. in bonæ fidei. C. de rebus credi. Nam non omnis, qui de loco recedit, pro fugiente habetur. ut dicit Lucas de Penna. in l. si coloni. col. 3. C. de agrico. & censitis. lib. xi. & Zasi. in cons. 19. in

1. par-

1.parte.pag.314. Et quando fuga faciat indiciũ.docet Fran. Mar.in decis. parla.Delphi.q.184.in 2.parte. & Claudius in regu.crim.32.& Iulius Clarus.in prac.cri. q.21.

Furtum.

STATVTVM punit furtum sub certa pœna. pone quidam fuit accusatus de furto,an poterit cõparere dominus, & dicere,quòd de eius uoluntate accepit,& sic furtum non fecit? respon.Bar.in l. 1.§.non fuit.ff.de dolo.quòd sic. Sed inquit Por.insti. quibus mo.tollitur obliga.quòd debent interueni re aliquæ coniecturę,per quas confessio domini rei subtractæ sit probabilis, & non cum fraude, ne reus ob scęlus pœnam non luat. argumẽto eorum,quæ habentur.in l.inter omnes.§.certè. ff. de furtis.vide glo.in l.v.ver.furti actio.§.quinimmo.ff.commo.& §.placuit.insti.de obliga.quæ ex delic. vbi docto.& Plotus.in l.si quãdo.nu.550.C. vnde ui.Ad hoc statu. vide Iul.Clar.in prac.cri.§.fi.q.82.statutum. xiij. & Cãpegium in tracta.de testibus.in regu.432. & Menochium de arbitrio iudicis in casu. 295. & pluribus seq. vbi dicit plura circa fures,& Gomezi.in titu.de furto.in tomo 3.fol.379.& Cassane.in consuetudi.Burgũn.fol.48.nu.39.ver. sextus casus, & nos habemus etiam Ferrariæ hoc statutum sub rubri. pœna committentis furtum,vel robariam aliquam.lib.3. de quo meminit Menochius.in tracta. de arbitrio iudicis.in casu 295. Ad quod statutum no.quòd furtum sit impunè in domo tenentis ludum causa lucri,quando luditur.ut docet Areti.in tracta.malefi.in glo.Metidore.ver.& viso.& Amode.in tracta.syndica.col.fi.uer.alia pœna. An stetur iuramẽto partis de valore, vide Alex.in l.fi.& ibi Ias. de in litem iuran. & Plotum in d. l. si quando. Furtum etiam licite committi potest in bonis bãniti,qui potest offendi. Si tamen fur portaret furtum ad aliam ciuitatem,posset ibi puniri. prout dicit Areti. in tracta. malefi. in uer. & vestem cęlestem. ver. & quæro quid si fur. & ibi in additio. Sed pone,quòd absoluitur reus

à pœna,& iubet iudex rem restitui.an possit? respõ.quòd sic. l.de qua re de iudi.l.in ciuile iuncta glo.fur. C.de fur.& Ias. in l.si duo patroni.§.idem Iulianus in primo.no.de iureiu. & Bal.in l.1.§.quod ait de aleato.& l.data opera.col.3.in prin. qui accu.non pos.Et no.ꝙ furta non sunt inuestiganda per au guria,vel alia magica documenta.26.q.2.c.illud.& per ea in quirere.est idolatria. d. q. 2.c.sed ille & docet. Albericus in dictionario litera S. ver.fi.sicut nec per phialam,nec aliam su perstitionem.prout dicit Barba.in cons.55.vol. 1. vide Marti.de Arles. in tractatu. de superstitionibus. litera L. sub nu. 98.in princ. & seq. pag. 271.tom. 3.tractatuum. vbi de hac superstitione phialę fusius hr.& Achiepiscopũ floret. in eius summa. vbi de superstitionibus agit. & vide Squillacensem in tracta. de fide catholica.Idem videtur, quod fit cum seda cio,vel incerniculo.vt per Stepha.in sua Nicromantia.in dia logo 58. vbi dicit, ꝙ quædam annus apud Theocritum in Idyllio iij. Ideò cribro vaticinans dicebatur, quia suspenso cribro quid uis se diuinare pollicebatur suspenso & circun-agenti cribro. In d.statuto Ferr.ibi & si plura furta &c. Quot dicuntur? vide Firma.in reperto.ver.confessio in criminali-bus.nu.27. Quid si fur passus est pœnam primi, & secũdi fur ti,postea rursus furatus est.an prędicta cõnumerentur in uno furto?responde,vt dicit Areti, in tracta. malefi. fol. 134. col. 2.versi.quid si.& quid si gratiam alicuius eorum cõsequutus fuerit? & quid si alibi commissa sint furta?dic,vt habetur ibi dem, & 137.col. 2.vers. quæro nunquid. & per Ias.in l.eum qui.§.in pupillaribus.col.fi.ff. de iureiu. & Ioã. Andr. in ad-di.ad Specula.in titu.de fur.§.1.in glo.1.in 2.q.& Bal.in cõs. 473.vol.4. in fine statuti predicti.nisi esset damnum datũ in agro, vel Campanea. quia non est furtum. vide in statutis sub rub.quibus casibus intelligantur damna esse data?vel fur ta? Et no. ad statutum prædictum Ferrariense,quod incidens in crimen expilatæ hæreditatis, non punitur statuto de Furtis. & ista est communis opinio.vt per Riminal.in additione

ad

ad Saly. in l. fi. C. de crimine expilatę hæreditatis. de quo agit Menochius in tracta. de arbitrio iudicis in casu. 300. per quam doctrinam, his diebus exemi Catherinam Calzolariã Barbacinam à furca, ad quam erat iam condemnata, fauente nobis saluatore mundi. & postea lætatus sum quia reperij cõ sultum quoq; in casu prædicto per creditissimum & sciẽtissimum d. Bursatum. in eius consilio. cxi. per totum. qui ibidem defendit expilatorem à pœna statuti de furtis. quod consiliũ letabundus addidi meo consilio, quod feceram pro prædicta imputata Catherina. & no. ꝙ si quis inuenit rem aliquam, & domino nõ restituit, furtum committit. l. falsus. §. q alienam. ff. de furtis. & dicit Abb. in c. sæpe. de resti. spoliato. & Follerius in fragmẽtis post practi. crimina. in tit. de furtis. nu. 130. ad hoc facit illud Sancti Augustini, si inuenisti, & non reddidisti, rapuisti. & punitur arbitrio iudicis. vt habetur in l. de submersis. C. de naufragio. lib. xi. & tradit Menochius. in tracta. de arbitrio iudicis. in casu. 297. si quis autem palam & bona fide accipit pecuniam, non animo contractandi, fur non dicitur. secundum Bal. in cons. 472. in 4. puncto. lib. 4. & Bal. in cons. 347. lib. 4. & Paul. de Cast. in cons. 285. lib. 1. & Alex. in cons. 31. ad fi. lib. 7. & Crottũ. in cons. 36. Item statutũ non comprehendit mandantem fieri furtum manifestum. quia mandans non continetur statuto. vt dicit Cępolla in consi. 36. nu. 12. & an statur iuramentum damnum & furtum passi, tradit Plotus in d. l. si quando. nu. 35. C. vnde ui. & Ias. ibi. nu. 5. An qui furatus fuit cadauer, teneatur pœna statuti de fure? responde, vt per Firma. ver. cadauer. Item stante statuto, quòd pro primo furto quis fustigetur. pro. 2. amputentur auriculæ. pro. 3. suspendatur. si plures res quis furetur, an sit totum vnum furtum, vel ne? & vnum dici. Bar. respõdet. in l. cũ qui. §. item dicitur. ff. de fur. Et no. ꝙ si fur fustigatur ex statuto. verbera talia sibi debent inferri, ꝙ inde sanguis exeat. vt no. ff. ad legem pompe. de parri. l. pen. in prima. glo. & ita tenet Lucas de Penna. in l. cum supra. C. de re mili. lib. xij. No.

quòd triplex est furtum improbum, improbius, & improbissimum. improbum est simplex furtum, improbius dicitur ex pilatæ hæreditatis, improbissimum est rapina, seù robaria. gl. est, quæ hoc dicit. in l. si te expilasse. C. in quibus cau. infamia irro. quam no. Bal. contra statutum, quod dicat, non posse fieri concordiam. & tamen dicit posse de robaria. quia hoc non est rationabile, cum robaria sit furtũ improbissimũ. Sed inquit ipse, aduocati iudaizant. & inherent solum uerbis statutorum. vt dicit Bal. in l. de his, quæ. C. de fur. ad fi. & idẽ Bal. in auth. præsente. C. de fideiusso. vbi dicit, quòd isti diaboli interpretantur statuta suo modo. Item dicit statutum, ꝙ fur condemnetur in quadruplum, consuetudo verò est, ꝙ fustigetur. si ante condemnationem fur soluat, postea non fustigabitur, & ex genere pœne non erit infamis, quia sublato principali per solutionem, tollitur officium iudicis. vt optimè dicit Bal. in l. si reus. ff. de procurato. Item licet ex dispositione statuti, pro paruo furto fur possit furca suspendi, iudex tamen potest tẽperare pœnam illius statuti circa mortis genus. puta, si fur fuerit nobilis, decapitare. prout dicit Rom. in cons. 429. de quo Arno. etiam in dialogo. 34. & Tiraquell. in tracta. suo de pœnis temperandis. Sed contra malos non est vtendum malua, uel emplastro. ut ait Neuiza. in sylua nuptiali. lib. 1. sub nu. 72. quod dictum est Bal. in c. olim. col. pẽ. de rescrip. delicta alia, pro quibus quis furca fur suspendi debeat, ponit Guid. pap. in suis. qq. q. 589. Item statutũ, quòd pro tribus furtis moriatur fur, nõ habet locum in cõtractante rem vnam per diuersas iurisdictiones, vt dicatur tria furta cõmisisse. secundum Ange. Fulgo. & Saly. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fugiti. & Bal. in c. ecclesia sutrina de cã posse. & proprieta. quamuis Bar. contra dicat. in l. si dominum. ff. de furtis. & vide Iul. Clar. in practi. crimi. q. 38. ver. Tuscis. vbi Bartoli opinionem reprobatam ostendit. Item statutum dicit, ꝙ pro tribus furtis quis suspendatur. An qui cõmisit duo furta in ciuitate sua, & vnum extra territorium suspendi debet?


bet? respon. Iaffredus. in decis. 367. quod non. Item si pecunia tradita fuerit alicui per modum commendæ, vel depositi numerando, & depositarius ea vtatur, nō punitur ex statuto de furtis. quia non facit furtum. secùs si per modum speciei sit tradita, vel deposita. vt habetur in decisio. Tholosa. 168. vide Ias. in l. in naue Sauphei. ver. idem iuris. ff. loca. & in. §. quas vero l. eius qui in prouincia. ff. si cer. peta. col. 4. nu. 7. vbi habetur de quodam campsore, qui semel dedit centum aureos cuidam iuueni suo institori, vt ferret in aliquem locum, qui postea eis vsus fuit, & ob id laqueo fuit strangulatus, & suspēsus. qui quidem poterat saluari, inquit ibi Ias. per glo. & tex. in d. §. quas verò. Sed contra Iasonem præceptorem suum tenet Cassaneus. in consuetu. Burgun. in §. v. pagi. 39. dicēs determinationem Iasonis esse contra textum. in l. si mandauero tibi. §. si tibi dedero. ff. mandati. de quo fortè (dicit Cassaneus.) Iason non fuit recordatus. Nam ibi in illo textu centū erāt, igitur numeratio fuerat facta, & tn̄ furti tenetur. Quid si pecunia talis cōsignata (vt supra) fuisset furto subtracta? resp. ut per. d. meum Alcia. in cons. 53. in 5. vol. per totū. Itē statutum non comprehendit furtum propter necessitatē factū. vt dicit Dec. & cęteri. in l. quæ propter necessitatē. ff. de reg. iur. hinc ait Poeta. Et metus, & malè suada fames, & turpis egestas. Item statutum de fure, non habet locum, ut dixi in expilatore. Adde Bal. in qq. ad statuta. q. 1. ver. expilator. Itē non habet locum in eo, qui propria auctoritate ingreditur possessionem beneficij. Nec in eo, qui furatur rem sibi debitam. secundum Alex. in l. eum qui. de furtis. Item statutum dicens, quòd si iudex deprehendit aliquem furtum facere, puniat deprehensum in centum, verificatur, etiam in conuicto. secundum Bar. in l. fi. C. de sponsa. nu. 4. & vide Cassane. in consue. Burgun. in §. 1. circa prin. vbi habetur de re oberrata, i. quę cuius sit nescitur, & alia. De furtis nautarum, cauponum, & stabulariorum, fusius Plotus hæc tractat in l. si quando. C. vnde ui. & Rimi. in cons. 361. in 2. vbi habetur, An hospes

ſpes teneatur de furto facto in camera hoſpitis. Et quando capſa eſt fracta,& res inde furto ſubtractę.quid agendum.& Anchara.in conſil.286.per totum. Et inquit Plotus.in d.l.ſi quando.nu.874.quod creditor,uel famulus non tenetur furti, ſubtrahendo tantum, quantum ſibi debetur. ſecundum Alex.in conſi.135.uol.1.& Grammati.in conſi.50. Ego quoque dixi fuſius.in meo tractatu.de ſeruis uel famulis.q. Itē, qui iuſta ratione credit ſe dominū, & ideò ſi ui rapit, uel clā ſurripit,excuſatur à furto.ſecundum Bal.in conſil.345.in 4. & Crottum, in conſ. 36. Nec ſtatuto comprehenditur ille, qui in ſolutum rem furto ſubtractam accipit. ut ait Portius in conſ.206.De furto ſi uis habere plura;vide Boſſiū.in prac. crim.in titu.de furtis.& furti aduerſus nautas.& plura ad ſtatu.de furtis ponit Caſſane.in conſue. Burgun.§. v.circa prin. ubi habetur de furto,rapina,expilata hæreditate,crimine,robaria,& ſimilibus.& Iul. Clarus. in §. furtum.& alibi. ut te ducet repertorium ſuūm. & Bal. in practica ſua. in titu. De ſtatutis.q.16.& Plotum.in d.l.ſi quando.nu.709.C. unde ui. ubi fuſius habetur de multifariam furto. & Rolan. à Valle in conſi.51.per totum.in 1.vol. Et an ſtatutum de furtis comprehendat fœminam, tradit Caſſaneus ubi ſupra. pag.40. An comprehendat vniuerſitatem?vide ibi.& ibidem ponit Caſſaneus caſus,pro quibus,quis furca ſuſpendi debet. Caſus uero,quibus quis morte alia moriatur. ponit Milleus in practica crim.pag.125.cum ſeq.& no.quòd compenſatio tollit ipſo iure delictum,ſi opponatur.pro ut dicit Iaſ.in §.in bonæ fidei.inſti.de actio.num.8.hanc opinionem eſſe communem, dicens.limita tamen, ut per eum ibi.Item no. quod licet pro delicto alibi commiſſo non poſſet quis hic puniri. Tamē ſi alibi fecit plura furta,& hic cōmiſit ſolum unum furtum, quamuis non poſſet ex forma ſtatuti pro uno furto ſuſpendi,tamē propter furta alibi commiſſa,poterit aggrauari pœna.& ſuſpendi.ita ſing.dicit Bar.in l.ſi cui.§. ſacrilegium. ff.de accuſa.& ſequitur Saly.in l.ſeruos.C.ad l.Iul.de ui publica.

blica. & idem vult Ioan. de Platea.in l.omnes.C.de delato. lib.x.immo,quòd est fortius propter consuetudinem delinquendi,potest quis puniri pœna mortis, quamuis aliàs non posset puniri, nisi pecunialiter. tex.est.in l.vnica.C.de superexac.lib.x.& ibi Ange.& Alex.qui dicit notandum hoc esse.& Euerard.in centuria legali.in loco à locutionis geminatione.pag.546.vide Marti.Lauden.in consi.40.& pro coronide supradictorum, no. qđ pro re mea furto subtracta præcium emptori restituere non teneor.ut dicit Alb.in consi.84. per totum. Etiam si emerit cum cautela Cæpollæ.quę in ordine est decima. Etiam si in foro emerit,uel in nūdinis.ut docet Benintēdius.in decis.Bono.34.& dominus meus Alcia. in trac.præsump.in regula.3.præsumptione. 29. uer. sed ista opinio.& Ioseph.de Ludo. in decisione Perusina.42.per totum. & Natta. in consi.436.de quo Iulius Clar. in prac.cri. in §.furtum. uer.sed hic incidenter.& in decis.Tholosa.151. & Grammati.in consi. ciuili. 20.nu.1.& in consi.36. nu.1.& dixi aliàs in meo tractatu de equo.quæstio. lxij. impresso anno. 1564.Ex noua tamen principis moderni constitutione, est quæ approbata Cæpollæ dicta cautela numero.x.ut extat apud officium Bulletarum Ferrariæ.& penes me est.

G.

GABELLA.



STATVTVM dicens. non ualeat contractum, nisi soluatur gabella, intelligitur ope exceptionis ut ait Lucas de Penna. in l.3. C. de frumento vrbis Constantinopolitanæ.in fi.lib.xi.

Statutum de gabellis,non habet locum in contractu nullo.Hoc tamen fallit,vt per Vantium in tract.de nullitatibus processus.fol.65.nu.58.in libro typis Aldi Romæ impresso. vide etiam Tiraquellum in tracta.de vtroq; retractu.§.1.sub nu.7.vbi plenè de hoc habetur.

Statutum

Statutum, quod de omni contractu soluatur gabella, habet etiam locum in fideiussione. ut ait Tiraquellus in suo tra cta.de legibus connubia. in gl.v.sub nu.105.

Statutum, quod prohibet nobiles conducere dacia, vel gabellas, quomodo intelligatur? docet Tiraquellus in tracta.de Nobilitate.cap.37.sub nu.70. & de legibus connubialibus.in glo.5.nu.29.pagi.269.

Stante statuto, quòd pro animalibus soluatur gabella. Nõ debet solui de animalibus paruis, pro ut sunt anseres, gallinę & similes bestiæ sic dicit. Natta. in cons.347.

Statutum de gabellis soluendis pro contractibus, non habet locum in cessione iurium. vt ait Ferrettus. in trac. de gabellis & Alex. in cons. 53. de quo agit Ferretus ibi num. vij.

De fraudantibus uectigalia, tractat Bossius. in prac.crimi. fol.399. De fraudatoribus, etiam gabellarum, & quibus afficiãtur pœnis. tractat Menochius in tracta. de arbitrio iudicis. in casu.397. Et an quis possit fraudare gabellam? Dic, ut per Tiraquellum. qui dicit plura in tractatu de utroq; retrac. in pręfa. sub nu. 68. Cautelas autem, quibus euitatur gabella, posui in meo repertorio cautelarum. in litera G. Reliquã dic, ut per Firma. in trac. de gabellis. & Ferrettum vbi supra. & per Cassane. in consue. Burgun. §.4. & Firma. in uer. cõtractus, & in uer. gabella. & per alphabetarios. ubiq;. Et quãdo plures causæ sunt deductæ, attenditur causa, quæ minuit gabellam. secundum Chacheran. in decis. pede.4.nu.11.

Glossatio.

SI statutum dicit. quòd statuta non possint glossari. uel interpretari. uel, ꝙ oĩa statuta intelligantur præcisè, uel, ꝙ ꝑcisè obseruẽtur talia statuta. Dic, ꝙ debet intelligi de glossis hominis, & non legis. quia glossæ sẽcũdum aliàs leges semper possunt fieri, & interpretationes. l. quamuis. C. de adulte. quod multis comprobat Ias. in l. omnes populi. nu. 53. ff. de iusti. & iure. & Bal. in qq. ad statuta. uer. glossari. ubi dicit,

quòd

quòd ut non possit glossari statutum, intelligitur. ut intelligatur sic & sic, & exponatur, sicut prolatum est, sic fideliter exponatur, & super glossam glossæ nō fiant. Nisi fortè per quas uerborum sensus, seù constructio, quasi grammaticaliter ad literam, uel intelligibiliter exponatur, nec intellectus ipsius in aliquo extorqueatur ad aliud, quàm ipsa litera exponat, & sonet. ita dicit Papa. in c. exiui. de uer. signi. in clementi. Nec dicatur, quando ratio in statuto non est expressa, hæc fuit ratio precisè statuti, quia hoc nō caret diuinatione, quæ reprobatur. l. si putator. ff. ad l. Aquil. c. ut nostram. vt æccle. benefi. quia si talis fuisset ratio, facilè fuisset legislatori eam exprimere. l. 1. §. sin autem. C. de cadu. tollen. c. ad audientiā de dec. & Decius ita dicit. in c. suggestum. sub nu. 1. de appella. & Cæpolla. in cōsi. 62. & Bal. in qq. ad statu. ubi supra. & ideo, si statutum non facit mētionem doli in pœnis, nec nos facere debemus. quia non debemus glossare statuta. secundum Bal. in l. pignus. C. de pigno. & Bal. in auth. pręsente. C. de fideiusso. vbi dicit, quòd ut Diaboli non debemus interpretari statuta nostro modo. vide Cassiodorum. in regulis cancellariæ. in decis. 32. vbi tractatur de hoc pulcherrimè. nu. 10. Habemus nos Ferrariæ statutum hoc. sub rubri. de interpretatione statutorum. lib. 1. ad quod videatur Stephanus de Federi. in tracta. de interpretatione iuris. in tomo. 1. tractatuum. Quisnam uero habeat cognoscere statutum, si quod allegaretur iniustum? Ponit Alberi. in l. omnes populi ff. de iusti. & iure. post Ray. de Forliuio.

H.

HÆRESIS.



SVMMVS Pontifex non potest statuere, quòd de hæresi non teneatur hæreticus, ex quo tota periclitaret ecclesia. quod non licet. xxv. q. 1. c. sunt quidam. & dicit Carrerius in prac. crimi. in titu. de

hæreticis. sub nu. 100. quod intellige, vt ibi per eum, nu. 101. & seq. de hæresis abiuratione dicit Menochius in tracta. de arbitrio iudicis. in casu. 372. & seq. & eruditissimus. D. Bursatus in pluribus suis cõsilijs pro inquisitione. Reliqua dic, vt in tractatibus de hæreticis. & per Iuli. Clar. in pract. crim. in §. hæresis.

Homicidium.

STATVTVM loquens de homicidio, intelligitur de uero, non de ficto. secundum Fely. in c. cum Bertoldus. col. 8. in prin. de sententia & re iudi. & debet intelligi de homicidio doloso. & cum malo proposito facto. secundũ Deci. in consi. 9. in 1. vol. & ait Viuius in tracta. suo communium opi. uer. statutum. fol. 203. & 239. in 1. parte. & Riminald. in consil. 5. & 6. in prin. & Afflic. super constitu. regni. lib. 1. in titu. de homicidio. & Iulius Clar. in prac. crimi. in §. homicidium. & q. 82. ver. statutum. xij. & Menochius in tracta. de arbitrio iudicis in casu. 324. & no. quòd homicidiũ fit tribus modis, fortuito, culpa, & dolo. pro ut ait Marcus Asinius inter consi. cri. diuersorum per Zilettum. in consi. 110. in tomo 2. Sed limita statutum prædictum in affine, uel amico. quia homicidiũ præsumitur casuale. & non dolosum. secundum Arno. post alios in Epitoma. 65. l. 1. C. ad. l. Cornel. de siccarijs. & Cæpollam. in consil. 29. & Petr. Rebuffi. in tracta. de priuilegijs schola. in priuilegio. 104. nu. 13. & Neuiza. in sylua nuptiali lib. 1. sub nu. 95. Nam hoc statutum intelligi debet secundũ ius commune, & secundum illud limitari. vt dicit Anania. in consi. 63. limita etiam in homicidio culposo, & non doloso, propter quod quis non punitur pœna mortis. sed relegabitur pro tempore, arbitrio iudicis. ut ait Cuma. in cõsi. 134. ad fi. & Grammati. in consi. crimi. 18. nu. 7. & Tiraquell. in tracta. de pœnis temperandis, vel minuendis per totum. & Monteleo in practi. arbitra. parte. 4. vbi de homicidio agit. & Cassanc. in consue. Burg. fol. 13. & Neuiza. in sylua nup.

lib.

lib.1.sub nu.95. & Parisi.in consi.61. per totum. in 4.vol.& ista est communis opinio. ut probat Chirchonius in suo tra cta.communium opinionum centuria 4. conclu.63.nu.35. pag.94.ubi fusius de hoc habetur.limita hoc statutum etiam si quis est causa, ut fiat abortus, etiam post quam partus fuit in vtero formatus. Ita dicit.Sardus noster ferrariensis. in tra cta.de naturalibus liberis.in §. de ventre concepto. & Alex. in l.quod dicitur.ff.de libe.& posthu.& in l.& si seuerior.nu. 5.C.ex quibus cau.infamia irro.& Dec.in l.si fugitiui.nu.79. C.de seruis fugiti.& Alberi.in qq.ad statu.q. 59.in 3. parte. Item limita statu.si quis occidat aliquem, iussu alicuius, cui nisi paruisset,eum interfecisset.prout dicunt Cy.Bal. & Saly. in l.1.C.unde ui.& Bal.in c.1.de pace iura.fir.& Moder.in c. 1.de homici.per glo.in l.si familia.ff.si familia.fur. fecisse.di catur.& Bal.in consi.351.lib.5.& hæc communis est opinio. ut ait Chirconius.ubi supra in centuria.3.num.4. conclu.64. pag.67.Item limita statu.in eo,qui interfecit consanguineũ, qui adulterabat eius uxorem.quemadmodum dicit Andr.in constitu.regni.iurisg.de defen.fac.ex parte impe.& l. Rapto res.C.de episco.& cleri.Item limita statutum.si scholaris,uel doctor excellentissimus homicidium facit.pro ut communi ter dicunt Doct.in l. ad bestias.ff.de pœnis.& Petr. Rebuff. in tracta.de priuile.schola.priuilegio.109. doctor autem ex- cellens quis sit? ponitur per Ias.in l.stipulationum quædam. in prin.ff.de verbo.obliga.& in dubio doctorem excellentẽ dicere non debemus. cum sit qualitas,quæ non nisi maximis laboribus paratur.sicut dicit dominus meus Alcia.in tracta. præsump.regula.3.præsump.3. in fi.de quo.agit ẽt Hercula- nus in trac. de negatiua.nu.302.quod not.ꝑ testõ. D.Ioãnis Rõchegalli Ghioldi lectoris olim famosissimi.Ad. d.l.ad be stias.ff.de pœnis.uide dñm meũ Alci.in Parergõ.lib.2. cap. 28. & Mõtanum.in §.cum aũt.inst.quibus mo. ius pa.po.sol. & Budeum.in pagi.40.in posterio.adnota.& Marsi.in practi. crimi.§.oportunẽ.sub nu.6.& Barba.in tracta.de pręstan.car

dinalium parte 1.num.46.& Pari. de Put.in tracta. syndica. in §.an si pro tempore.& Neuiza.tradit fusius.in sylua.lib.1. nu.95.& Ange.de Aretio.in §.sed quod principi.nu.7.institu. de iure natura.& Fely. in c.illud. de maio.& obedien. & Moder.ibidem. Item limita statutum prædictum in homicidio qualificato.ut ait Barba.in cons.39. in 3.col.uer. faciat. in 2. col. & Corne. in cons.19.in 4.uol.in 1. col. Item limita, dictum statu. non habere locum.in satellite uel Birruario,occidente aliquem,dum suum exequeretur officium.ut ait Grãmaticus in decis. Neapoli.41.& Areti.in tract.malef.in uer. Fama publica.col.59.Item limita. quando subditus committit homicidium extra territorium.quo ad pœnam.licet possit inquiri.ut ait Bar.in l.1.q.9.col.15. uer. item quæro si statu. C.de summa trini.& fide catho.& Iul. Clar. in practi. crimi. §.fi.q.39.uersi.sed quæro.uide omnino. Item limita prædictum statutum,si quis ad sui necessariam defensionem homicidium committat.ut tradit Cępolla.in cons.29.& Iaco.Nouellus in tracta.ad defensam.& docto.in l.ut uim.ff.de iusti. & iu. & ait Iul. Clar.in practi.crim.in §.homicidium.uer.excusatur.& per discursum ibi.Item limita dictum statu.in mãdante fieri homicidium.secundum Bal.in cons.52.in 3.& Ias. in cons.188.in 1.uol.nu.3.& Marsil.in cons.7.sub.nu.52. uide Iul. Clarum in prac. crimi.q.89.& uide in illius Reperto. quòd ad multa te ducet.Item limitatur ét dictũ statutum nõ habere locum in ratum habente homicidium. uide tamen Carre. in §.circa.ad fi.ad malefi.& Iaffredũ in decisione 126. Item limita dictum statutum in eo, qui abortum fieri facit in uentre.ut ait Bal.in l.cum inter.C.de fideicommissa. liberta.Et uide supra in uer. Abortus. Item limita dictum statu. in eo,qui exequitur iustitiam, pro ut carnifex.pro ut ait. Iodocus. in prac. crimi. ubi.de carnifice agit. Item limita dictum statutum non habere locum,si quis cum rhomphea (quę est quoddam gladij genus) uolens incidere ramos quosdam, qui piscationi impedimento essent,interficeret Socium. quemadmo-

madmodū dicit cardi.in c.lator.de homici. De rhomphea dicit Vlpia.in l.3.§.Armis. ff.de ui & ui arma. licet quidā scio lus legat ibi rombote.loco rhomphee. quem corrigit Arno. in Epitoma. 18. & de rhomphea meminit Valerius Flacus. Argo.vi.carmine isto.

Aequaq; nec ferro breuior,nec romphea ligno.

Et licet ipse mediam corripiat. Claudiamus tamen producit carmine isto.

Sic sternat geticas ultrix romphea sagittas.

Vide Arno.in Epitoma.51.& Epitoma.85. ubi tradit cautelam euitādi pœnam ultimi supplicij propter homicidium. & uide per eundem in dialogo.33.34.& 39.& in problemate.88.& cautelam.1.& seq.Cepolle.& caute.Blanci in fine suæ crimi.practi.& Cassaneum.in consue.Burgun.fol.13.ubi ponit casus plures,quibus quis potest euitare mortem.& Neuiza.in sylua nuptiali.lib.1.sub nu.95. Item limita non habere locum dictum statutum. in pariccida,qui philopator dicitur.Nam Ptolomeus filius eiusdem nominis Euergetes vocari cepit,vt est apud Textorem.in officina.parte 1. vbi agit de liberis,parentum interfectoribus.nu.8.& Anania. in cōs.63.Sed videtur contra tenere Carreri.in prac.cri.in §.homicidij.sub nu. 148.& Rui.in cons.129.in 2.per totum.Item nō habet locum statutum in eo,qui præbet causam homicidij.l. nihil interest.ff.de siccarijs.& tradit Bal.in qq. ad statu. ver. interficiens & Alberi. in qq. ad statu. ver.homicidas.& Bal. d.ver.ubi supra. si quis tamen gladio hominem vulnerauit, qui statim cecidit,& fregit sibi crus,ex qua fractura perijt.de homicidio debet puniri.ita dicit dominus meus Alcia.in cōs.23. in iij.uol. Item limita. statutum,in homicidio post.xx. annos.ſm glo.in l.in cognitione in glo.magna.ad fi.ff.ad Syl la.per.l.quærela.C.de falsis. & Balb. in tracta. præscrip. in 2.q.sub.nu.1.& Neuiza.in sylua.nup.lib.1.sub nu.95.& seq. & Rochum de curte.in tracta.de consuetudine. sub nu. 68. ubi dicit esse decisionem pro liberando amico.uide dominū

meum

meum Alcia. in c. cũ non ab homine. sub nu. 38. de iudi. ubi restringit terminum. xx. annorum ad decem tantum. per gl. in l. si diutino. ff. de pœnis. & Afflic. in decis. 287. ubi agit an antiquitas, absentia, & paupertas excusent homicidam, & liberẽt à pœna, ac de homicidio an per partes componi possit. Item limita statutum in eo, qui interficit clericum in faci nore deprehensum. secundum Alex. in l. si seruus. §. si quis duos. ff. de leg. 1. Item limita statu. in eo, qui lætaliter uulne rauit, licet certum sit uulneratum moriturum. secũdum Car reri. in prac. crimi. in §. homicidium. nu. 6. quia homicidium dicitur ab homine & cado cadis. Nam licet sit processatum super uulnere, non ideo uulnerans debet puniri de homicidio, licet vulneratus sit mortuus. ut ait Carrerius ubi supra. Nec sufficit ſm ipsum clausula. super quibus omnibus & sin gulis. de qua uide Ange. in trac. malefi. in glo. ipsa super quo li cet. Item limita statutum in pupillo. ut ait Firma. in reperto. uer. pupillus. uer. 96. Item limita in dormiente, & furioso. secundum Ange. in tracta. malefi. in glo. comparet. d. inquisiti in termino. col. 3. clem. si furiosus. de homicidio. & Tiraquel lus. in tracta. suo de pœnis temperandis. & Claudius in regu. crim. 111. cum seq. & Iulius. Clar. in practica. crimi. q. 60. uer. quæro etiam. Item limita. in occidente cum Baculo, uel pomo ensis, uel hasta. secundum Ange. in tracta. malefi. in glo. scienter. col. fi. Item limita in occidente bannitum quemad modum dixi supra in uerbo banni. Itẽ limita. in eo, qui se de fendit. secundum doc. in l. ut uim. ff. de iusti. & iu. & Nouellũ in trac. ad defensam. Item limita in eo, cui denunciatũ erat, ne loqueretur cũ uxore denunciantis. secundum Bar. in l. ge nerali. in fi. C. de decurio. lib. x. quod intellige secũdum tex. in §. is quoq;. in auth. ut liceat matri & Auię. & Neuiza. in syl ua nuptiali. lib. 1. num. 83. & seq. & nu. 102. ubi ponit protestationem in forma contra adulterum faciendam per maritum. Item limita in occidente furem nocturnum, seu diurnum, qui se telo defendit. l. qui furem. ff. de sicca. c. interfecisti.

sti.de homicidio. Item limita in creditore, uolente capere suum debitorem aufugientem, & se defendentem. secundum Alex. in d.l. ꝙ furem. & Bal. in l. si ut allegas. in fi. C. eo. titu. Item limita in fœmina prægnante, uel lactante, quia licet possit condemnari, non potest tamen executio fieri. l. Imperator. & ibi Bal. ff. de statu homi. Item limita in occidente pugno, etiam armato, licet in caput illiso. ut ait Fely. in tracta. de conatu. col. pen. qui allegat. Areti. in cons. 147. & Deci. in cons. 9. nu. 2. Item limita. ut per Fely. in c. dilecti. col. 3. de exceptio. Item limita alijs modis. ut per Cepollam. in cau tela. 2. & seq. & Tiraquellum fusissime. in d. tracta. de pœnis temperan. & Iuliũ Clarum. in eius prac. cri. in §. homicidiũ. & per discursum. vt te ducet eius repertorium. & alij reper toristæ. & vide de isto statuto. Deci. in l. 2. nu. 28. in fi. C. qui testa. face. possunt & in cons. 438. & de nostro statuto Ferrariæ, loquitur Menochius in tracta. de arbitrio iudicis. q. 86. nu. 19. & in casu. 360. nu. 38. vide Anto. Gomez. in tracta. de homicidio, & Chacheranum. in decis. Pedemonta. 104. vbi etiam ponit qua pœna puniatur is, qui homicidio causam de dit. & vide Placam. in epitoma delictorum cap. xij. & an habeat locum in parricidio habetur ibidem in cap. 22. nu. 36. & Plotum vbi supra. nu. 694. & Menochi. in casu. 314. & seq. vbi agitur etiam de homicidio commisso per furiosum, men te captum, ebrium, dormientẽ, amore debachatum & simi. & in casu. 338. & in casu. 361. vbi & quando casus accidit ex ac cidenti. & docet ibi, quomodo animus homicidæ deprehen datur. de quo vide Iul. Clar. in d. §. homicidium. vers. ex pro posito. Reliqua dic, vt per eundem Clarum, & criminalistas.

Statutum vult, ꝙ elapsis duobus mensibus, amplius nõ pos sit accusari homicida. an comprehendat venenantem? vide in trac. de Cardi. lega. à latere. &c. in verbo venenum. Per quod autem tempus tollantur aliæ criminales actiones? ponit Rogerius in tracta. de diuersis præscriptio. c. 1. nu. 12.

Statutum generaliter priuat homicidam ab officio. Dic, quòd

quòd restringitur ad homicidium vetitum.vt ait Panor. in c. si per fodiens.de homici.& Bal.in l.si seruus.ff.ad.l. Aquil. & idem Bal.in l.decuriones.C.in quibus cau.infa.irro.

Quidam interfecit Paduanum, cuius pater eum accusauit,statutum dicebat,quòd si malefactor haberet pacem, nō moreretur.Pater fecit pacem acceptis libris centum, & eum à morte liberauit.deinde vxor mortui peperit filiū,& pro eo tutelam accepit mater, & vt tutrix occisorem mariti accusauit.ipse excipiebat de pace sibi per patrem facta, quæritur an de eodem delicto iterum quæri posset? respon. Alberi. in l. licet gratis.§.possumus.ff.Nautæ caupo. & stabu. quòd non. vide Papiēsem.vbi de inquisitione agit super gl. hæc est quæ dam inquisitio.& Paul.Girlan.in tracta. de relaxa. carce. in vj.q.nu.2.& docto.in rub.& titulo.C.ne sępius de eodem delicto quæratur.&c.

Stante statuto.quòd homicida puniatur in centum.& alio statuto.quòd si quis duo commiserit homicidia decapitetur. si quis duo commiserit homicidia, quamuis pro primo soluerit pecuniam,tamen est decapitandus secundum Bal.in auth.qui semel.col.pen.uer.ex ista.in fi.argu.C. quomodo & quando,& Deci.in l.bona fides.ff.de regu.iur.vide Bal.in addi.ad Specula.in titu.de emphyteusi. vbi agit de locato.

Dicit statutum. quòd homicida non sit de prioribus. An comprehendat occisorem banniti? resp. Bald. quòd sic. in l.decuriones.C.ex quibus cau.infa.irro.& Dec. in c. non liceat,num.2.de præben.

Statuto simpliciter cauetur, quòd bona homicidæ publicentur, an filius homicidæ poterit petere eius legitimam? respon.Papiensis in glo.inquisitionis.in ver.transeat. nu. 2. quòd sic p.l.1.vbi no.per gl.& in l. ratio. in princ. & in §. ex bonis.cum seq.ff.de bonis authoritate iudi possi.& de bonis damnatorum,& econtra.uide ibidem.

An domus homicide paulo ante vendita sit diruenda, uel confiscanda,secūdum formam statuti,in crimine homicidij? respon.

respon. Rofr. in libellis. ubi agit de Publiciana, seù Pauliana. in princ. & Alber.& Papien. sub rub. de his, quæ in frau.& Et tenent, quòd de ueritate iuris, non uenit retractanda venditio, nec domus destruenda, uel confiscanda. Quod si de proximo ante maleficium facta fuit alienatio, bene potest reuocari venditio, & destructio fieri. ad terrorem malefactorum, vt malefactor mendicet. secundum Bal. in addi. ad Specula. in titu. de dona. litera. M. vide Bar. in l. si uenturi. §. fi. quę in frau. credi. & Papiensem super libel. de forma actionis realis. super. uer. veris ac legitimis. nu. 7. & Bar. & doct. in l. post contractum. de dona. & Porcium. insti. quibus ex cau. manu. non licet. col. 5. & Marsil. in singu. 316. uer. accipie. vide Criminalistas.

Statutum disponens, quòd recipiens pecuniam pro homicidio committendo, puniatur. An comprehendat, qui pecuniam recepit, & vulnerauit, sed non perfecit? resp. ut per Corne. in consi. 249. ubi traditur & de mandante vol. 1.

Quidam fuit in contumaciam condemnatus, ubi fecit delictum, licet ibi forum non sortiretur. An ob id exequi poterit alibi sententia, stante bulla, quod bannitus non sit tutus in aliquo loco, non distanti per quinquaginta milliaria à loco commissi delicti. & stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso? respon. ut per Corne. in consi. 143. in 3. vol.

Si sit statutum indistinctè & generaliter dicens, quòd pro homicidio imponatur pœna centum, nec distinguit inter cõiunctos, vel alios. Certè, ubi etiam de iure communi adesset pœna parricidij, attamen hæc erit pœna pecuniaria propter statutum. quod indistinctè loquitur. quod intellige. vt per Bal. in l. datam. C. de dona.

Statutum uult pro homicidio de die facto manũ amputari, & de nocte caput. uel ambas manus. Agitur ex maleficio, vti de nocte cõmisso, nec probatur qualitas noctis. An quia plus agatur, sequatur condemnatio in minus. An non sequatur in ullo? resp. vt per Bal. in l. edita. sub nu. 32. C. de edẽdo.

Si statutum vult, quòd homicida condemnetur in centũ, quæ si non soluat infra mensem decapitetur. Dic, quòd ubi adesset culpa tantum, non deberet decapitari. & iudex tenetur declarare in sua sententia, inserta causa, quia semper causa condemnationis est quærenda. l. qui cum uno. §. sed ad tẽpus. ff. de re mili. ita tenet Bal. in l. data opera. sub nu. 10. C. qui accusare non possunt.

Si dicit statutum, quod homicida soluat mille, & si nõ potest decapitetur. an hoc uerbum potest absolutè intelligatur? respon. ut per Bal. in l. quòd seruius. ff. de condi. causa data, cau. non sequuta.

Et si dicat statutum. quod si homicida non poterit soluere condemnationem de pecunia, decapitetur. Non debet extendi in futurum. sed si postea infra terminum non soluerit, debet decapitari. vt ait Bal. in d. l. quòd Seruius. ff. de condi. cau. data.

Si statutum repellat homicidam à beneficijs. Debet intelligi de homicida, contra quem est factus processus. & sequuta condemnatio, & non de alijs. ita tenet Bal. in l. quis sit fugitiuus. §. quod aiunt. ff. de ędili. edic. l. ingenuum. ff. de statu. homi.

Statutum Florentię, quòd propter homicidium omnes de consortia teneantur, valet. vt dicunt Bal. & Anchara. in rubri. C. res inter alios acta.

Statutum vult, quòd filij debeant habere dimidium bonorũ patris condẽnati. Pone, quidã fuit de homicidio condẽnatus, qui habebat filium pupillum, An poterit ei tutor decerni? respon. vt per Bal. in l. incestus. C. de incestis nuptijs.

Statutum stat, quòd quicũq; declinauerit iurisditionem, ei ius non reddatur. Pone filius Clericus fecit homicidium. Dic, quòd pater debet declinare forum, pro suo interesse nomine proprio, & non filij, & ideo filius postea offendi nõ poterit, nec pater, quia paterni officij necessitas eum excusat, ac fides. ꝓ ut dicit Bal. in l. filius. ff. de ijs, q̃ sunt sui uel alie. iu.

Statu-

Statutum punit homicidam in trecentum. Iudex autem homicidam capite punit. Dic, quòd & ipse in syndicatu debet decapitari. qa fit retorsio in eum. l. lege. §. fi. ff. ad. l. Iul. re pe. vbi ē casus legis expressus, quòd in criminalibus ratione doli, iudex tenetur ad similitudinem supplicij. in dolo autē dicitur esse iudex, quando nō seruat statutum. vt ait Crauetta. in consi. 18. nu. 14. in 1. vol. & est periurus. ut dicam infra. in uer. iuramentum. Et quòd debeat decapitari. ponit Bella pertica. in q. 434. ad fi. allegat. Bal. in rub. C. de pœna iudi. qui malę iudica. & Pe. de Suza. in l. fi. C. eo. ti. & Bar. & Alex. & cæteros. in l. 1. ff. quòd quisque iuris. licet in hoc Bal. in c. iudices. de pace iura. fir. tenet contra. quod sequitur Alex. in l. in lege. ff. de siccarijs. vide omnino Marsil. in singu. 575. & quando de damno, & interesse defuncti agitur, & eius hæredum. vide omnino etiam Rol. à Valle. in consi. 39. in 2. uol.

Cum statututum Bononiæ dicat. quod de homicidio iudex secundum suum arbitrium habeat licentiam inquirēdi, & procedendi. Dic, quòd per hoc habet etiam iurisdictionē pronunciandi. Non poterit tamen pronunciare secundum suum arbitrium, sed secundum formā iuris, quia in eo, quod cognoscit, uidetur ordinarius, sed in eo, quod suo arbitrio, habet naturam delegati. quia cum aliquid addimus iuri cōmuni &c. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iu. & ideò secundum modum illum, non uidetur mandata diffinitio. secundum Iaco. Butri. quam additionem fatetur Bal. in l. qui procuratorem. ff. de procurato. se habuisse de libro Bar. scriptum de manu. propria, ipsius. quod est no. secundum ipsum.

Vnum statutum dicit. Pro homicidio imponi pœnam librarum centum, de quibus medietas sit hæredum occisi. & est altera clausula in eodem volumine, quòd si fregerit pacem occidendo, puniatur in ęre, & in persona. Sed non dicit, quòd medietas sit hæredium occisi. quęritur, si quis pacem frangendo commisit homicidium, an medietas bonorum homicidæ sit hæredum occisi? respon. ut per Bal. in l. que

madmodnm.ff.ad l.Aquil.& hanc.q.fuisse disputatam Bononię per Martinum Syllinanum.dicit ibi Bal.

Iudex an possit pro homicidio minorare pœnam, & impo nere pœnam manus?respon.Carre.in prac.crimi.in §.Circa. num.10.quòd non.

Vno etiam statuto cauetur, quòd homicidio imponatur pœna mortis.& alio, quod in omnibus criminibus potestas possit imponere pœnam suo arbitrio.an pro homicidio pœnam arbitrabitur? respon. Corsetus. in singulari. uer.statutum.fol.189.quòd non.

Si statutum imponit pœnam pecuniariã pro homicidio, non tenet.vt ait Alberi.in qq.ad statu.q.122.parte.2.& Roma.in singu.706.& Rochus de curte.in c.fi.col.21.de consuetu.& Marsil.in l.1.nu.19.ff.de sicca. & Petrus Rebuffi.in practi.beneficiaria.lib.3.in regula dispensa.in gra.prohibi. num.15.pag.411.

Statuto cauetur, quòd Committens homicidium soluat mille, & stet ad confinia per decennium.Durante primo decennio,homicida commisit aliud homicidium.Quæritur an debeat expectari finis primi decennij, an verò secundum decennium debeat immediate currere? respon. Bal. in l. Senatus. ff. ad Turpilia. quòd quandoq; pœna ponitur specialiter,puta, dicit statutum,quòd stet ad confinia per decẽnium à tempore delicti, & sic determinat tempus,& tunc secundũ decennium debet statim currere.aliàs non esset illud decennium.sed aliud. argu.no.in l.si vsufructus.ff.de vsufruc.lega. aut ponitur pœna generaliter & in determinatè.puta, stet ad confinia per decennium, & tunc incipit secundum decennium, finito primo.quia aliàs non solueret pœnam delicti.c. 1.de pœnis.& ff.de furtis.l.inter omnes.& C.eo.titu.l.subtra cto.vbi casus superueniens non excusat à pœna præcedentis.culpæ.idem dicit Panor.in c.cum in cunctis.de electio.


Si à statuto imponatur pœna pecuniaria pro homicidio. non videtur recessum à pœna iuris communis. ut ait Bar.in

l.1.ff.de ui.bono.rapto.Sed contrarium est uerius. secundū Alexandri.in suo.tracta.de potestate procuratoris, & defensoris in causa criminali. parte.1.nu. 283. & ualet huiusmodi statutum.ut tenet Alberi.in qq.ad statu.q.122.in 2.parte. vide Claudium. in regu.crim. 87.vbi dicit,quòd non tenet statutum.& hæc communis est opinio,secundum ipsum.

Dicit statutum,quòd qui fecerit duo homicidia,decapitetur: Pone,Titius fecit primum homicidium,& ob id fuit bānitus,deindè & aliud commisit homicidium, an debet decapitari? respon.Bal.in qq.ad statu.uer.homicidium. sub nu.3. quòd sic.secùs esset si statutum diceret,quòd pro duobus homicidijs decapitetur, quia tunc vnum aliud non aggrauat.

Cumarū statuto cauetur.quòd,si quis de homicidio fuerit accusatus, & non comparuit, ponatur in bāno octo dierum,quo termino elapso,si non comparuerit,bona ipsius sint publicata.saluo iure creditorum, & descendentium. si quos habet.inter quos descendētes,& ipsum taliter bannitum bona pro rata diuidantur. & pars contingens personæ banniti ipso iure sit publicata.an taliter bannitus testari poterit? respon.Signorolus.in consi.119.quòd non.

An nobilis homicidium committens teneatur pœna statuti de homicidio? resp.ꝙ non.sed de excessu.ut dicuntdoc.supra allegati. & Franc.Mar.in decis.Delphi.225.lib.2. alios casus.in quibus quis pœnam mortis euitat, posui supra. & ponit Milleus in prac.cri.pag.125.cum seq.vbi facit specialem tractatum de hoc. Casus, in quibus pœna mortis à lege specifice est imposita, ponuntur ibi.& ponit etiam Guiliel. Bont.in tracta.qui ita inscribitur.inter tractatus. Casus uero, propter quos quis furcis debet suspendi. ponit Guido Pap.q. 589.& reliqui supra à me collecti.



IGNIS.

I.

IGNIS.

X forma ſtatuti ſuperuenerunt plures ad ignem, qui erat in quadam domo, quæ ut ſaluaretur, plures aliæ ſunt deſtructæ. quomodo debet fieri emẽdatio? reſpon. ut per Alber. in qq. ad ſtatu. q. 92. in 2. parte. & Ferrarium in cautela, 36. & Plotum in repet. l. ſi quando, num. 731. C. unde ui.

Ignorans.

STATVTVM non ligat ignorantes, quò ad pœnam. aliàs fortè ſic. reſponde ut per Bal. in qq. ad ſtatu. in ver. ignorantia· & vide glo. in prag. in uer. publicatione. in tit. de conclu. eccle. Gallica. pag. 260. & per Franc. Mar. in deciſ. Delphin. q. 523. & ibi uide, an ignorans proclama publicum excuſetur, lib. 2. & Chacher. in deciſ. Pedemont. lxxi. per totũ, vide omnino etiam Iul. Clar. in prac. crim. q. 60. uer. ſed nunquid. & uide Tiraquel. in tract. ſuo. de pœnis temperandis. in cauſa 11. nu. 24. & cauſa 43. num. 4. & cauſa 13. num. 22. & num. 27. & cauſa 11. num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 15. & Claudiũ in reg. crim. 98. num. 4. & 161. num. 3. & 177. nu. 2. & Nouellum in tract. ad defenſam, num. 51. & ſeq. ubi habetur de hoc fuſiſſimè. & num. 97. & 48. & benè in terminis per Blancum, in pract. crim. in §. ignorantia. fol. 92. num. 1. & pluribus ſeq. & maxime, nu. 19. uide omnino, Duenyas in reg. 129. & Afflic. ſuper conſtitu. regni, in titu. de intrantibus regnum, lib. j. & Soz. in fallen. in uer. ignorans, cum ſimi. à me collectis, in meo tracta. de argumentis, in loco à furioſo ad ignorantem. & Dec. in c. 2. nu. 7. de conſtitutio. Ignorantia ſtatuti ſynodalis excuſat tranſgreſſorem a pœna, niſi ſit craſſa, & ſupina. Etiam, quando ſtatutum punit aliquid prohibitum lege diuina,

uina, uel canonica. secundum Ioan. Andr. in Nouel. super c.animarum, de constit.lib.6.de quo agit etiam Archiepiscopus florent.in summa, lib.3.c.33.ad fi.sub tit. excommunicatio contra sepelientes. Et no. quòd si ille, qui tenetur ire ad synodum, uidet, quod ibi sit tractandum aliquid contra ius, non tenetur ire. ut dicit Afflic. super const.regni lib.1.rub. 45.num.60.per tex.in c.quod super, de maio.& obe. & Neuiz. inter consi.crim.in consi.12.num.117.Similiter doctor, si non uadit ad collegium, quando scit, quòd est tractandum aliquid, quod est iuri contrarium, uel cui non auderet contradicere, non dicitur periurus. Idem, si per priorem collegij proponendum esset aliquid ad instantiam superioris, qđ esset contra publicam utilitatem. ut ait Cotta. in tracta. rerum memorab.in verbo scholaris, quod bene not.pro statutis collegij doctorum ferrariensium.

Si statutum dicit, quòd infra sex menses possit de maleficio cognosci. Dic, quòd isti sex menses incipiunt currere à die scientiæ, quo scitur maleficium fuisse commissum.l.1.ff. quod ui aut clam, & ad Syllania. in l. si quis in graui, & dicit Ange.in auth.de sanctis episco.§.pen.uide etiam Marsil. in consi.87.num.17.in prin. & Nattam.in consi.215.nu.2.in primo uol. quod not.pro statu.Ferr. sub rub. de tempore statuti infra quod accusationes & denunciationes fieri debeant, in fine.

Improperans.

STATVTVM, quòd improperans mortem alicui puniatur. Non habet locum in improperante mortem patris occisi in bello.ut dicit Ray.de Forli.in consi.incip.continetur statuto, de quo Firma.etiam tradit in repertorio.

Incestus.

COMMITTENS incestum cum matertera, an puniatur statuto de incestu? respon. vt per Cæpollam in consi. crim.68.Et de incestu fusius tractat. Iul.Clar. in pract.crimi. in §.incestus.& Follerius inter consi.crim.diuersorum per Zilettum.

lettum.in consi.79.per totum.in tom.secundo, ubi etiam dicit,pœna capitis puniri eum, qui sub uelamine matrimonij coiuit cum consanguinea.ut ait Iul.Clar.in §.incestus.

Incidens arbores.

STATVTVM imponens pœnam incidenti arbores,non cõprehendit incidentem unam arborem tantum, ut dicit Afflic.super constitu.regni. de quo uide Tiraq.in l. si vnquam, super uer. susceperit liberos,sub num. 199.C.de reuo.dona.

Inclusio animalium.

AN inclusio animalium est permissa? respõde ut per Plotum in repet.l.si quando.num. 874. C. unde ui.& uide supra de damno dato.

Indicia.

QVANDO indicia in plurali exiguntur a statuto, non sufficit vnum tantum.quemadmodum ait Corn.in consi.58.in 3.vol. Quòd an sit uerum? tractat Tiraquel.in l.si unquam,uer.susceperit liberos. num.212.& seq. C.de reuo.dona.& Iul.Clar.in pract.crim.q.64. vers.sed quæro. Et unumquodque indicium debet probari per duos testes. ut ait Carreri. in pract. crimi. in princ. sub num. 106. & uide Gand. in trac.de indicijs & tortura.uer.qui testes debent esse omni exceptione maiores. Limita tamen hoc in indicijs remotis, & non proximis,quia duo non exceptione maiores sufficiũt. vt ait Clau.in regu.crim.26.de conuicto per indicia,uel præsumptiones· & item regula crimi.62. de indiciis ad inquirẽdum,& ad torturam. quando damnum est datum. uide fusius per Plot.in l.si quando.sub num. 878. cum seq. C. unde ui.& uide Ange.in auth. de testament.in prin.nu.4. ad fi. & Lucam de Pen.in l.prima.C.de nume. actuarijs.lib.xij. Quænam sint indicia sufficientia ad torturam, ponit Menochius. in trac.de arbitrio iudicis in casu.270.& seq.& uide Iul. Cla

rum

rum in pract.crim.q.6.& q. 20.ubi plenissimè habetur de indicijs. Nota, quòd debet dari copia indiciorum reo, antequam torqueatur.ut ait Ferrettus.in consi.137.tomo. 1. & si latrunculator malitiosus non uult dare indicia, potest appellari. vt ait Riminaldus. in l.1.col.16.ff.de iurisdic. omnium iudi.& Purpura.in l.2.nu.37.C.de eden.& Neuiza. in consi. 97.sub nu.17.& Alex.de Neuo.in consi. 86.& Cassaneus. in consi.58.nu.28.& ibi nu. vlt. vbi ponit protestationem Rei, quod nisi sibi detur copia indiciorum,vt possit singillatim, & particulariter oībus respōdere, & donec, & quousq; illi tradantur indefensus,& pro indefenso habebitur, protestando de nullitate processus,qui aliàs fiet contra eum,tanquam factus contra indefensum. Et optima est etiam cautela pro reis ad impediendū torturam, vt petāt sibi nominari testium nomina contra ipsos examinandorum,pro testando,se uelle incontinenti probare,siue in breui termino,illos esse sibi inimicos capitales.& curia tenetur ipsum reum audire.ita dicit Ferrettus in tractatu de inimicis occultis exercituum. & nu. 26. vide Didacum à Couarru. in tracta.variarum lectio. lib.2.cap.13.& Claudium in regu. crimi.33.34.& 35. quod nota pro statu.Ferr.sub rub.de modo & forma procedendi per inquisitionem.lib.3.& quando sit danda copia indiciorum. tradit Ange.in tracta.malefi.in glo.fama publica.uers. item aduertas. Et no.quòd reo relaxato cum fideiussoribus, si superuenerint indicia, ipse citabitur, quòd compareat,& ueniat ad confitendum delictum, non obstante sua negatione.& eo ueniente retinebitur,& torquebitur. ita dicit Ange. in trac. malefi.in glo.comparuerunt dicti inquisiti in 2.col.

De iniurijs.

AD statutum de iniurijs. vide Iuli.Clar.in prac.cri.in §. iniuria.& Placam in epito.delictorum.cap.1.& Anto. Gomez.in titulo.de iniuria.tomo.3.cap.6.& Beluisiū.in eius practica cri.in titulo de iniurijs. ubi fusissimè hoc tractatur.

Statutum, quod punit inferentem iniuriam, compræhendit etiam mulierem. secundum Anchara. in consil. 109. & Gāmarum in trac. extensionum. sub nu. 59. sed aduerte quia non compræhendit monachum. ut potest videri in decisi. Tholosa. 313.

Statutum imponit pœnam inferenti iniuriam in personā. an habebit locum in eo, qui scindit iniuriosè vestes? respon. Bal. quòd sic in l. gallus. §. ille casus. ff. de libe. & posthu. per l. quæstionis. ff. de iureiuran. vbi etiam Bar. & in l. illicitatio. §. quòd illicitè. ff. de publica. c. nuper. de sententia excommunica. & docto. in clem. 1. de pœnis. & Anchara. in clem. causa de elec. & Bal. in l. si qua per calumniā. C. de episco. & cleri.

Statutum, quòd puniatur, qui infert alicui iniuriam in domo sua. An comprehendat stantem in porta ante domum, cui fuit illata iniuria? respon. ut dicunt Bar. Paul. de Cast. & alij in l. cætera. §. senatus. ff. de lega. 1.

Statutum, quòd pro iniuria illata meretrici, aliquis non puniatur. Non habet locum in meretrice coniugata. ut ait Ioā. Andr. in additio. ad Specula. super rub. de iniurijs. 1. col. uer. interdum statutum.

Statutum dicens. quod si sit illata iniuria certo generi hominum, stetur iuramento eorum, uel offensi. Istud statutum est contra ius commune. l. omnibus. C. de testamen. & l. nullus. ff. de testi. unde habebit locum, quò ad negocium principale tantum, sed non, quo ad fundandam iurisdictionem ipsius iudicis coram quo accusatur forensis, tanquam forum sequatur ibi, ratione commissi delicti. ita dicit Alex. in l. fi. ff. de in litē iuran. & habetur in decis. Tholosa. 145. vbi & alia ad rem facientia traduntur.

Statutum punit iniuriantem. An comprehendat illum, qui dicit alicui. tu es bonus uir. respon. quòd sic. quasi dixerit, tua uxor est adultera. ut ait Cardi. in c. ex literis. de consue. & Petr. Rauen. in suo aureo alphabeto. in materia. de consue. de quo. vide Neuiza. in sylua nup. lib. 4. sub. num. 76. Item, si

quis

quis dicat aliquem esse impium,ingratum,pessimum homi-
nem.& simi.non punitur statuto. vt ait Ruinus in consi.162.
in 4. nam verba iniuriosa dicuntur ea, quæ proferuntur in
alium contra bonos mores ciuitatis.l.Item apud labeonem.
§.conuitium.ff.de iniu.& plene Fely.in c.cum te. in ulti. col.
de re iudi.& Grammati.in decis.Neapoli.14.& Oldra. in cõ
si.53.& dominus meus Alcia.in cõs 2.in 7.lib.vbi dicit quòd
non facit iniuriam, qui dicit sum nobilis,& probus, sicut tu,
& plus.vide omnino Fely.inter cons.crim.diuerso.in consil.
46.in tomo 2.& Bar.in consi.5.nu.2.& Plotum.in cons.131.
nu.20.in criminalibus consilijs.

Statutum de iniurijs. non comprehendit eum.qui capit ali
quem,ut non seuiat in se,vel aliũ.ita dicit Bal.in l.1.§.si tibi.
ff.ad Syllania.vbi dicit no.pro se interponentibus.

Statutum de iniurijs non comprehendit illum,qui dicit tu
mentiris.quãdo quis est prouocatus.ut dicit Menochius. in
consi.41.per totum.Extende hoc esse uerum, quamuis dica-
tur in iudicio. secundum Iaco.de Beluisio.in prac.in titu. de
iniurijs.nu.14.sed dic secũdum Menochium in d.consi.41.ꝙ
duæ sunt species mentite.vna,quæ non fit,ut propulsetur in-
iuria,sed potius ad impingendum mendacium asserenti,quę
reprobatur.& si quis dicat,tu mentiris,saluo tuo honore.Al-
tera est,quæ fit ad tuendum suum honorem, & defensionem
propriam.ut si quis dicat.Tu es fur,proditor,& simi.& potest
responderi, Tu mentiris. Secùs,si dicatur, tale debitum non
est solutum.quia non potest dari ei mentita aliquo pacto. ut
ibi per Menochium fusius dicitur.

Si de uerbis iniuriosis,de loco,& tempore constat per con
fessionem rei, iniuria, ei illata debet puniri statuti pœna.
nec debet attendi aliqua ineptitudo libelli.ut ait Sozi. in cõ
si.146.in 1.& Rimi.in consi.527.in 3.quæ autem requirantur
in iniuriarũ libello,ponit Ias.in §.1.insti.de actio.num. 50.&
Iaco.Beluisi.in principio. suæ crim.praxis.in titulo de iniu-
rijs.& Ferratis in cautela.14.nu.3.

An statutum de iniuriante habet locum in scribente iniuriam.& eam in scriptis inferrente? respon. quòd sic. ut dicit D.Bursatus in consi. 94.nu.5.cui plurimum debeo . propter eius consi.18.

Statu.est q si quis faciat iniuriam nuncio,seù præconi, puniatur tali pœna. pone, nuncius asserit se uerberatum, uel à parte iniuriatum.quam citauit,an ei credatur ? respon.quòd non. quia hoc est extra suum officium.nec est de connexis.& hoc docet dominus meus Alcia. in tracta.præsump. in regu. 3.præsump. 14.sub num.3.Quod tamē limita.ut per eum ibidem, nisi concurrerent aliquæ bonæ coniecturæ pro eo, ex quibus haberet iudex indicium sufficiēs ad torturam. iuxta no.per Bar.in l.fi.ff.de qq.& Guido Pap.in q.557.vide Cassane.in consue.Burgun.in §.vi.pag.69.ad fi.ubi agitur de ijs nuncijs,& de eorum citatione plenissimè. & quando eis credatur,vide in §.vij.pag.77.Et pro iniuria eis facta, quis sit iudex,& de eximente reū à manibus eorum, uide ibidem. & vide Plotum etiam in l.si quando.sub nu.103.C.unde ui.

Statutum de iniurijs, non comprehendit eum, qui infert iniuriā uolēti q a illi nō fit iniuria. l.1.§.vsq; adeò.ff.de iniurijs.&regula.scienti.de regu.iur.in 6.& tradit Deci. in l. nemo fraudare.ff.eo.tit.& Ange.in l. si unus.§. pact. ff.de pactis. iudex tamen pro interesse publico inquirere potest.secundū Cagnol.d.l.nemo.& vide Alber.in l.quæ omnia.§.ad uersus.ff.de procurato. Itē si quis uno impetu simul protulit multa uerba iniuriosa contra aliquem, debet vnica tantum pœna puniri.secundum Bal.in l.si familia.ff.de iurisdic. om. iudi.& Alberi.in qq.ad statu.q.39.in 2.parte.

Statutum de iniurijs,non habet locum etiam in iniuriante absente. vt ait Saly. in l.1.C.si quis impera.male dixerit. & Alex.in l.non solum.§.1.ff.de iniurijs.& Rimi. in consi. 493 in 3. vbi etiam Riminal. dicit, quòd ius agendi ob iniuriam alicui illatam, transit ad hæredes iniuriam passi. vide Franc. Mar.in decis.parla.Delphina.q.34.lib.2.Et ibi habetur etiā,

quo-

quomodo debeat fieri emendatio honorabilis, quando sit illata Magistratui iniuria.

Stante statuto. quòd iudex teneatur defendere iniuriam patientem, dic, quòd actio iniuriarum competit iniuriam passo. sed si statutum diceret. quòd iudex prouideat, ne quis iniurietur, competit officium iudicis. ita dicit Bar. in l. pen. in 2. col. ver. nota bene pro statutis. C. de agrico. & censi. lib. xi. & Ana. in consi. 45.

Est statutum Florentiæ. quod si quis Florentinus recipit iniuriam, possit ad hanc ciuitatem recurrere. Pone quidam recepit iniuriam, & postea effectus est ciuis, an poterit ad hanc recurrere ciuitatem? respon. Bal. quòd non. in l. propter. C. ad. l. Iul. de adulte. ad quod facit. l. incola. ff. ad municipal.

Statutum, quòd quicunq; non denunciauerit iniuriam, puniatur in decem. Pone, accuso Titium, quòd non denunciauit iniuriam, probo iniuriam, sicut debeo, sed non probo, quod nō denunciauit. an vincam? respon. Bal. quod sic. in l. si à furioso. 3. col. ff. si cer. peta.

Statutum faciens mentionem de iniuria personali, non habet locum in reali. secundum Bal. in l. prætor. §. hæc autem. ff. de ijs, qui deiec. vel effu. Et no. quòd iniuria dicitur maliciosa offensa personæ, non in personam. vt ait Bal. in l. si qua, per calumniam. in 1. col. C. de episto. & cleri.

Si fiat pactum de iniurijs sibi illatis. intelligitur fieri pax, & concordia. & ideò est satisfactum statuto, requirenti pacem, & concordiam. vt bannitus rebanniatur, & accusatus non puniatur. ita tenet Ange. in l. 1. super glo. ver. pactum. ff. de pactis. & Caccialupus. in tracta. de pactis. in 2. q.

Statutum de iniurijs compræhendit etiam illum, qui infert iniuriam alicui, quæ in eo non sit vera, sed in socio. qui secum erat. quia præsumitur, quòd dixerit ad eius iniuriam. Nam non inspicitur, cum quo quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur. vt dicit. l. cum pater. §. donationis ff. de leg. 2. & ita dicit Alberi. in qq. ad statu. q. 40. par. 1.

Statu-

Statutum puniens verba iniuriosa pro qualibet vice. debet intelligi ex interuallo. vt tenet Bar. in conf. incip. inter. & Paris de puteo. in trac. de ludo. in §. an pœna. & vide Plotum in repeti. d. l. si quando. C. unde vi.

Statutum de iniurijs, non habet locum in eo, qui reuocauit iniuriam, quam intulit calore iracundiæ. quod quando fieri possit, tradit Cagnol. in l. quicquid calore. ff. de Regu. iur. vide Capiccium in decis. Neapoli. 58. & Paridem de puteo in tracta. syndica. in §. quidam. num. 2. & Beluisi. in prac. crim. in prin. in titu. de iniur. & Tiraquell. in trac. de pœnis tempe. causa. 1. num. 6. An sit remittenda iniuria? respōde, ꝙ sic. vt habetur in Matthei euāgelij cap. 6. quicquid dixerit Cicero in oratione pro M. Marcello. cuius sententiam nostra religio euertit. de iniurijs plura tradit Bossius in prac. crimi. in titulo de iniurijs. & Didacus. in tract. variarum lectio. lib. 1. cap. xi. per totum. & lib. 2. cap. x. & d. m. Alcia. in conf. 23. lib. 7. & Claudius. in regu. crimi. 159. Et quando iniuria est facta vni ex consanguineis, quando censeatur facta etiam alijs cōsanguineis, dicit Menochius in tracta. de arbitrio iudicis. in casu. 262. & seq. Et quando dicantur iniurie atroces. tradit Menochius in casu. 258. & vide ibi, quæ dicatur grauis? Et pœna iniurie de iure communi est arbitranda, & moderanda à iudice pro qualitate delicti, & personæ. §. in summa. vbi glo. insti. de iniurijs. & tractat Alex. in conf. 35. in fi. in 2. vol. vide Tiraquell. in suo tracta. de pœnis temperandi, vel minuendis. causa. 1. num. 13. & causa. 51. num. 66. & causa. 44. num. 13. causa. 51. nu. 70. & causa. 1. nu. 12. Et iniuria scholari facta iudicis arbitrio punitur. vt dicit Menochi. in tracta. de arbitrio iudicis. in casu. 263. nu. 16. & ibidem tradit plura de iniuria. & quæ sit grauis, & atrox iniuria. vide Fely. in c. dilecti. col. pen. in fi. de excep. & ad statutum Ferrariæ. sub rubri. pœna dicentis verba iniuriosa alicui, vide Menochium in tracta. de arbitrio iudicis. in casu. 263. num. 31. vbi de eo signanter meminit. De verbis illis Tu mentiris. vide Fely. ubi

supra

supra columna 7. vel tu es rauagiosus, vel,q vxor tua adulte rium commisit. vide Ias.in l.turpia.num.9.ff.de lega.1.Et iniuria verbalis non dicitur in personam,vel rebus. vt ait Bar. in cons.108.& Ias.in l.& si pepercerit de libe.& posthu.& Roma.in consi.283.& Ias.in l.si eum.ff.si quis cautio. & vide Firma.in reperto.in ver.iniuria.61.versi. an pro iniuria sibi illata eodem tempore ciuiliter,vel criminaliter,vel diuerso tēpore agi possit.tractat Ange.in tracta.malefi.fol.138. col. 2. & Papiensis.in forma libelli.fol.78.col.2.& 141.col.2.& in l. vnica.in fi.C.quando ciui.ac.cri.pręe.& Bar.in l.nā collatores C.de re milita.lib.xij.& Specula.in titulo de iniur. §. 1. uer. sed quæritur,& no.q ista uerba tu falsum dicis, non sunt semper iniuriosa.vt dicit Alex.in l.de tutela.col.2. in ver. eodē. C.de in integr.resti.mino.&.l.quid sit falsum de falsis. & vide Firma.ver.iniuria.uer.83.vide quoq; Sadoletum.in l.si is qui ducenta.§.vtrum.col.x.in fi.de rebus dub.Et quādo censeatur remissa iniuria.dicit gl.pen.insti.de iniur.ubi ēt Areti. & Bar.in l.non solum.§.1.ff.eo. vbi per remissionem peccatorum non censetur remissa iniuria.

Inquisitio:

ANTEQVAM ex statuto formetur inquisitio, debet prius constare de delicto.vt ait Crauetta.in cons.260. & Anto.Gomez.in tracta.suo de delictis.cap.x.titulo. de captura reorum.nu.1.& seq.& Iulius Clarus in prac.crimi.q.5. ver.scias etiam & ver.poterit. Item debent præcedere legitima indicia.quia non potest procedi ad inquisitionem, nisi legitimis præcedentibus indicijs. secundum Marti. lauden. in cons.13.num.3.& ibi etiam habetur per Apostillan. Et licet de iure communi passim inquisitiones non admittantur.vt dicit Bar.in extrauagan.ver.Per inquisitionem.Secùs tamē est de iure statutario.vt dicit Corne.in cons.33.incip. visa inquisitione.uol.4. & Ange. Areti.in tracta.malefi.super uer.inquisi.super quibus omnibus.& Arno.in commenta. clvi.Iudex

dex tamen non debet esse nimis scrupulosus ad inquirendũ. ut habetur per Moder. ad d.cons.Marti.Laudensis & per Pari.de puteo. in trac.syndica.licet inuehat Lucas de Penna.in l.3.C.de naufragijs.lib.xi.contra iudices, qui expectant accusatores,& nolunt inquirere aduersus criminosos,& ibi fusius prosequitur,& isdem Lucas.in l.5.col.2. C. de bon. uacan.ponit plures casus,inquibus iudex inquirit, & plures ponit Melchior de Facinis.inter cons.crimi.in consi.78.& Bossius in eius practi. crimi. ubi de inquisitione agit.& Monteleo.in prac.arbitra. parte.4.pag.85. 203. 143.in 5.q.vbi fusius.& Ange.in tracta.malefi.in prin.& Paul.de Cast.in consi.219.in 2.vol.in prin.& in consi.299.in 2.incipiante consilium.& Beluisius.in prac.crim.in prin.& Bonifa.de Vitali.in eius prac.& Nouellus.in tracta.ad defensam.& in practi.cri. & Maranta.in speculo in vltima parte. 1.partis.pagi.75.& Papiensis.in eius prac.ad finẽ.& Roma.in cons.214.& 213. & Bar.in l.vnica.nu.1.C.de stratoribus. lib.xij.& Archiepiscopus Flo.in summa.in titulo de modo inquisitionis. lib.3. & inter consilia criminalia priora.& de inquisitione seditionis.& Deci.in consi.256.in 2.& de inquisitione contra hæreticum.tradit Squilacensis.in tracta.de fide catholica in fine. vbi etiam ponit capitula inquisitionis. & ponit formam etiã sententię.ibidem cap.44.in tomo 3.& plures formas inquisitionis in pluribus delictis ponit Follerius.in practi.crim.& Blancus.& Pileus in processu crim.& Iulius Clarus. in prac. crim.§.fi. q.31. uer.hæc est quædam inquisitio, sed antequã formetur inquisitio,an debeat iudex prius requirere ab iniuriato,si uult accusare & respon. Cæpolla. in cautela.25. quòd sic.aliàs teneretur in syndicatu.secũdum Marsil.in cons.76. & in prac.crim. §.1.& in singu.305.& Paridem de Puteo.in tracta.syndica.fol.116.in tomo.14.& Marantã.ubi supra.nu. 38.& Portium.in consi.185.nu.5.& Alberi.in qq.ad statuta. q.56.in 3.parte.& in q.57.& Ioan.de Prato.in l.Paulus.ff.de procurato.& Iaco.Butr.in l.fi.ff.de postulan.vbi dicit, quòd si ali-

si aliter fieret, processus esset nullus, & idem dicit Nellus. in tracta. bannitorum. in 3. q. 1. tempo. q. 9. & adeo hoc est uerũ. secundum Marsil. in cons. 48. sub nu. 52. in 1. vol. quòd consuetudo contraria non tenet. idem dicit Gratus in ? respon. 57. lib. 2. vbi plura dicit circa inquisitionem nullam. & respõ. 59. & plura dicit etiam Rol. à Valle in cons. 3. in 3. vol. & il luc semper recurras. & in cons. xi. per totum. & in consi. 12. & in consi. 17. vol. 3. Nisi dicta consuetudo esset obtenta in cõ tradictorio iudicio. c. fi. de consuetu. Sed inquit Amodeus. in tracta. syndica. quòd hoc ab aula recessit. & non seruatur in practica. videlicet quòd fiat. dicta interpellatio per iudicem. vide omnino Iulium Clarum in practi. crimi. §. fi. q. 3. ver. consequenter. vbi affirmat, quòd hodie non seruatur. Et hoc seruatur etiam de iure canonico, quia iudex potest inquirere, non monito offenso ad accusandum. ut ait Amo. in commẽtario. 41. An tollatur processus inquisitionis superue niente accusatore? uide Bal. in practica sua. in q. ista. pagi. 24. & Crottum in cons. 36. ubi inquit Crottus. quòd quando ex forma statuti permissum est iudici posse inquirere. & ad id te netur, tunc inquisitio est remedium ordinarium, nec eius effectus impeditur superueniente accusatore. & sic se habet (in quit) communis stylus, qui pro lege debet obseruari. l. fi. C. de iniurijs. c. quàm graui. de crimi. falsi. An autem inquisitio sit remedium ordinarium, uel extraordinarium? dicunt docto. quòd est extraordinarium. per. l. ulti. C. de accusa. & Portius in cõs. 204. in prin. & ibidem tractat de inquisitione nulla. & magis communis est opinio, quòd inquisitio sit remedium extraordinarium ut inquit Iulius Clarus. in prac. cri. q. 3. & ibi plura dicit de inquisitione, & q. 5. sed Moder. in Lexico iuris tenent contrarium, quòd immo sit remedium ordinarium. per l. congruit. ff. de offi. præsidis, in uer. inquisitio; & classe vij. vbi de inquisitione peragunt. uide Monteleo, in pract. arbi. pag. 83. & Bernar. Diaz. in reg. 336. & in seq. regula ponit, quibus in casibus sit permissa inquisitio in ciuilibus

ob priuatam utilitatem principaliter. Et not. quòd ex uehementi suspitione potest formari inquisitio, non præcedentib. legitimis indicijs, & aliter, ut per Iul. Clar. in q. 20. Itē no. quòd uerbum inquirere denotat processum. ut ait Plotus in l. si quando, num. 634. C. unde ui. Sine diffamatione inquisitio rectè procedit. si statutum dicat. quod iudex possit & debeat inquirere. de delictis, ut per Amode. in tract. syndica. super uer. in eo & de eo, qđ dicit menti tenendū. & Crottus in d. consi. 36. & moder. Parisien. in consuetud. Parisien. in princ. in glo. 3. vide omnino. Idem procedit si hoc princeps iubet. ut ait Fely. in c. sicut Romana. sub nu. 5. de rescri. ubi de hoc tractatur fusius. Inquisitio autem procedit nō præcedentibus indiciis, quando nihil opponitur. ut per Alex. in consi. 138. in vj. uol. Si iudex non habet indicia contra inquisitum, debet reum relaxari facere, præstita prius fideiussione de se præsentando curie toties, quoties, & in forma &c. debita & consueta &c. & addat etiam, usq; ad condemnationem, uel executionem. cum iuramento purgationis, & renuntiationis in forma curiæ solita, & consueta. vt dicitur per Belu. & uide d. m. Alcia. in eius prac. ubi de purgatione agit. & moder. in classe. 7. & Iul. Clar. in q. 63. uer. solet etiā. & uide Roma. in consi. 15. in fi. ubi etiam habetur de præsentatione rei. Et not. quòd debet inquisitus inculpabilis absolui, saluo iure procedendi, ubi alia superuenirent. ut ait Riminal. in consi. 32. in fi. in 1. uol. & Clau. in reg. crim. 37. Et absolutus ab obseruatione indicij, non est absolutus diffinitiuè. secundum Ange. no. in l. 1. C. de abolitio. & uide Iul. Clar. in prac. crim. q. 62. & q. 63. & no. quòd quandoq; quis tenetur nudā uoluntatē purgare, si suspectus habetur. ut dicit glo. uer. uoluntate, in c. quia præsulatus. 1. q. 2. An & quādo dari debeat copia inquisitionis inquisito, Tradit Neuiza. in consi. 75. per totum, & in eius sylua. ubi agit de ijs, qui torqueri possunt? An semel inquisitus, possit iterum inquiri? respon. Syluan. in consi. 75. per totum. in 2. uol. ubi dicit, quòd semel absolu-

tus

tus per sententiam, non potest amplius inquiri. uide tamen Riminal.in consi.17. in 1. uol. & in consi. 339. in 3. & fusius tradit Didacus in tract. Variarum lect.lib.2.cap. x.

Quotiens statutum dicit, quòd potestas possit inquirere de quibusdam maleficijs, Dic, quòd tenetur omnino inquirere, aliàs uti negligens puniri posset. secundum Bar.in l.gallus.ff.de libe.& posthu. Iudici tamen negligentia omnis impingi non debet. quia esset scrupulosa inquisitio, nam negligentia & culpa ab officialibus, ex statutis Italiæ, nō est multi facienda, nec exigenda, nisi propter imperitiam. quia difficile est omnibus prouidere. & ideò ut plurimum officiales non syndicantur, nisi de dolo, & barattaria. secundum Ang. in l.seruus uetitus.ff.de lega.1.de quo tractat etiam Paul. de Cast.ibi, & rarò est, quòd in aliquo ex multis non peccetur, ut inquit Bal.in l.obseruare.§. proficisci, col. pen. ff. de offi. proconsulis, & Pau.de Cast.in l.quamuis in fi.ff. de cond. & demon. facit.l.probrum.ff.de uerb.signifi. ubi dominus Alcia.& ait Plinius. Nemo mortalium omnibus horis sapit. & Crauet.in consi.132.& Neuiz.in sylua.Lib. pen.& ult. Et not.quòd ubicunque sit inquisitio de aliquo crimine contra aliquem, debet seruari forma tradita in c.qualiter & quādo. de accusa. qua non seruata, non debet sequi condemnatio, & ideò reseruatur inquisito omnis defensio, & omnis probatio innocentiæ, nec aliquo statuto, uel consuetudine tolli potest. ut ait Bal.in.l.edita.in repeti.Paduana.in pen.col.C. de eden.& Ana.in consi.59.in 1.col.

Statutum permittens inquisitionem intra annum, uidetur prohibere post annū. ut ait Bar.in consi.incip.à D.Cyn. Et d. statutum non intelligitur permittere condemnationem, sed tunc pœna ordinaria locū habebit. sm Alc. in l. qui procuratorem.ff.de procur.& Immol.in c.exhibita.de iudicijs.& uide Rolan.à Val.in consi.94.per totum.in 3.uol.ubi transacto biennio, quis amplius non debet inquiri, nec puniri, quia est perempta instantia biennio, & ibi fusissimè per eum.vide

inter conf.crim.diuersorum.consilio 28.29.& 30.tomo 1. & cons.31. & 124. ubi tractatur quando statutum tollit accusationem, an censeatur tollere inquisitionem, & econuerso. vide et Parisi.in consi.196.in 4. & omnino etiam Syluanum in cons.7.per totum in princ.

An inquisitio procedat ex statuto, si in ea iudex inquirens dicat, Talis subtraxit talem rem contra uoluntatem domini, licet nomen domini non inscribat? respon. Ange. quòd sic. in.l.falsus.§.qui alienum.ff.de furtis, quod dicit fuisse obtentum Perusij. & Fel.in c.dilecti, sub num.7.de accusa.

Si per statutum sit iudici concessa potestas formãdi inquisitionem, si plures habent domicilium in ciuitate illa, & ibi faciunt tractatum de aliquo maleficio perpetrando, & illud exequuntur. Iudex domicilij non poterit inquirere de tali maleficio. ut ait Casolus inter consi. Bal.in consi.214. & uide Bal.in conf.100.lib.5.

Si sit statutũ, quòd si inquisiti de aliquo maleficio fuerint legitimè citati, & personaliter non compareãt, habeantur pro confessis, & iudex contra aliquos contumaces sententiã proferat, si quis postea comparet, & allegat innocentiam eorum, an poterit iudici de ipsa innocentia constare, & debeat sententia retractari? uide Corn.in consi.194.in 1.uol.& illud nota pro Catherina Calzolaria Barbacina. Pone etiam, quidam non comparuit bis citatus, alius tamen pro eo comparuit, & allegauit illius innocentiam. an excusetur, non obstante dicto statuto? respond. idem Corn. quòd sic, in consi. 204.in 1.vol.

Si sit statutum, ꝙ inquisitus non possit torqueri, nisi veniret condemnandus pœna centum. Quid si quis sit inquisitus de pluribus delictis simul iunctis. an erit torquẽdus? & Corne.respon.in consi. 227.col.2.quòd non.

Stante statuto. quòd contra aduocatum non possit inquiri, pone, quidam est miles. & aduocatus, an potest inquiri? respon.Bal.in l.si quis decurio.C.de falsis quod aut deliquit, ut

ut aduocatus?& non pôt inquiri.aut ut miles;& tunc poterit. per illum tex.aut est delictum indifferens, quòd scilicet aliquod istorum non recipit;& tunc illa pars debet assumi,quæ magis à iure communi disponitur.

Quid si maleficium sit notorium,& elapsum sit tempus datum ad inquirendum à statuto. & reus tandem confitetur se commisisse maleficium,an poterit ex hac sua confessione cōdemnari?respon.Bal.quòd nō.in c.1.de offi. deleg. col.pen. quem refert,& sequitur Marsil.in cons.87.quem refert & sequitur.Arno.in soliloquio.30.

Quid si iudex extra casus à statuto declaratos, in quibus potest inquiri,processisset,& non fuit opposita exceptio contra ipsum,& fuit lis contestata . an post litis contestationem dominica exceptio opponi poterit? respon.Arnonus.in cōmentario.155.& singu.58.quod sic.& ibi Arno.insurgit contra latrunculatores, qui nolunt admittere talem exceptionem . quia malè faciunt extra statutum litem contestari . Et no.quòd quotiens iudex procedit per inquisitionem in casu à iure,uel statuto non permisso, potest reus quandocunque allegare nullitatem processus & sententię.ut ait Fely.in c.inter monasterium. vij. col.de re iudica. & Iaff. in decis.318.

An iudex ex statuto possit inquirere contra subditum,pro delicto commisso extra territorium ? posui supra.in uer.extra territorium . & quando possit iudex formare inquisitionem, ponit Bal.in pract.sua.in titulo. de quęstionibus circa inquisitionem.fol.23. & dominus meus Alcia.in eius pract. ubi de inquisitione agit. & de clausula in inquisitione, ultra criminalistas vide per Claudi.in regu. crim.3.reliqua dic,ut per Iulium Clarum in eius prac.in suis locis . quia te ducet index ipsius.& nos habemus statutum sub rub.in quibus casibus per inquisitionem procedi possit in libro statutorū Ferrariæ.quod est tercium in ordine.Ad quod nota, quòd si iudex procederet per inquisitionem in casu prohibito, posset opponi de incompetentia iudicis,etiam post litis contestationem.

tionem.

tionem. & processus erit nullus. vt ait Barba. in rub de foro compe. col. 8. An ualeat inquisitio non pręcedentibus indicijs, uel non data copia iudiciorum? respon. ut per Cæpollam in consi. 67. & maximè, ubi reus confessus est. Et nota quòd hoc statutum intelligitur de delictis commissis in territorio, non extra. & sic tenet Firma. in uer. statuta. & Ange. in tracta. malefi. uer. 192. & facit statutum Ferrariæ. de pœna homicidij. vbi loquitur de occidente in ciuitate, uel eius districtu. si pars audiri non potest, nec iudex procedere. & ita dicit Barba. in consi. 44. col. 6. in fi. uol. 3. & intellige statutum, ut infra. in rubri. quod potestas non teneatur inquirere. & aduerte, quia ibi excipit casus in hoc statuto enumeratos. & ideò nihil operatur delictum factum à filio in re concernente causam patris, quia præsumitur voluntate patris factum. ut ait Alex. in cõs. 69. col. 2. vol. 2. Quid si à domestico? Dic, ut per Firma. uer. factum uers. 3. Et instrumẽtum præsumitur ab eo surreptum, qui in illo interesse habet. secundum Bar. in l. fi. de quæstio. locus, & tempus apponitur in inquisitione speciali, secus in generali, vt ait Bal. in l. Iulianus. col. 1. in fi. C. de probatio. & Fely. in c. qualiter & quando. il primo. §. dentur. col. 3. de accusa. si inquiritur contra clericum, & laycos, & clericus petat se remitti ad ęcclesiasticum, omnes sunt remittendi. prout dicit Fely. in c. 1. col. 4. de præscrip. An inquisitio requiratur contra confessum? responde ut per Cępollam. in cons. 40. in fi. & in cons. 67. & Fely. in d. c. qualiter & quando in fine. & vide Ange. in tracta. malefi. col. 1. in prin.

Est & aliud statutum Ferrariæ subsequẽs sub. Rub. de modo & forma procedendi per inquisitionem. Ad quod nota. quòd dictum vnius testis sufficit ad indicium. vt ait Alex. in cons. 325. vol. 2. sed an delicto confessato, requiratur inquisitio specialis? dic vt per Cępollã. in cons. 40. in fi. & in consi. 67. & iudex inquirens, & non probans incidit in Turpilianũ. nisi ex necessitate officij inquireret. ut dicit Ange. in tract. malefi. in glo. hæc est quędam inquisitio. uer. quæro an iudex.

col.

col.3.idem dic in querelante,& instigante.vt dicit idem Areti.ibidem in glossa,verbi,nec non ad quærelã.in prin.& Cataldi.in trac.syndica.in addi.108.& l.1.C.de calumniato. & Iulius Clarus in q.10.vers.aliquid etiam .& seq. in statuto eodem,in uers.Non citato.&c.Notandum est,quòd propter ista indicia recepta, parte non citata, reus torqueri non potest.ut docet Bar.in l.fi.ff.de quæstio.nisi stylus esset in contrarium. ut dicit Alex.in consil.65.col.fi.vol.1.& in statuto verbum personaliter respondere eum,intellige iudice seden te pro tribunali.vt dicit Ange.in tracta.malefi.col.3.in prin. & ibidem habes quid significet verbum informationes legitimas. &c.indicijs, uel præsumptionibus.ut infra Nam licet inquisitio, nõ præcedentibus indcijs, sit nulla.ut supra posui. ex uehementi tamen suspicione,& alijs potest formari.ut per Iul.Clar.in q.20.ubi habetur ex quibus,& quando quis possit torquæri.In statuto antequàm formetur inquisitio, iudex interrogabit reũ præsentẽ.secus si sit absens. sm Ang.in tracta.malefi.fol.5. in pri. col.in ver.non excedant octo dies. &c.Si daretur secunda dilatio, non ualeret. nisi minor dierum octo,supplendo primam.ut ait Alex.in l.1.§.& hoc qui dem in 2.no.C.de iure delibe.qui tamen loquitur, vbi secũda esset prohibita.Sed hic non prohibetur. & ideò sumus in casu.l.fi.de ferijs. Et facit ad statutum de modo procedendi. ne dies 15.attendantur.quod dicit Fely. in c.pastoralis.col. pen.de excep.& vide Abb.in c.1.col.2.uer.sed circa.de dila. & Bal.in l.fi.circa fi.ff. de ferijs.Sed an poterit etiã indiciari de his,quæ indiciata non sunt?Dic,ut per Ange.in tracta.ma lefi.in glo.fama publica. col.pen.& ubi datur licentia inqui rendi,non requiritur diflamatio.ut per Cy.in consi.66.& gl. in c.2.de accusa.in 6.in statuto ver.teneatur inquirerere & li mita.ut infra, sed vide fol. 70.col.2. circa princ.in antiquis. Quando danda sit copia indiciorũ.dicit Ang.in trac. malefi. in glo.fama publica.uer.Item aduertas in ver.& data sibi dilatione.&c.limita.ut infra & hic fol. 137. & rub. ex quibus

causis

causis.in uer.nisi adeò urgentis &c.licet indicia recepta, par te non citata, regulariter non præiudicent inculpato. vt in glo.fama publica.col.6.in maleficijs tamen fallit isto casu. Sed caue. Est data dilatio ad prosequendum, & probandũ, & est monitus, & in termino repetuntur, & ad hoc, ut confes sio per metum, & inpræssionem tormentorum dicatur sponte probata, debet fieri per unam diem, uel per unam noctẽ post tormenta, aliàs diceretur facta metu. ut dicit Alex.in consil. vlt.uol.3. Facit. quia confessio coram incompetente, uel ex- tra iudicialiter, non facit indicium ad torturam. secu ndũ Ias. in l. magistratibus. col. pen. ad fi. de iurisd. omnium iudi. Et no.quòd inquisitus habetur pro confesso, licet sine indicijs habeat præsumptionem contra se. & considerata qualitate personæ, poterit torqueri. ũt ait Bal. in l. 1. C. de hære.insti.in q.1.in prin.2.col. Iudex inquirens, si mittat pro testibus, pot eis expensas de publico deputare. secundum Ias.in l.1. de iu sti.& iu.col. 5.post med. Inquisitio una de pluribus delictis eodem tempore commissis fieri potest. ut dicit Firma.in uer. inquisitio. uer. 18.& no.quòd bona uita minuit indicia. secũ dum Alex.in cons.14.& 89.uol. 3. Respondens inquisitioni cum iuramento, licet mentiatur, non tamen de periuro pu- niri potest. ut tenet Alex.in l.capitalibus. de bonis eorũ, qui sibi mor.consci. Et reo relaxato cum fideiussoribus, si super- uenerint indicia, ipse citabitur, quòd compareat, & ueniat ad confitendum delictum; non obstante sua negatione, & cum venerit retinebitur, & torquebitur. secundum Ange.in trac. malefi.in glo.comparuerunt dicti inquisiti. fol. 166.in 2. col. An si formata inquisitione sequatur mors, possit de morte condemnari; vide Alberi.in 2.par.statu.q.46.si tamẽ citaretur ad torturã posset appellare. ut tenet Firma.in uer.ci tatio.uer.108.& 128.in trac.malefi.fol.67. uer. aduertas ta- men. Nec posset ferri sententia cõtra contumacẽ citatum ad Torturã. vt dicit Firma.uer.cita.par.ab.ad uer.35. Si fit præ- ceptum sub pœna personæ, uel bonorum, non ualet. secundũ Bal.

Bal.in l.1.in fi.C.de requi.reis. Et condẽnatus, captus post sententiam, interrogatur, an sit ille, de quo dicitur in banno.ut dicit Soz. in l.demonstratio falsa, col.1.de cond.& de monst.in uer.& possit reus. Dicit tñ Bal.in l.1.C.de pœna iu di.qui malè iudi. ꝙ neq; in causis criminalibus, nec ubi agitur de dolo, fiunt positiones, quem uide contra Bar.in l.Mar cellus.ff.rerum amotarum. uide etiam Ange. fol. 166. ulti. col. in addi. in 1.& Abb. in c.2.col. fi.de confess. Pœnam au tem contra officiales, quando pœnam legibus, uel statutis impositam dissimulatione,uel gratia imponere differunt,do cet glo.in l.1.C.de fer.lib. xij. Et Bar.in l. 1. C. eo. in ver. & possit reus &c. Intellige per uerbum ueritatis, & non credu litatis. ut per Ange. fol.166.in glo.1. in princ.& in addi. ibi in uer. volentes, ꝙ potestas, &c. licet, quando proceditur per inquisitionem pereat instantia de iure. secundum Bal.in l. properandum. & sequitur. Abb. in c. uenerabilis. in fi. de iud. & uide Paul. de Cast. in d.l.properan. C.de iud.num.3. Tamen ex quo hic apponitur pœna specialis, secus, ut ait Abb.in c. in causis. in glo. in uer. prorogat. de offi. iud.130. De tempore in statuto,infra quod accusationes. &c. An tem pus currat ignoranti?uide Anch.in c.1.col.86.uer.sed alibi. de const. & Firma.in uer.terminus currit.uer 20. limita statu tum in latrocinijs, & furtis, factis tempore rumoris, quia etiã post.ut infra. in rub.limita in raptu,& cognitione carnali,quia infra duos mẽses.ut dicam infra in rub. dè tempore, in quo. & limita in falsitatibns, uel quasi, quia etiam post tempora &c. ut dicetur. in rubr. de officio potestatis in falsitatibus &c. & limita, nisi incidenter, uel secundarie deducat delictum. vt per Ange. in tractatu.malefi. in glo. uer. inchoata.colum. undecima.ver.est autem talis clausula. & limita in crimine incestus. ut in rubr. de pœna committentis coitum, vel incestum. in statu.fol.158.in secunda pag.ꝙ non obstat præscriptio.aduerte, quia ista præscriptio finitur eo mense, quo fit accusatio, & debet exprimi specifice pars

mensis,in qua factum delictum fuerit. facit quod tradit Egidi.in decis.413.& Bar.in l.non solum.§.fi.de iureiuran.Et dicit hoc statutum in fi. Ita tamen, ꝙ in casu scientiæ constare debeat in actis, de scientia curiæ. An possit dici, quòd per testes examinatos scientia domini potestatis & iudicis pateat? & sic in actis constet de scientia curiæ.& maximè, quia statutum uidetur contentari de scientia tantum. Sed quid si inquisitio fuit cum uulnere tãtum, & postea sequatur mors, an poterit condemnari de morte. responde, ut per Ange.in tracta.malefi.fol.122.colum.secunda,in principio. Actio iniuriarum ciuilis est perpetua, sed prætoria durat anno. ut ait Cæpolla in cons. 71. Adde, ꝙ minor non restituitur aduersus hanc præscriptionem ad accusandum. vt per Bald.in l.fi. colum. fin.C. in quibus casi.in integr.rest. non est necessa. & Alex.in l.auxilium.ff.de mino. Et non præscribit iuri declarandi pœnam in causa, licet quo ad pœnam diuersam sic. ut ait Alex.in l.quærela.C.de falsis. licet accusatio,uel inquisitio sit facta infra ista tempora.tamen post ista non posset emẽdari. ut per Ang.in tract. malefi.fol.150.ulti.colum.in prin. Sed contra tenet Alex.in l. qui fundum.ff.de contrah. empt. Sed an causa debeat infra istà tempora expediri? uide Ang. fol.149.col.2.ubi dicit, quod sic. sed in contrarium facit statutum, modus & forma procedendi contra accusatum. fol. 125.ubi à contestatione litis infra sex menses, causa debet expediri. Et facit hoc statutum. Ibi,& postquam.in fine statuti in uer.sed quid si curia ignoret? An post tempus poterit inquiri? vide Ange.in tracta.de malefi.fol.148. in glo. inchoata. & Alex.in l.fi.C.de dolo.& Firma.in uer.statuta.& Ang. in tract. de malefi. fol.3.num.19.& not.quòd stante bona fama inquisiti, inquisitio redditur nulla. & corruit. secundum Claudi.in regu.crim.1.& seq.& 62.

Insultus

Insultus.

STATVTVM de insultum quomodo intelligatur, ponit Bossius in pract.crim.in tit.de insultu.& Iul.Clar.in prac. rcim.q.82.uer.statutum.& c.puniens insultum.

Statutum est, quòd pro insultu absque sanguinis effusione, pœna tantum sint decem. sed cum sanguinis effusione maior, pro arbitrio potestatis, cum cicatrice vero longe sit maior pœna. Dic, quòd iste pœnę maior, & maxima intelligantur pecuniarię. secundum Bal.in l. 2. col. 3. C. de proba. & Euerar. in centu.legali in loco. à ui comparatiui prope finē.

Statutum de insultu facto in domo, non habet locum in insultu facto in porticu. sed secùs est in hostio. prout ait Balfusius in l.1.ff.solu. matrim.2.col.uers. & ideo si statutum. & isdem Bal.in qq.ad statu.uer. insultus. & supra uer. assaltus. & Iul. Clar. ubi supra. Quid sit insultus in terminis statuti? respond. Barba.in consi.11.in 4.uol.per totum. Quid si non domum uel in domo insultat, sed in pertinentijs? respon. ut per Bal.in l.item apud §.Conuitium.ff.de iniur.& hoc statutum comprehendit etiam fœminam insultantem. prout ait Bald.in d.uer.insultus.

Si statuto caueatur, ꝙ pro insultu facto ad domum, pœna sit quinque librarum, altero statuto simpliciter, ꝙ uulnerans aliquem puniatur in centum, quidam non præcedente aliquo insultu uulnerauerit quempiam ad eius domum. certum est, quòd est maius delictū uulnerare, quàm insultare, an punietur in quinq;? respon. Bald.in l.cum ancillis.C. de incest. nup.sub num.6. quod in hoc non attenditur ratio legis, uel statuti, sed casus formaliter per statutum dispositus. Et not. ꝙ ille dicitur facere insultum, qui promouet se de loco ad locum. l.is qui aggressorem.ff.ad l.Cornel.de sicca. & Bar. in l.1.§.cum arietes per illum tex.ff.si quadru. paupe. fecisse dicatur.& Bald.super feud.in tit.qui.mo.feu.amitta.§.similiter. nu. 1. ubi dicit, ꝙ assaltum potest facere pedes, & eques, ut in

ſolo, & in aqua.d.§.Arietes, & ff. ad l.aquil. l. quemadmodum.§.ſi nauis alteram, & proſequitur. ubi Bal. latius proſequitur hunc articulum. Et ſtatutum habet locum etiam, ſi molendinarius aſſalitur in Molendino, uel nauta in naui. ſecundum Alber. in l.hoc edictum.§.ſi de naue. ff. de ijs, qui deiece. uel effu.& Tiraq. in tract.de vtroq; retract.§.1.in gl. 7.num.88.& Alber. in dictione inſultus. & Firma.in reperto.& Alber.in qq.ad ſtatu. & Bal. in d. uer. inſultus. & ſuper feud. in titu.de duobus fratri.in §.ſi duo,in prin.& Iodocus, in pract.crim. ubi de inſultu agit. & Boſſi. in pract.in titu.de inſultu. & Iul. Clar. in pract. crim.q.83.uer. uim publicam.

Si ſtatutum puniat inſultum ad domum,uel iuxta domum factum.aduerte quòd illud dicitur fieri iuxta,uel ad locum, quod ſit per duos pedes propè. ita dicit Ange. in l. quidam Hiberus.col.fi.in fi.ff.de ſeru.urba.prædio.

Ad ſtatutum noſtrum Ferrariæ. ſub rub.de pœna facientis inſultum ad domum alicuius de die. Dic, quod appellatione domus non comprehenditur apotheca, licet domui ſit coniuncta. & licet per eam ſit ingreſſus ad domum. Et hoc,attento communi uſu loquendi. ſecundum Paul.de Caſtro in conſ.45.incip.uiſo puncto.col.3.Et hoc ſtatutum etiã habet locum in filio cohabitante.ut ait Firma.in uer.filij habitatio.uer.x. Et quando dicatur inſultus ad domũ, & quid de quinque pedibus iuxta domum. Dic, ut per Bar. in l. itẽ apud labeonem.§.conuitium.ff.de iniurijs. Et quid ſi erat in porticu? Dic, ut in rub.de iniur. uer.Pone in ſtatuto.& præſumitur prius inſultaſſe, qui eſt rixoſior. prout ait Cardi. in clem. 1.q. 33. de homic. inſultus autem quando confundatur cum uulnere, & quando dicatur in perſonam, & quando ad locum, docet Aluaro. in c.1.col. 11. in fi. quibus mo. feu.amitta.inſultum non dicitur facere, niſi qui eſt adeò propinquus, quod poſſit lædere illũ,qui dicitur inſultatus.prout dicit Ang.in tract. malefi. in glo. faciens inſultum. In ſtatu.ibi decem pedes &c. An fiet menſuratio ab angulo domus ad

ipsum percutientem? responde ut per Roma. in l. si Titius. de aqua pluuia arcen. & Fely. in c. omnes. in fin. de constitu. Ad subsequens statutum Ferrariæ sub rubr. Pœna facientis insultum aliter quàm ad domum de die. Sed cui applicabitur pœna d. statuti? Dic, ut per Ias. in l. si quis id, quod. ff. de iurisd. om. iud. Ibi, uel in concione. & c. hęc sunt parlamenta. &. c. docet. de immu. eccl. lib. 6. ibi prædictis publicatis &c. Limita tamen, nisi fuerit animo occidendi, & ex proposito deliberato, ut supra in rub. de pœna homicidium committentis, fol. 150. in antiquis.

Ipso iure.

STATVTVM imponens pœnam ipso iure, dicitur executorium. secundnm docto. in c. fi. de electio. in 6. per. c. cano. vbi no. eodem ti. & c. fi. de sententia ex communica. & dicit Bar. in l. siquis maior. C. de transac. Nam ista verba ipso iure habent emphasim in ipso, hoc est expræssionem latentis rei. Scilicet, quando summa iuris authoritas sola sic obstat postulanti, vt nullo sit opus adminiculo defendendi reum cōuentum. ita dicunt moderni in lexico iuris. ver. ipso iure. Itē exponitur ipso, iure, idest totaliter. prout dicit Lucas de Pena. in rub. C. de iure fisci. lib. x. & Monteleo. in prac. arbi. parte. 4. pagi. 151. Et de istis verbis ipso iure. plenè agit Tiraquellus. in l. si vnquam. C. de reuo. dona. super ver. Reuertatur. & Ber. Diaz. in regu. 777. & seq. vsq; ad. 780. & Bermon. in tracta. de publicis concubinarijs. in verbo ipso facto. fol. 170. vbi plenè tractat de istis verbis ipso iure. & ipso facto. & in ver. iubemus. & in ver. priuet. & fol. 199. vide etiam Chacherannum. in decis. Pedemon. 3. & in decis. 29. nu. xi. & seq. vbi habentur plura. & vide Syluanum. in cons. 100. in 2. & Rolan. à Valle. in cons. 57. in 3. & ibi etiam de verbis nullius momenti, & nullatenus, & simi. nu. 46. & seq. & Crauettam. in cons. 239. per totum. in 2. vol. & Rui. in cons. 2. nu. 9. in 5. vol. & Papiensem in forma libelli in causa spoliationis possessionis.

ſeſſionis. ſuper ver.ipſo facto. & Alberi.in dictione ipſo iure. & Vantium in tract. de nullitatibus proceſſ. titu. quot & qui bus mo.ſub nu.46. pagi.44.vbi habetur fuſius. & Bar. in authē.de inceſt.nup.in prin.& Bar.in l.iubemus.§.1.ſub nu.12. C.de ſacroſanc. eccle. & remiſſiuè per Maran. in Specul. in 5.parte.ſub nu.34.pagi.124.& Bar.in l.meminimus.§. duobus.ff.de lega.2. & in l.iubemus.§.œconomus. C. de ſacroſanc.eccle.ſuper ver.priuetur.& quod no.in c.ſi diligenti.de foro competen. vbi ſi ſtatuto exprimitur ipſo iure, & tunc abſq; ſententia imponitur pœna, reſponde, vt per Neuiza.in conſ.6.per totum.& Ber.Diaz.in regu.543.& Portium in tracta.communium opi.conclu.2.lib.1.& in conſ.149.Idem, ſi dicat eo ipſo, dic vt ait Archiepiſcopus Floren. in regu. in pœnis de regu.iur.in vi.Et in dubio lex, vel ſtatutum non dicitur damnare quempiam ipſo iure, ſed per ſententiam iudicis.l.1.§.calumniatores.ff.ad Turpil.& dicit Bal.in auth.q ſe mel.C.quomodo & quando.iud.& Alex.in conſ. 124. in 1. vol.& Alberi.in l.amiſſione.§.qui deficiunt.ff. de capi.diminu.& Marſil.in prac.crimi.in §.aggredior. vt Politiano placet in epiſtolis, & Montano in epiſtolis. lib.5. in Epiſtola incipiente.Gratum feciſti.& glo.in ver.reddantur.in prag.in titu.de electio. pagi.43. Et quotiens in ſtatuto ſubaudiuntur hæc verba ipſo facto, vel ipſo iure licet expreſſe non ſint poſita, & quando loquuntur in præterito tempore, puta. beneficio ſit priuatus, vel ſit mulctatus, vel bannitus.intelligitur ipſo iure, & ipſo facto, nec eſt neceſſaria alia ſententia. ſecundū Alberi.in dictionario.per c.extirpandæ.extra.de præben.circa fi.& no.C.de iuriſdic. omnium iudi.l.in criminali. ubi & Albericus hoc dicit. & C. vnde vi.l.ſiquis in tantam.in glo. amittat.Secùs ſi in futurum loquatur.puta.priuetur, banniatur, mulctetur, quia tunc opus eſt ſententia. vt ait Fely. in conſ.7. & Bal.in titu.de pace conſtan.in ver. priuilegia omnia.vbi dicit, quòd licet verbum futuri temporis de ſui natura importet canonem ſententiæ ferendæ. Fallit, niſi tale

verbum

verbum sit geminatum. vt puta, si dictum sit, cassetur, & irritetur. plura de hoc dicit Marsil. in cons. 10. sub nu. 17. cum seq. & in cons. 52. sub nu. 20. & seq. in 1. uol. Et si bannitus bannitum capiat, non incurrit in pœnam statuti ipso facto, & sine aliquo iudicis ministerio. secundum Bal. in l. 1. col. 1. C. de secun. nup. & Arno. in soliloquio. 62. & Roma. in cons. 212. ubi dicit, quòd saltem est necessaria iudicis declaratoria. prout ait Ripa in c. 2. de rescrip. responsorum autem. lib. 2. cap. 2. & Fely. in cons. 25. & Benintendi. in cōclusio. bono. 37. Nam omnia iura mundi, quæ dicunt pœnam imponi ipso iure, uel ipso facto, debent intelligi, dummodo sequuta sit sententia declaratoria, per quam sit declaratum fuisse commissum id, propter quod illa pœna veniebat imponenda. Aliàs ista pœna effectum, & executionem non sortitur. ita dicunt Archidia. & Ioan. Andr. in c. 1. de homicidio. quos refert Alex. in l. si quis maior. col. fi. C. de transac. & Aemilya. in cons. 135. num. 9. & Bouius. in tracta. de statuta. præscrip. in glo. xvij. & Schala. de consilio sapientis. lib. 4. cap. 2. & dominus meus Cephalus. in cons. 171. in 2. Item statutum imponens pœnam per uerba futuri temporis, cum additione omnibus modis, vel similibus intelligitur ipso iure. nec sentētia requiritur. ꝑ ut ait Bar. in auth. vt defuncti, seù fune. num. 6. & Sozi. in cons. 22. in 1. parte. nu. 1. vbi dicit. quòd statutum, quod loquitur per verbum futuri temporis, non facit incidere in pœnam ipso iure. quia est necessaria sententia. vt no. in d. l. in criminali. C. de iurisdic. om. iudi. & in l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosan. ecclе. cum sim. per eum adductis ibi. Ad pœnā delicti per ius ipso iure impositā. Dic, quòd attenditur tempus delicti, quo ad tollendum illam pœnam, dato, ꝙ super uenerit causa, propter quam aliter deberet satisfacere de delicto. prout ait Fely. in c. quoniam contra. sub num. 14. de constitu. vbi habetur fusius. & vide Bossium. in prac. cri. in titulo. de sententijs. sub nu. 46. An autem iudex in terminis dicti statuti post latam sententiam cōdemnatoriam, possit ipsum reum absoluere?

absoluere? Ponit Fely.in c. inter.de sententia & re iudi. ubi dici t, quòd non.& Sozi.in consil. 22.in 1.ubi plenè habetur de hoc.

Interpretatio.

STATVTA nunquam contra rempublicam sunt interpretanda.secundum Bal.in l.1.§.ij autem.per illum tex. ff.ad sylla. ubi dicit, quod alibi melius q̃ ibi non reperitur. Fab. de Mon.in trac.de emp.& uẽdi.q.1.sub nu.10.& Marsil.in prac. crimi.in §.aggredior.sub nu.68.& seq.pagi. 136. & infra in uer.statutum dicemus.

Statutum remouens interpretationem,nunquam interpretationem intrinsecam remouere censetur. secundum Bal. in qq.ad statu.in uer.interpretatio.

Quotiens statutum habet aliquam interpretationem,quæ sit solita obseruari in iudicando,ab ea non est recedendum. prout dicit dominus meus Alcia.in trac.præsum.regu.2.præsump.30.& Neuiza.in sylua.lib.ult.

In statutis iniquis fit interpretatio,ut nihil operentur dicta statuta,ne aliquis fiat locupletior cum aliena iactura. secundum Bar.in l.fi.§.in computatione. C. de iure de libe. & in l.omnes popu.in 6.q.ff.de insti.& iu.& dominus meus Alcia.in rub.de præscrip.sub num. 15.

Statutũ antiquũ, debet interpretari sm interpretationem legis antiquæ,& non nouæ. nisi ueniat ad interpretationem casus dubius legis ueteris.pro ut gl.in auth.de filijs ante dota instru. circa fi. & Bal. in l. fi.§.locum autem.C.de cadu. tollen.& in §.seq.dicit,quòd per publicationem statuti,comprobatur ipsius statuti promulgatio. Et ideò, si esset necesse probare per testes statutum editum. quia codices statutorũ fortè sunt combusti,& testes dicerent,quòd audiuerunt statuta publicari, talis probatio sufficeret. quia ista publicatió est quoddam notorium, quo probato, probatum est factum præsumptiuè.ut no.in l.ea quidem.per glo.C. de accusa.

Statuta

Statuta ciuitatum non debent interpræta ri contra fiscum, neq; contra rempublicũ.ut dicit Ananias.in cõs.63.post Bal. &.Iaco.de Are.in l.2.C.an serūus ex suo fac.

Statutum pœnale, licet sit stricti i uris, & strictè sit interpre tandum. debet intelligi tamen etiam in casibus, inquibus est eadẽ ratio.ut ait Corne.in cõs.xi.in 1.parte.in 2. uol.litera.c.

Statuta cęteris paribus, sunt interpretanda, prout leges iu ris communis.secundum Bal.in l.gallus.§.quid si is. ff. de libe.& posthu. Adeò, ꝙ Bal.in l.quemadmodum.C.de agrico. & censi.lib.xi.dicit.quod statuta pœnalia, quę imponunt pœ nas pro delictis, sint fauore reipublice extendenda, ne scilicet delicta remaneant impunita.ut ait Corne.in cons.xi.in fi. in 1.uol.& Bal.in l.libertum.§.senatus.ff.de ritu nuptiarum. Habemus nos ferrarienses statutum de hoc.sub rubri.de interpretatione statutorum Ferrariæ. lib. 1.quod apostilla sic. Pone, quòd dicatur statutum iniustum, & ideò non seruandum, quis hoc cognoscet? uide Ray.de Forliuio. in repeti.l. omnes po.col.6.uers.deinde quæro quid si duo.ff.de iusti.& iure. quam repetitionem habes per Alberi. qui eam posuit in eius lectura. & uide Stephanum de Federi.in trac.de interpretatione iuris.& Euerar.in sua legali centuria.in loco.à ratione legis stricta, seù limitata ad restrictionem ipsius legis.item in loco, à ratione legis larga, ampla, seù generali ad extensionem ipsius legis. Et de interpretatione legum, & statutorum habetur in methodica iuris.parte.1.cap.8.Et de interpretatione legum, atq; statutorum restrictiua uide ibi. cap.9. & uide de extẽsiua.ibidẽ cap.x.& cap.xi.& ibidem de fictione iuris. Reliqua dic, ut habentur fusissimè per me.in meo tracta.de argumentis.in loco, à declaratione, seu interpretatione.ubi ad saturitatem dixi. & uide Lanfran. in tract. de interpreta.statutorum.Et no.quòd statuta recipiunt inter pretationem passiuam.& ista est communis opinio.secũdum Chircouium in tracta suo communium opi.centuria 4.conclu.52.num. 24.

Intra.

STATVTVM de procedendo in delictis intra annum cōmissis, intelligitur prohibere, ne procedatur de commissis ante annum. ut tradit Floria. in l. 3. ff. de seruitu.

Intromißio.

STATVTVM prohibens intromissionē uini nati extra territoriū, nō includit clericos. ut ait Bal. in consi. 198. incip. statuto ciuitatis Tergesti. & Grammati. in decis. Neapoli. 101.

Inuasor:

STATVTVM puniens inuasorem alicuius possessionis, non habet locum, si quis commodauit, & postea in uasit, quo ad commodantem. ut tradit Bar. in rub. de success. feu. uer. feudum.

Inuentus:

STATVTVM dicit. Si quis inuentus sit in domo alicuius, offēdi possit. Pone, Titius fuit inuētus in domo alterius, & vulneratus in domo, & extra, quid iuris? respon. vt per Alex. in cons. 24. nu. 1. in 2. Et statutum loquens de inuento in delicto, habet locum, cum capitur. non tamen est necessaria captura, sed sufficit deprehensio. vt ait dominus meus Alcia. in rub. de iudi. nu. 104. uide Cassane. in consue. Burgun. in §. 1. sub nu. 1. vbi, quis dicat inuētus, & de re inuēta habes fusius.

Habemus nos ferrarienses statutum sub rubrica, de occidente, vel uulnerante inuentum de nocte. quod statutum limita, vbi domus utriq; communis esset, & uterq; habitaret in illa. secundum Alex. in l. 1. C. qui testa. face. possunt. & Sozi. in l. serui electione. §. 1. uersi. & ista. de leg. 1. Et non sufficeret, si dicant testes insultum in eius domo commissum fuisse, sed oporteret, quòd dicerent, quòd tempore maleficij erat eius habitatio. ut ait Ange. in cons. 194. incip. uisis processibus. col. 2. Quis dicat in domo, dixi supra ī statuto, sub rub. in quibus casibus quis pro debito capi possit. fol. 55. in antiquis.

quis.& Paul.in conſ.45.incip.uiſo pũcto. Adde ad ſtatutum ſub rub. qđ liceat unicuiq; furẽ capere.fol.132.Alex. in cõſ. 76.num.12.uol.1. de iſto ferrarienſi ſtatuto meminit Menochius in ſuo trac. de arbitrio iudicis.q.80.in fi. & caſu. 104. num.7. ubi per domeſticos probari poteſt,quòd ſit inuentus in domo ille talis.No.q; qui ingreditur domũ alienam ignorante domino, per loca incedens, ubi poſſint uideri ſecreta domus,tenetur actione iniuriarũ.l.is qui domum.ff. de iniu. & ita dicit Caſt.in l.per agrum.C.de ſerui.& aqua. num.2.& ideò poteſt occidi propter honorem. ut ait Gerar. de Petra ſancta in ſingu.33. cum honor uitæ,& filijs præferatur. ut dicitur per Caſſaneum in catalogo gloriæ mundi.parte 1. conſiderationibus pluribus,& aliàs plura ad rem deduxi, in conſilio meo ad defenſam Dyoniſij Zaratini Comaclenſis, quæ hic nolo repetere. Quid ſi quis fuerit inuctus in palatio Principis,ubi quis habitaret,An ei,poſt acclamationem nocturno tempore factam, ſcilicet, ò la,che la.de qua Merlinus, in epigrammate.3. his carminibus.

Quare ſi quemquam clamamus, dicimus ò là
Et qui reſpondet conſonat ore,che là?
Si quis habet voiam huius ſapere caſonem,
Dicam,dum dicat primiter ille mihi.

Liceat ſic inuentum ibi occidere? & uideretur prima facie dicendum, quòd non. quia appellatione domus non uenit Palatium Principis.l.pen.C.de offi.rectoris prouinciæ.in rubri.C.de Palatijs,& domibus dominicis.lib.xi. ubi etiam docto.& ubi non habet locum diſpoſitio,non habet locũ diſpoſitum.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudica. Et uerba ſtatutorum ſunt propriè accipienda.l.1.ff.ſi ager vectiga. uel emphy.Et in ſtatuto non fit extenſio ex identitate,uel maioritate rationis; ut per glò.& docto.in auth.quas actiones.C.de ſacroſanc.eccle.& in l.ſi conſtante. ff. ſolu. matri. & glo.in l.

tam is.§.1. ff. de dona.cau.mor. unde statutum de domo nō extenditur ad meritoria.idest stationes. ut per glo. in l. lex Cornelia.§.domum.ff.de iniurijs.per illum tex. Sed contrarium uidetur respondendum. Cum sit eadem ratio. & ita est decisum usq; quaq;. Apellatione domus intelligitur ea, quæ sit ad habitandū apta,uel deputata.vnde non uenit apotheca.etiam si dicatur de qualicunq; domo.ut tenet Fely. in c.sedes.sub nu.5.de rescrip.Et appellatione domus plura ueniunt.de quibus uide Gratum.in responso.67.nu.10. in 2.& no. quòd partem domus possidens,totam domum possidere uidetur.Fallit, si alius etiam possidet aliam partem.ut ait Cępolla.in consi.35.num.10.in ciuilibus consilijs.

Ire.

DICIT statutum,si quis iuerit de tali loco ad talem,amputetur illi pes. Pone modo,duo testes dicunt uidisse ire usque ad dimidiam partem, alij duo usque ad aliam dimidiam, an coniungantur, ut unus sit locus? respon.Bal. ꝙ non. in l. obseruare,num.13. C. quando prouocare non est necesse.

Intrante.

STATVTVM punit intrantem uineam alienam in centū. Quid si quis intrauit de uoluntate domini? respond. non teneri. ut dicit Bald.in l.quamuis.ff.de in ius uo. uide eum.

Statutum uult intrantem in rē alterius soluere debere cētum dño,Pone,quidam intrauit uineā, hæreditate iacente, deinde hæreditas est adita, an hæres ex forma statuti petere poterit illa centum? Et respondet Bar.in l.si ex re.§.illud. ff.de stipula.seruo. quòd non.l.3.§. ex hoc edicto.ff.de nego.gest.

Statutum dicit, si quis intrauerit uineam alicuius, puniatur. an tempore necessitatis erit licitum intrare uineam, & vuam comedere? respon. Fely. quòd sic. de quo uide Cagnol.in l.quę propter necessitatem.ff.de reg.iur. Non tamē

erit

erit licitũ vuas exportare, ne sint similes rusticis eas asportantibus, qui per plateas trahuntur, ad collum vuis pendentibus, ut per Tergesti nos obseruatur.

Statutum prohibet ingressum palatij. si quis ingreditur non per Portatum palatij, sed per stabulum. an punitur? resp. Bal. in l. obseruare. §. fi. ff. de offi. proconsulis, quòd sic. & ibi dicit, quòd vnus quisque debet intrare per loca consueta. An statutum comprehendat intrantem authoritate iudicis inualida? respon. ut per Bar. & Alex. in l. iustè posfidet. ff. de acqui. hære. & Soz. iunio. in consi. 18. in 2. per totum. Et statutum requirit actum perfectum. secundum Floria. in l. arboribus. §. idem tractat. ff. de usufruct. Et non comprehendit coacte intrantem, uel inuitum. ut ait Marsil. in l. 1. §. fi. num. 27. ff. de qq. an uerò comprehendat eum, qui fuit ingressus possesionem, non seruata forma statuti? respon. ut per Corn. in consi. 250. in 1. uolum.

Statutum est permittens ingredientẽ possesionem alterius, posse ab eo offendi in ipsa possessione. Pone aliquis ingredientem in eius possessione uoluit offendere, & fugiẽtem persequutus est, & offendit extra possessionem, an talis offensio erit impunita? respõ. quòd sic. Bar. in l. quòd ait lex. ff. de adult. propter initium, quod fuit impunè. & ita tenet Marsil. in singu. 255. & Corn. in consi. 203. in 2. uol.

Municipes possunt statuere, ut quicunque intrauerit uineam, uel quid simile, soluat decem. ut insti. de iure naturali. uer. ius autem super uer. vsu. & ff. de capi. dimi. l. tutelas, & l. 2. C. de noxa. actio. ff. de priuil. credit. l. antiochensiũ. ff. de regu. iur. l. nec ex prætorio. & ita dicit Amanellus. in singu. isto.

Statutum uult, quòd de introitu horti, & damno stetur iuramento accusatoris, & illius, qui se dixerit dominum, laboratorem, & fructuarium. Pone quidam iurauit Petrum uidisse intrare in hortum, An sufficiat? respon. quòd nulla est facta probatio. ut dicit Bar. in consi. 89. in 2. quia dictus

iurans

iurans debuit deponere,ut testis,& probare, vt testis in suo dicto. De ualore dicti statuti tractat Plot. in l.si qñ.nu. 763.

An ingrediens fundum alienum iudicis authoritate, euitet pœnam statuti in intrantem rem alterius ordinatam? respon.quòd non. Alex.in consi.119.vol. 6.col.6.uersi. & pro hoc.& Bar.in consi.91.& in l.iustè possidet.ubi Alex.& docto.ff.de acqui. poss. & Soz.iunior in consi. 18. in 2. vol.

Statuto cauetur,quòd nobilis non possit intrare palatium nisi tempore consilij,sub certa pœna.Si nobilis intrauit palatium,nescitur tamen,quo tempore,præsumitur,quòd non intrauit tempore non consilij,ne cadat in delictum. & ita dicit Bar.in l.nõ solum.§.sed vt probari.ff. de operis no. nun. & Abb.in c.auditis . de præscrip. & Marsil. in consil. 1. sub nu.2.& Plotus in pag. 360. Et no. quòd aliud est ingredi,& aliud retinere.ut ait Cur. iun.in consi.108.vol. 2.ubi plenè de hoc tractatur.

Iudæus:

STATVTVM, quod uiget in loco, habet locum etiam in iudęis,ibi commorantibus,ut ait Nata in c.quamuis . nu. 43. de pactis in 6.vide Corn.in consil.114.in 1.vol. &Rol. à Valle in consi.35.in 2.& Marcoardũ. in trac.de iudęis .

Statutum,quòd nullus artifex in festiuitatibus,in quibus sunt feriæ,in maleficijs audeat, uel pręsumat laborare, uel apothecam aperire, non comprehendit iudęos pignora ob fœnus accipientes, uel restituẽtes. vt dicit Bal.in consi.112. in 4.uol.

Statutum, quòd matrimonium non possit contrahi cum puella, nisi cum consensu agnatorum,& cognatorum,Non habet locum in iudęis . ut tradit Plotus in l. si quando . sub nu.362.C.unde ui.

Iudex:

DICIT statutum, quòd iudex,si infra tamen tempus nõ expediat processum,puniatur &c.Dic,quòd si non expedit,

pedit,sed dimittit successori,nihilominus punitur. quando scilicet partes institerunt pro expeditione.ut dicit Paris de Puteo.in tracta.syndica in §.successor. & Firma.in reperto. uer.iudex. & Alberi.in qq.ad statuta.q.56.& 57.in 1.par.& Anto.de Bu.in c.cum sit generale. de foro compe.& in c.1. de supplen.negligen.prælato.de quo etiam uide Grammati.in consi.54.ubi pro se ipso fecit illud consilium.

Quid si iudex in pronunciando dicat.Quod si dicta condemnatio est contra,præter,uel ultra formam statutorum ciuitatis,ex nunc pro ut ex tunc, & econtra,sit reducta ad formam statutorum. & ita eam tulit,fert & profert,declarauit, & declarat. omni meliori modo. &c. An ex ea reus intelligatur condemnatus ea pœna, qua sit dignus ex forma statuti?respon. Alber.in qq.ad statu.q.180.in 2.par.& Bal.in qq. ad statu.uer.contrahere. ubi dicit, quòd non. An erit tutus in syndicatu?dicit Paris. ubi supra. quòd non. & Bal. in qq. ad statu.uer.clausula.nu.2.Si tamen iudex non seruauit statuta ex iusta,uel euidenti causa,propter utilitatem publicã, non tenetur in syndicatu. ut ait Cataldi.in trac.syndica. sub nu. 18. & quando possit pœnam augere, uel minuere. ponit Blancus.in prac.crim.fol.74.nu.71.& pluribus seq.

Pone, iudex iurat seruare statuta ciuitatis, Postea iudicat cõtra statutũ continens id, quod ius commune,an erit periurus? resp. Rom.in l.mancip. C.de seru.fug.distinguẽdo sic. Nam, aut statutum continet id,quod ius commune ciuile,& ius commune municipale.& Bal.in l.2.ff.de consti. prin. dicit esse casum singularem. in l. magistratus.ff.ad municipales.Et dicit Roma. hoc statutum nescio extendere,nisi causa sit tantę summæ &c.uide eum.

Statutum dicit, quòd iudex nõ possit cognoscere. nisi causa sit tãtæ summæ, sub tali pœna.An fiet coaccerуatio pluriũ summarum ex diuersis actionibus debitarum ad iurisdictionem includendam? respon.ut per Fely. in c. ex parte decani. de rescrip.

Sta-

Statutum dicit. quod ſi iudex vltra quàm debuerit,condẽ nauit,teneatur condemnato ad totum illud.ſi iudex condem nauit in tota quantitate indebitè,tenebitur & illi,ut tenẽ in tota.ſm Paul.de Caſt. in l.ſi ſeruus.§.ſi ita.nu.3.ff.de lega.1.

Si iudex ex forma ſtatuti, uel reſcripti habet pleniſſimam poteſtatem procedendi, & condemnandi,pro ut ſibi placue rit,& uoluerit,nulla ſeruata legis,uel ſtatuti diſpoſitione. At tamen per hoc non poterit tollere ius quæſitum parti ex iure gentium,uel ciuili,uel ex forma alicuius ſtatuti. vt dicit Mar ſil.in prac.crimi.in §.conſtante.num.25. Et iudex,quo ad for mam iudicij debet ſeruare formam ſtatutorum loci, vbi de cauſa cognoſcit.ſed quo ad cauſæ deciſionem debet ſeruare iura loci,vbi delictum fuit commiſſum.l.ſi fundus.C.de eui ctio.De hoc tradit Corne.plura.in conſ.114.in 1.vol.& nunquàm debet recedere à pœna ſtatuti in iudicando. vt dicit Ancha.in c.canonũ ſtatuta.de cõſtitu.in 14.q.prin. col.122.

Iudex obligatus ſub pœna ſtatutaria finire cauſas,non incurrit pœnam, imponendo perpetuum ſilentiuum. vt dicit Ange.in reperto.ver arbiter.& Bal.in auth. qui ſemel.col.4. C.quomodo ~~& tamen iudex.~~

Iudex, qui extraordinem procedit ſuper crimine,poteſt ſententiam, quam vult dicere, vel leuiorem vel grauiorem, dummodo in condemnando non excedat modum.l.hodię. ff.de pœnis.Fallit in pœnis à ſtatuto determinatis. quia præ cisè habet ſeruare ſtatutũ.vt ait Iaffred. in deciſ.58. uer. Sed tempora hoc, ut per Bal. niſi ſubeſſet legitima cauſa. ut per Tiraquellum habetur in tracta. ſuo, de pœnis temperandis, uel minuendis.per totum.

Statutum licet non eſſet allegatum in iudicio, poterit tamen iudex pronunciare ſecundum ſtatutum.quia iurauit ſer uare ſtatuta.ſecùs eſt in conſuetudine, quæ debet probari.& quando iudex iurat ſeruare ſtatuta, tenebitur,etiam ſeruare ſtatuta poſt edita.licet non teneatur ſeruare ſtatuta,quæ dice rent.quòd quis non audiatur in ſuis defenſionibus,uel quòd

iustitia denegetur. ut ait Paris de Puteo in tracta.syndica.§. statutum.& Cataldi.in tracta.syndica.num.38.Et statuta ex trauagantia,& non posita in uolumine statutorum,puta si sint in archiuio,sunt alleganda & producenda,aliàs iudex non teneretur de necessitate ea sequi.ut tradit Paris de Puteo.in d. §.statutum.uide Alberi.in l.sed & si per prætorem.§.ait prætor.ff.ex quibus cau.maio.Et iudex, qui differt causam prætextu alicuius dubitationis,quæ tamen sit nulla, punitur secundum legum sanctionem infamia,& triginta libris auri. l. cum,quem temerè.§.1.ff.de iudi.&.l.pen.C. de pœna iudi. qui malè iudica.iure autem pontificio suspenditur per annũ ab officio. c.1. de sententia & re iudi.no.in c.intimasti. post gl. fi. de appella.& no.quòd non sufficit iudici aliquod delictum esse notum, ut reum delicti punire possit. Nam ei debet esse notum delictum in forma iudicij.argu.2.q.1.c.nos in quemquam. & dicit Archiepiscop. Flo. in summa titulo de cõfessione.lib.3.§.13.& in titu.de articulis,in quibus Gratianus non tenetur in decreto. §.3.Mille. in prac.crimi.titu. de notorio.& Butri.in tracta. de notorio.Et debet iudex esse misericors in pœnis. ut per Marsil.in eius prac.ad fi.& dominus meus multiscius.D.Iacobus Cagnacinus Ferrariensis.in regu. in pœnis. de regulis iuris in 6. ubi de hoc habetur fusius.An iudex teneatur seruare reo impunitatem promissam, si blanditijs eum induxit ad confitendum. Dic,ut Viuius in suo tracta.communium opi.uer.iudex promittens liberationem &c.uide etiam Claudium.in regula criminali.42.& regu.153.ubi plura adducit, quæ rimari habet iudex in criminali.& uide Iulium Clar.in prac.crimi.in locis,de quibus in eius repertorio.ubi ad plenum.in uer.iudex.uidebis de hoc.

Iuramentum.

OMNES Itaq; officiales in ipso statim officij ingressu iurare debent,quòd officium suum bona fide,& sine fraude facient,remoto prætio,& qualibet alia petitione & pro ut

& sicut in statutis locorum continetur.auth.vt ius iurán. qđ præstatur.& auth.præsides.C.de episco.audien.vbi dicit hoc etiam Alberi.per illum tex. & Ferratius in cautela.3.& Afflic. super constitu.regni.in præludijs. q.xij .sub nu.8.& ideo debent seruare statuta,non ius commune . aliàs sunt periuri . c. Clericus. de iureiu. Facit, qđ inquit Iaſ.in l.lecta.in 2.col. uerſ. secundo principaliter. ff.de iureiuran. & Ange.in trac. malefi.fol.10.col.fi.& Bar.in l.stipu.§.cum stipulamur.nu.3. ff.de verbo.obliga.Occa Ferrarien.inter conſ. crimi. diuersorum.per Zilet.in conſ.100.nu.10.& seq. Tomo 2. uide tamen Nattam.in conſ.19.per totum.ubi ponit Fallétias. Quo sic præstito,pro eis est presumendum, cum salutis suæ immemores non præsumantur. ut ait Bal.in l.fi.C.ad.l.Iul.repe. & dominus Alcia . in tracta.præsump. Quod sanè iuramentum debet fieri in manibus ipsius principis,uel locum tenentis, uel eo absente,coram metropolitano episcopo , uel primate ciuitatis,de bene gerẽdo.auth.de defenso.ciuita.§. interim. & in l.rem non nouam.C.de iudi . Et in tali iureiurando administratio accipitur.eo . titu.§.necessitatem.in constitu. regni.quæ incip.Item recipiat iuramentum. Et absq; hoc iuramento non potest , quis exercere officium.& qui exerceret, teneretur eadem pœna,qua & is, qui propria authoritate officium sibi usurpat.& sic pœna criminis lęsę maiestatis.l.3.ad fi.ad.l.Iul.maiesta.ut ait Lucas de Penna.in l.unicuiq;. C.de proximis sacro . scrini . lib.x.Et per tale iuramentum statuta ciuitatis confirmantur.ut ait Arno.post alios in Epito. 86.& Marsil.in singu.71.licet ob id mala, & iniqua statuta seruare non teneatur . secundum Gandy. in trac. malefi. in titu . de obseruantia statutorum. & Pari.de Puteo.in tracta.syndica. in § . potestas . in fi.c.erit autem lex.4.dist. & etiam in notorijs,licet iurauerit seruare statuta,procedit iudex absq; ordine.ut ait Páris de Puteo. ubi.supra.in §.latro.& Carrerius.in prac.crimi.in prin.sub nu.44.An iurans seruare statuta, censeatur obligatus seruare tantum edita,uel etiam edenda. Di

xi supra

xi supra.in uer.iudex. & Archiepiscopus Flo. in summa lib. 2.titulo de absolu.à iuramento. §.6. Et iurans seruare statuta,& promittens sic seruare,tenetur ea seruare, de iure ciuili. aliàs secùs. Et hoc iuramētum semper habet in se clausulam iuris.Salua superioris magistratus iurisditione,Ideò, qui iurauerunt seruare statuta sua,& cōsuetudines,ij,possunt, & nihilominus debent admittere cognitionem superioris iudicis.ut aiunt Moderni. in lexico iuris.uer.iuramentum. Et iurans seruare statuta,tenetur ad ea,quæ durant durante magistratu.l.fi.ff.de pœ.si imponitur pœna uenienti contra statuta, non habet locum ultra edita.secundum Bal. in l. omnes populi.ff.de iusti.& iu. An autem iurans seruare statuta, uel contenta in statutis,incurrat, contrauenicndo,in periurium, sublatis ipsis statutis?responde ut per Fely.in c.1.nu.5.de iureiu. & in c. ex parte.nu.19.uide Brunum.in consi.35.col.fi. An autem iurans seruare statuta in die feriato in honorē dei, teneatur seruare d.statuta. cum iuramentum illo die sibi deferri non possit?respon.Ferratius in cautela.3.quòd non.Sed istam cautelam refellit Petrus Rebuffi. in tracta. de priuilegijs scholarium.in priuilegio.75.Nam iuramento (ut scias) semper, & præcipuè apud nos fuit, & est maximi ponderis, ut Plato ostendit.in 2.de legibus & Cicero.in 3. officiorum. & in oratione pro Pompeio,& pro Flacco.& latè. Gellius dicit lib. 7. cap. 18. & demonstrat Curti. sen. in consi. 65.in fi. ubi dicit, quòd iuramentum est sicuti herba Bettonica, quæ est bona in omni re. quia fugat malum genium.ut dicit Tiraquellus in suo tractatu de legibus connubia. & quòd iuramētum sit magni ponderis,ostendit plenissi mè Anchara.in cōs. 226.ubi ponit laudes ipsius.& est tex.in c.omne.xxij.q.1. Et apud Romanos, & alias omnes ferrè nationes semper in maximo præcio fuit.ut ostendit Alex.ab Alexandro.lib.5. Genialium.cap.x.Nam dicebat Lucilius,quòd iuramentum nil aliud erat, quàm emplastrum æris alieni. de quo Gellius lib. 16.cap.7.& refert.d.m.Alcia.parerg.lib.8.cap.2. Et propter

dubitantes adinuentum fuit iuramentum.ut inquit glo.22.q.1.in summa.quam commendat. Andr.siculus. in rub. de iureiu.in clem. licet superuacaneum esse,quidam dixerint iuramentum.pro vt Cicero.in oratione pro.Q.Roscio. circa medium. dicens, ꝙ qui propriam fidem spernit,& iusiurandum quoq; spernet.& qui mentiri facilè solet, peierare consueuit. & quem inducere possum,ut mentiatur, vt peieret,exorare facilè potero, & qui semel à veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium,quàm ad mendacium perduci consueuit.cętera nostis.Hinc Dyonisius Tyrannus dicebat, (vt est apud Valerium) ꝙ quemadmodũ pueri talis decipiũtur, ita viri iureiurando.Hinc multæ nationes fuere,quę iusiurandum cõtempsere.vt pœni Galli,& alij,quos enumerat Alex. ab Alexandro.d.lib.5.cap.x.quorum opinio comprobari potest.quia,si uir probus est,ita promissum seruabit absq; iuramento,quemadmodum cum iuramento. Hinc Athenienses Xenocrati crediderunt absq; iuramento.quia (vt dicebant) vir probus erat.quòd si est improbus(dicebãt)periurij occasio dari non debet.c.ille.22.q.5. Et ideo dñs noster hoc animaduertẽs,ait.Sit sermo uester est est.c.& si Xps de iureiu.ꝙ ante Christi tempora Clinia Philosophus obseruauit.ut Basilius refert.in libro quomodo ex lib.gentil.pro fi.poss. & dicebat Ange.in l.post perfectam.C. de euic.quod iuramentũ suo tempore non ualebat obolum. quod Alexandrinus refert.in consil.56.& supradicta non obstant. nam quo ad orationem Ciceronis pro Q.Roscio.responde,quòd ut supra dixi.alibi contrarium dixit.Nec est facienda uis de ijs orationibus.cum sint temporum,& causarum,non ueritatis. ut ipsemet Cicero inquit.in oratione pro Cluẽtio.ita in simili videmus,de iure ciuili, quod extollit ipsemet in oratione pro Cluentio,& in oratione pro Murena deprimit,secundũ causarum statutum. Minus facit dictum Dyonisij.quia fuit sacrilegus,& pœnas perfidię suę dedit.pro ut de Pœnis videmus, quorum ciuitas ob periuria à Romanis destructa fuit.Nec in

conuenit, non nullas esse nationes, quæ spreuerint iuramentum. Quoniam ut ait iurisconsultus. in l. quæ sub conditione. ff. de condi. iusti. illi, qui religionem, & Deos contẽnunt, iuramentum etiam spernunt, sed secùs, quoad nationes bene institutas. Et not. quòd maiorem habet authoritatem hodie iuramentum de iure canonico, quàm olim haberet de iure ciuili. nam olim, si non ualebat contractus principalis, nec etiam iuramentum ualebat. l. non dubium. C. de legibus. l. iurisgen. §. fi. ff. de pact. l. si quis inquilinos. §. fi. ff. de lega. 1. Hodie non est sic de iure canonico, dummodo possit seruari sine peccato. c. cum contingat. de iureiu. & ponit Paul. de Castro in consi. 90. in 2. uol. Quæ personæ teneantur iurare, ponit Tiraquellus in tract. de præscriptionibus. in §. 1. in glo. 8. vide omnino. An in iureiurando sit opus scripturarum tactu? & communis est opinio, quòd non. ut ait Soarez. in suo thesauro communium opinionum. in uer. iureiur. Fallit, ut per dominum meum Alcia. in rub. de iureiur. & Cassan. in consi. 24. col. fi. & de his satis. reliqua dic, ut per me dicta sunt in meo tractatu de argumentis. in loco de iuramento confirmatorio ad assertorium. ubi fusissimè de hoc habetur.

Statutũ punit iuramẽtũ falsum. Pone, quidam respondẽs inquisitioni, iurauit contra ueritatem. An punietur statuto & respon. Alex. in Apostillis ad Bar. in l. 1. ff. de bonis eorum, qui sibi mor. consci. quòd non. & ita fuit per alios consultũ. ut ait Neuiz. in sylua nupt. lib. 3. nu. 43. ubi dicit, se alibi nõ legisse. uide Marsil. in l. quæstiones. sub nu. 86. pag. 138. ff. de quæstio. ubi dicit, quòd reis multoties in officio finxit eis uelle deferre iuramentum de ueritate dicenda, & cum uideret eos manum extendere super scriptura, retrahebat ad se scripturam. Verum enimuerò. Hadrianus Papa, quod libro 3. char. 29. prout cum sic refert Neuiza. in sylua nupt. lib. 3. sub num. 44. ait, quòd iudex tale iuramentum deferre potest, etiã si suspicetur, quòd deierabit: & ait Franc. Mar. in decis. Delphina. q. 674. in 1. parte. uide consi. d. Torelli de Prato. inter

consi.

consi.crimi.consi.41.ubi dicit hanc esse communem opinionem, quòd non est periurus. quia, quando quis iurat, non ex mera uoluntate sua, sed necessitate iuris scilicet municipalis, excusatur. ut est tex.in l.fi.ff. de in litem iuran. de quo ad rē Alba. in cōs.9. nu.52.& uide Beroiū in.q.134.ubi si minor respondendo inquisitioni peierauit, potest aduersus confessionem restitui, & non punitur, & q. ultima. forte uoluit allegare glo.in c.irreligiosum.in uer.paruulos distin. 87. quæ uidetur facere in arg. Sed secus, si a parte, quia iudex, debet communi hominum utilitate prospicere. De iuramento autem purgationis rei de delicto suspecti.ponit Archidiaco.in summa in titu.de purga.cano.lib.3.titulo ix.c.x.& Plot.in repet.l.si quando.C. unde ui. sub num. 407. & Damuderius.in pract.crim.cap.43.cum seq.ubi habentur plurima de purgatione reorum. & Plot.ibi.num.372. & Rota in decis. 294. in nouis. & Plotus ubi supra dicit. quòd in causa criminali nunquam est deferendum iuramentum. uide Cassan. in consuet. Burgun.§.7.ad fin.pag.79.& Clau.in regu.crim.61.& quando casus est excusatiuus à pœna, ne eam quis incurrat, casus fortuitus probatur per iuramentum. si dicti casus fortuiti difficilis est probatio.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re milita. &.l.fi. C. de fide instrumen. secus est dicendum, si faciliter potest probari.quia allegans casum debet probare illū manifestissimis rationibus. l.creditor. C.de pigno.actio. cum simil. & probat Pet. de Vbal.in tract.de societate.circa.8.par. princ.sub nu.14.quem uidere necesse est.

Si quis habet mandatum ad iurandum speciale. si falsum iurauit, ob quod ex forma statuti pœna erat iactura causæ, nō tenet. ut ait Capiccius in decis.Neapoli.67.

Iussus.

STATVTVM, quòd iussus iudicis excuset à pœna. intelligitur. dummodo emanauerit causa cognita, quia aliàs esset nullus. secundum Marsil.in pract. crim. in §. nunc uidendum

dũ,nu.41.& tradunt doctor.in l.iustè possidet.ff.de acq.pos.

Iustitia.

QVOMODO intelligetur statutum, si dicat, quòd non fiat alicui iustitia? respon.ut dicit Marsil.in prac. crim. & Paris de Puteo.in tract.syndic. §.1.per statutum. in l.fi. C. si à non compe. iudi.

L.

LANA.

PROHIBET statutum,lanam exportari extra ciuitatem,seù districtum. Pone,aliquis exportat pelles lanutas, an incidit in pœnam statuti? respon. Alberi.in qq.ad statu. q.12.parte.1.quòd sic. l.si cui lanæ.uer.Sed an pelles.ff.de leg.3.Et nota,quòd pilus nõ uenit sub nomine lanæ,vt ibi dicitur.

Lancea.

DICIT statutum, si quis lanceam portat,uel cum lancea percutiat,puniatur tali pœna.Dic, quòd deferens hastam, vel percutiens hasta, non comprehenditur statuto, vt ait Ange.in l.3.ff.de ui & ui arma.

Lata culpa.

QVANDO statutum loquitur per nomen iuris importantis dolum de sui natura, vt furtum, & falsitas,Lata culpa non æquiparatur dolo, sed excusatur propter temeritatem.vt ait Ang.in l.plagij.C.de plagia.& Areti.in l.in actionibus.ff.de in litem iuran. & Plotus in repeti.l.si quando.C. unde ui.vide Iul.Clar.in prac.crimi.q. 84.in prin. in uer.dixi. & in uer.culpa dicitur.in §.homicidium. & ego plura de dolo,& culpa,& cæteris dixi in meo tracta.de argumentis.in loco à dolo & culpa.

Latro.

Latro:

SI ex forma statuti latro famosus intelligitur, quia tria furta fecit, Decretum illius statuti habet locum, siuè quis ea fecerit simul, siuè successiuè. secundum Bar. in l. si quis ergo. §. quòd ait. ff. de ijs, qui no. infa. Dum tamē sint distincta. Sed Bal. contra. quoniam requiritur temporis distinctio, quando punitur propter consuetudinem furandi. quæ consuetudo non inducitur in instanti tempore.

Latrunculator.

SI latrunculator uehementer errat in criminalibus, fiscus non habet restitutionem in integrum. secundum Arno. in Epitome. 37. qđ dicit in actu practico memoriæ cōmēdādū.

Si statutum dat formam proscribendi, siue banniendi, illam seruare tenetur latrunculator. secūdum Bal. in addi. Specula. in tit. de execu. sententię. & Marsil. in singu. 293. Et dicitur latrunculator, vulgo iudex maleficiorum. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudicijs. quandoq; dicitur quæstor parricidiarius. vt dicit Iodocus in prac. crim. cap. 37. pag. 85. De latrunculatore, fusius loquitur Cassaneus in catalogo gloriæ mundi. parte. 7. considera. 26. Et no. quòd latrunculator est iudex competens super damnis datis. vt ait Vantius in tracta. de nullitatibus process. pag. 79. nu. 47. in fi. in paruis.

Leges.

AN hodie per statuta tollantur leges, quę loquuntur de maleficijs? ponit Spec. in tit. de pœna temerè litigātiū.

Legitima.

SI statutum obligat patrem ad solutionem legitimę pro delicto filij, pater tenetur eam soluere, habito respectu ad patrimonium, quod habebat, quando deliquit, quia si post commissum delictum, creuit patrimonium patris, ista pœna statuti non extenditur ad futura bona. vt dicit Bal. in l. si plures. §. lex Cornelia. ff. de vulga. & pupilla. argu. l. si tibi mandauero.

dauero.§.is,cuius bona.ff.manda.& Bal.in l.si qua pœna. ff. de ijs,qui sunt sui.vel alie.& Cassanę.in catalogo gloriæ mũdi.parte 6. considera. 26. & Iaf. in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. vbi legitima curialium filiorum est nouem vnciarum.vide Viuium in tracta. communium opinio.ver.statutum disponens,quòd pater. &c.pag.208.in 1.par.& Cottam in tract. rerum memor.uer. pater obligatus. Item statutum, quod Perusij, & in tota ditione ecclesiastica est. quòd pater teneatur soluere legitimam pro filio condemnato, non habet locum, quando pater ultra filium, haberet etiam nepotes ex filio. prout de hoc decisio est Perusina.xi.num. 27. Et si ex statuto pater teneatur pro filio condemnato ad legitimam, pro filio bannito in contumaciam,etiam soluere legitimam tenetur. & hæc communis est opinio. ut tradit Chircouius in suo tract. communium opin. centur. 2.conclu. 69. pag.68. Et statutum ualet, quòd pater teneatur soluere legitimam pro delicto filij.ut ait Michael Grassus in tract.de cõi opin.lib.2.c.5.q.23.

Leuare manum.

LEVANDO manum quis pro percutiendo aliquem, punitur statuto,licet non percutiat. ut ait Ange. de Aretio in tractatu malefi.super uer. admenauit. quod uerum putat. Guid.Pap. sing.412.si per eum nõ stat,quominus percutiat, si autem pœniteret eum,nec percuteret,cum posset, tunc secus. quod probat. uide eum.

Literæ patentes.

OFFICIALI iudici maleficiorum ex statuto electo,nõ creditur sine literis, & patentibus. ut dicit Amodeus in tract.syndic.vbi plura dicit ad hoc.& Cassane.in consue. Burgun.in proœmio.super ver. commission.pag. xj.

Locus certus.

STATVTVM dicit,quòd bestiæ possint pascere in certis lo

cis,& pratis.& non in alijs. Pone, quidam accusauit, quòd bestiæ pauerunt in aliquo prato: Si non probat, quòd in prato prohibito, non obtinebit. quia certus locus est de substantia actus. vt ait Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. sub num. 154. de probatio. in uer. testium depositionem. Et locus quandoq; accipitur pro tota villa. secundum Alberi. in qq. ad statu. q. 52. lib. 2.

Lodia.


STATVTVM de delictis in uia publica, Etiam habet locũ, quando sint commissa in Lodia publica. vt dicit Floria. in l. 1. ff. de ijs, qui deiecerunt, vel effu.

Ludus.


LVDENS falsis taxillis tenetur furti, nec fit dominus pecuniæ. quam lucrifecerit vt ait Bal. in l. fi. C. de condi. ob causam. argu. l. falsus. ff. de fur. in princ. & Paris de Puteo in tracta. de Ludo. & ideò teneretur pœna statuti.

Statutum loci vetans, vel puniens ludentes, licet ludus nõ esset turpis, tamen, quia esset reprobatus â statuto, victor tenetur victo ad restitutionem. & in uia fori, & in uia poli. aliàs. secus. secundum Bal. in d. l. fi. C. de condi. ob causam. An tali statuto comprehendetur iudæus? resp. vt per Barba. in consi. 65. in 3. Et not. quòd percutiens receptatorem Ludi, aliqua pœna nõ tenetur. immo nec ad expẽsas. vt ait Paris. in tract. de Ludo. nu. 46. immo etiam nec ciuiliter potest conueniri. & si etiam furto aliquid quis ab illo subduxerit, uel surripuerit. non punietur ut tenet Stepha. Costa. in tracta. de Ludo. & ibi dicit, quòd iudicis arbitrio venit puniendus. ibi in §. 3. sub nu. 14. vbi glo. ver. ludibrio. in prag. titu. de spectaculis. non facien. in ecclesia. pag. 225. & Grammati. in consi. 35. ad fi. & Blancus. in practi. vbi de ludo agit. ludens autem ad caseum, vel pisces & simi. non punitur pœna statuti de ludentibus ad dennarios. secundum Ange. de viso. in consil. incip. visi statuto.

Statutum dicit. Si quis spectauerit ludentem ad taxillos, puniatur in x. pone, si mandem tibi, quòd tu videas, an habebit locum inte statutum? respon. vt per Bal. in l. non ideò minus. sub nu. 28. C. de accusatio. Item si ludentes se inuicē impellentes crus, vel quid simile sibi frangant, non tenetur impellens statuto, nisi studiosè id agat. secundum Bal. in l. si ex plagis. §. cum pila. per illum tex. ff. ad l. aquil. Item statutum potest negare restitutionem uicto in ludo. l. pen. §. 1. ff. quarũ rerum. & tradunt canonistæ. in c. clerici. in c. cum dilectus. & in c. plerisq; de constit. & Paris de Put. in tract. de ludo. in §. utrum statu. num. 51. limita tamen, nisi statutum negaret repetitionem eius, quod quis fraude, & deceptione vicisset. quia non ualeret. ut tenet Caccialupus in tracta. de ludo. sub nu. 8. uer. quartum. vide Grammat. in decis. Neapoli. 40. Item statuta contra lusores, habent locum, etiam contra participes, seu socios Ludi. Quòd intellige, ubi pœna esset constituta in rem. Puta, quòd reus Ludi puniatur. ut tenet Paris de Puteo vbi supra. §. an pœna. & habetur fusius. in decis. Tholosa. 192. Et ualet statutum, quod Ludus sit impunitus. Limita tamen hoc, si statutum permitteret ludere tempore feriato in honorem Dei. ut dicit Paris de Puteo. ibi. in §. vtrum statutum? & glos. ver. ludibria. in prag. de spectaculis, nu. 2. pag. 224. item si dicat statutum. Quod domus, in qua tenetur ludus, debeat deuastari. Dic quòd si actor, uel procurator tenuit ludum in ea. domus illa non debet deuastari. sed ipse puniri. vt dicit Archiepiscopus Flo. in eius summa lib. 2. ubi agit de turpi lucro. vbi de hoc habetur plene. & vide Menochium in tracta. de arbitrio iudicis in casu. 399. & 400.



MAGNATES.



STATVTVM quòd nullus de magnatibus ingrediatur palatium,sub tali pœna, non habet locum in muliere volente vti beneficio velleiani contra instrumentum, aduersus ipsam productum. vt ait Bal. in l. in multis.ff.de statu hominum.Item si statutum dicit.quod si aliquis de magnatibus intrauerit palatium, puniatur.non sufficit,si testis deponat se uidisse intrare, nisi dicat, & uidisse ingressum.secũdum Bal.in l.arboribus.§.Iulianus. ff.de vsufruc.Qui nam vero sint Magnates? ponit Bal. in l.1. in fi.C.de natura.libe.vbi dicit, quòd sunt homines in dignitate positi.tex.est.in auth.sed nouo iure.uer. magnatibus. & glo.ver.magnatibus.in prohęmio.prag.pagi.9. & Cępolla. in tracta.de impera.mili.deligen.in §.ratione.sub nu.19.

Maledictio.

IN statutis criminalibus,non omnis cõtumelia est blasphemia,sed maledictio.vt ait Fely. in prohemio Grego. sub num.12.Et si statutum dicat.quod maledicens deũ puniat. si quis ex communi vsu loquendi maledicit deum, & ipse quidem venit puniendus. vt dicit Immola in l. his verbis. §. illa de hære.insti.& Alex.in l.item apud Labeonem.in prin.ff.de iniurijs.vide Ang.& Immol.& Ioan.in d.l.his verbis. c.1.& 2. de maledic.& Sozi.in cons.119.in 4.

Maleficia inter coniunctos.

STATVTVM. quòd de maleficijs inter coniunctos non cognoscatur,intelligitur de maleficijs circa personas, & nõ circa res,ut sunt furtum &, vis turbatiua. ita dicit Bal.in l. si quis in tantam.C. unde ui. & Alex.in l.iniuriarum.§.si quis. ff.de iniurijs. Item statuta,quæ puniunt maleficia improbata de iure naturali,vel gentium,tanquam concernentia utilitatem

tem publicam, debent latè interpretari, secundum mentem, & non secundum corticem uerborum. Nam multa sunt recepta propter utilitatem publicam contra rationem disputandi, & uerborum subtilitatem. ut inquit iurisconsultus in.l.ita vulneratus.ff.ad l. Aquil.in fi.& Paul.de Castr. in l. bona fides.ff.deposi.& ita limita regulã.c.odia.de regu.iur.in 6. Et si statutum dicat, quòd committens maleficium puniatur tanta pœna.si quis.n.dolosè latitat, maleficium facit, & habent locum, quæ dicuntur.in l.1.§.fi.ff.de eden.& ibi no. & Bal.in qq.ad statu.uer.arbitrium. Item si dicat statutum, quòd de malefi. commisso in diebus paschalibus non possit fieri concordia.an intelligatur de totis quindecim diebus, an de sola die festi paschalis? respon.ut per Bal.in l.omnes.C. de ferijs.vide Federi.de senis.in consi.44. & in consi. 256. Et no. quòd delicta, quæ uerbis committuntur, dicuntur maleficia. secundum Iuli.Clar.in suo tracta.recep.sententiarum. § . 1. vers.sed quæro.nunquid maleficium.

Mandans.

STATVTVM, quod punit committentem delictum, extenditur ad mãdantem.secundum Bar. in l.quemadmodum. C.de agrico.& censi.uide Lanfran. in tract. de interpretatione statutorum. col. fi.in fi.& Bossi.in prac.crimi.& Iuli.Clar. in prac.crimi.§.fi.q.87.& seq.ubi de mandante, sciente, persuadente, exhortante, & similibus habetur. & Placam.in Epito.delicto.lib.1.cap.15.& Menochium. in trac.de arbitrio iudicis.casu.352.353.& seq.nam mandans dicitur propriè facere.l.certè.§.1.ff.de præca.l.2.§.sed quia diuine. C. de ueteri.iure enucleam.c.mulieris.in fi.de sententia excommunica. & Carreri.in prac.crimi.in titu.de homicidio.sub nu.18. & nu.129.Sed secundum veram conclusionem statutum pœnale loquens in personam delinquentis, non comprehendit mandantem ex propria uerborum significatione, sed ex interpretatione, quæ cum sit fictionis, non habet locum in sta-

tutis.fm Afflic.in decis.vltim.& Corn.in consi.57.in 4.& Bal. super Feud. in titulo, quibus mo. feu. amitta ? in fi.prin.cum addi. litera B.& Bal.in qq.ad statu.ver.homicidium.& Bellamera tractat fusius.in decis.542.& Corne.in consi. 249.in 1. & in consi.69.lib.3.& Ias.in §.pœnales.insti.de actio.sub nu. 18.& Bal.in qq.ad statu.uer.interficiens & ver.mandare. Et ideò statutum loquens de faciente, non habet locum in mandante.& hæc est communis opinio.secundum Alex.in consi. 65.incip.visa.col.prima.in fi.vol.4.& dicit Cherianus.in suo tractatu communium opinionum.ver.mandatum. vide omnino Parisi.in consi.161.in 4.per totum: & uide glo. ver. exhortantur.in l.hæc uerba.ff.de infami.vbi, qui exhortatur, nō mandat, neque qui monet.

Si statutum est in rem conceptum.hoc modo habens verba.condemnatus pro percussione, nec dicat, si quis percusserit, omnem casum comprehendit, vltra mandatorem, etiam auxiliatorem. l. aut qui aliter.§.fi.de adulte. l. hæc verba. & no.Iaco.de Are.in l.seruum.§.admonere.ff. de acqui. hære. & Bar. in cōs.101.sub nu.1.in prin.& qđ ibidē. nu.3. Et intelligé, quòd comprehendat mandatores, quorum obligatio habet ortum ex ipso delicto iam contra mandatarium. Igitur propter delictum postea sequutum propter maleficium præcedens.quod probare videtur Parisi.in consi.161. in 4.& Ias. in l.si quis id, quod nu.36.ff. de iurisd. omnium iudi. vbi dicit, quòd mandans non comprehenditur sub statuto punien te facientem maleficium, secùs, si dicat pro homicidio, vel pro vulnere ponatur talis pœna. & hæc quidem est communis opinio.secundum Ias.ibi.& Bal.in l.1.C. de seruis fugiti. & Turza. in trac. communi.opi.130.& Riminal. in consi.xi. in 1.& Afflic.super constitu.de percussione illicita. num. 17. lib.1.& Rolan.à Valle in consi.16.& Franc.Mar.in decis.delphi.q.423.per totum. parte.1.& Claudi.Battandier.in regula crimi.109.& seq.

Manus.

Manus.

DISPONIT statutum.quod si quis aliquem uulnerauerit,puniatur in centum,quæ si soluere noluerit, uel nō potuerit intra mensem, sibi manus amputetur. quidam fuit protestatus se non soluturum.an statim illi manus amputabitur?respon.quòd non.quia debet expectari,quòd totus mensis sit completus.Nam uoluntas hominis, quæ mutabilis est. ut no.in l.si quis bona.uel.l.quòd bona.§. si quis stipulatus, ff.de dāno infec.l.deberi.ubi Bal. C. de fideicommiss. liber. mutari posset. Item cum sit pœna legis, non potest committi,nisi lapso mense.ut tenet Ias.in l.cum stipulatus. num.xi. ff.de uer.ob.Item non habet locum statutum, quoties per eū non staret,quominus pœnam solueret. puta si archarius, cui debet fieri solutio, non inueniretur in ultima hora termini. ut dicit Bal.in l.data opera. in fi.25.col.C.qui accusa.nō possunt.& Alex.in l.fi.§.fi.ff.de publica.Et ait Franc.Areti. in l. quicunq;. C.de seruis fugiti.quòd non obstante sua contumacia,si potest soluere,non amputabitur illi manus, ex uoluntate eius,cum nemo sit dominus membrorum suorum.secundum tex.in l.liber homo.ff.ad.l.Aquil.Item,si per aliquē non habentem, nisi unicam tantum manum fuerit commissum delictum, cōmutabitur pœna statuti in aliam poenam. secundum Bal. & Pau.Cas.& doct. in auth.sed nouo iure.C. de ser.fugiti.per.l.2.C.ut intra cer.tempus. crimi. qq. termi. quod dicit perpetuò menti tenendum Euerar. in centuria legali.in loco à priuatione ad habitum.Et si haberet unam manū fortem,aliam aridam,arida deberet amputari. quod procedit secundum ipsum.quando delictum poterat ęquè faciliter committi cum una manu,sicut & cum altera,pro ut furtū. aliás secus.pro ut est crimen falsi.& dicit Euerar. ibi, se alibi non legisse, & hæc est communis opinio. ut ait Grassus de communi opinione.cap.2.q.19.pagi.19.uide tamē Gome. in regu.cancellariæ.de annali possessore.q.48.pagi.293. co-

lum.

lum.1. in litera c. & ad fi. quæstionis. uide omnino. Itē statutum loquens de amputatione manus, apposita conditione, si non soluerit, debet intelligi, nisi idoneus minus ad soluendū fuerit. ut probatur in l. statu liberos. §. si quis. ff. de fideicommissa. liberta. & dicit Cępolla. in cons. 21. ad fi. Item si dixerit statutum. si quis percusserit manu vacua, puniatur &c. quidam percussit cum manu habendo chirothecam de corio in manu, uel rem similem. qualiter punitur? respon. ut per Vitali. in tract. malefi. tit. qualis, & quid sit accusatio. quod si iste percussor habebat aliquid in manu, quod ueniat appellatione armorum, cum quo possit de facili offendere, tunc punietur statuto. aut non, & tunc secus. vide Bal. in c. 1. §. iniuria, uer. seu furtum. de pace iura. firman. in q. incip. quæro qualiter. & Bar. in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. ubi etiā alij hoc tractant. & no. ꝙ is dicitur idoneus ad soluēdum, in terminis statuti, cui pater est soluendo. ut dicit Cæpolla in consi. 21. colum. fin.

Masculus.

SI dicit statutum, quòd masculus tale delictum committens, puniatur tali poena. Eadem quoq; pœna punietur fœmina. Dūmodo illa pœna mulieri congruat. Et idem ubicunq; diceretur uir talis criminis, vel alterius reus tali, vel tali pœna puniatur. Facit l. quicunque. C. de seruis fugi. & tradit Bar. in auth. de incestis nupt.

Statutum tamen loquens in bannito, non habet locum in bannita. ut ait Plotus in repet. l. si quando, num. 862. C. vnde ui. vbi & alia tractantur.

Matrimonium.

STATVTVM laycorum puniens contrahentes matrimoniū cum filia familias sine consensu patris, tenet, & ualet. secundum Bal. in l. omnem. C. ad Tertylia. & Cassan. in catalogo glorię mundi, parte ultima. consideratione 36. ver. Et vt semel finis. vbi & alia tractantur. uide omnino Iuli. Clar. in

pract.

pract.crim.q.82.uer.statutum tertium. quamuis contrarium dixerit Ioan.Andr.in c.statutum de hæreti.vide Barba.in cõ si.31.in 4.vol.quia statutum punit malos mores hominum. qui in republica seminant facinora. quia inducitur odium capitale in contrahendo matrimonium absq; consensu patris. l.3.§.si emancipatus.ff.de bono.po.contra tabu.Ita Anchara.etiam dicit in consi.20.& Barba.in tracta.de potesta. cardi.in 2.q.Basilica.1.partis prin.sub nu.17. Rationẽ autem ponit Bar.in l.in bello.§.medio.ff.de captiuis & post limi, reuersis.Quare filius familias de iure ciuili nõ potest accipere vxorem absq; consensu patris,dicit Menochi.in consi.69.per totum.vide Fely.in c.ecclesia. S. M.de constitu.sub nu.62.uer. secundus effectus.vbi dicit non valere statutum puniens matrimonium contractum,cum hominibus alterius ciuitatis. & Hierony.Zanneti.in tract.de differentia inter ius cano.& ciuile.in xi.differentia.nu.14.vide Calcane.in consi. 3. per totum.& Alex.in rub.ff.solu.matrimo. vbi attestatur magis cõmunem opinionem esse,& conclusionem. quod tale statutũ non valet.& non ualere. dicit Corsetus in singu. incip. statutum.pag.189.vide Bal.in l.1.§.ius naturale.ff.de iusti.& iure. vbi dicitur,quòd si vtilitate publica sit factum statutũ, quòd nemo accipiat Gibellinam in vxorem, sub pœna,ualet,& tenet. Item si statutum prædictum denegat audientiam in ciuilibus & criminalibus, an possit comparere procurator?resp. Bal.in l.in actoris.ff.de procurato.quòd sic.& Bal. in l.edicimus.C.de murilegulis.lib.xi.

An valeat statutum,quòd mulier non possit cõtrahere matrimonium cum forense? vide Iul.Clar.in practica cri.q.82. ver.statu.3.& Fely.vbi supra.& Cæphalum.in consi.92.& Pasethum.in consi.4.

Membrum.

DICIT statutũ, quod mutilãti alicuius membrum,mutiletur etiam illi simile.si quis mutilauerit membrum de

bilitatum.& ipsi sibi simile amputari debet.propter deformi tatem.quia carens membro tali,est deformis,& interest reipublicæ quempiam nõ deformari.argu.l.fi.ff.de ijs, qui deiece. uel effu.& Bal.in l. de quibus.de legibus. vbi & Paul. de Cast.sub nu.13.& Bal.in l.ediles.§.cęlsus.de ędili. edic. & in l.1.C.qui accusa.non possunt.& Firma.in reperto. & Bal.in l. conuenticulã.in 5.col.C.de Episco.& cleri.& in auth.sed nouo.C.de fur.& Alex.in apostillis.& Cardina.in c.1. qui clerici.vel vo.& Ange.de Are.in tracta.malefi.uer membrum. & Arno.in epito.53.& seq. Et no. quòd statutum simpliciter loquens de membro,intelligitur de manu.secundum Bal. in l. data opera.C.qui accusa.& in l.requirendi.C.de seruis fugi. & est glo.ver.capite.in prag.in tit.de causis.pag.139. Et ad statutum de membro debilitato.uide Cataldi. in trac. syndica.sub num.85.ubi habetur fusius.Et dicitur membrum, qđ in corpore humano gerit aliquem actum principalem corporis. Digitus ergo non est membrum, sed deseruiens membro. secundum Bal. in vsibus feu.in titulo. de noua for.fideli.in princ.sub nume.quinto.& Euerar. in.centu. legali.in loco à natura alternatiuorum. ver. circa quod. pagi.373.& in terminis statuti.uide Alexandri.in consi.83. Itẽ statutum puniens abscindentem membrum, non porrigitur ad dissolutionem neruorum,per quam dissolutionem membrum sit à corpore dissolutum.ita tenet Ange.in auth.ut nulli iudi.§.quia uerò.ubi hoc tractatur fusius.Quæ nam sint mẽbra, & de membro ad saturitatem.uide Cassane. in consue. Burgun.in §.5.pagi.43.sub nu. 2.& Monteleo. in prac. arbitra.parte.4.pagi.97.ubi de hoc habetur fusius. Et nõ. quòd ubi crimen membri abscisionem requirit,una sola manus debet amputari.secundum Bar.in §.quia uero. in auth. ut nulli iudicum liceat habere.Et an qui deliquit usq; ad mutilationem membri,confugiens ad ecclesiam,possit inde extrahi,& duci ad carcerem secularem?respon.secundum Oldra.in cõs. 154.incip.quidam deliquit.quòd non. immo si est extractus

uiolenter

uiolenter ab ecclesia, restituendus est ecclesię. uide omnino Euerar. in centuria legali. in loco ab exceptione ad regulam. pagi. 49. ad fi. uersi. nam in primis. &c.

Mens statuti.

MENS statuentium attendi debet, quamuis non sit uerbis expressa. iuxta no. in l. tale pactum. § fi. ff. de pactis. Nec debet imponi tanta pœna, quando pro eodem delicto puniuntur plures, sicut, quando puniuntur pauciores. ut ait Ana. in consi. 59.

Mensura.

QVONIAM Mensuras habens falsas, graue crimen cōmittit, & grauiter legibus uendicatur. secundum Nattam. in cons. 72. ideo quoq; statuta ubiq; de mensuris particularia habentur, ut grauius uendicentur. Ad quæ uide Ioā. Regna. in tracta. de mensuris. & Georgium Agricolam. in eius libello. de mensuris & ponderibus. & Petr. diaconi in eius lib. de mensuris, & ponderibus, & notis. & Leonardum Portium. in libro de pōderibus, & mensuris. & dominum meum Alcia. in tracta. de ponderibus & mensuris. in parerg. libr. 9. cap. 25. & lib. 10. cap. vlt. l. hæreditatum. ad. l. Falci. l. qui quadringenta. &. l. Marcellus. ad Trebelli. §. hæreditas. de hære. insti. in insti. & gl. in l. diutius. de mune. & hono. lib. xij. & Vege. uide, & Renatum. & Politianū. li. x. epistolarum in epistola incip. exigebas. & Franc. Mar. in decis. parla. delphi. 279. lib. 1. & Vitalinum in tract. malefi. vbi de mensuris loquitur. & Beluisium in prac. crim. in titu. de iniurijs. in ver. Falsariū. & Franc. Lucam in tracta. de fisco. in 2. parte. sub num. 45. & Plotum. in repeti. l. si quando. nu. 724. C. vnde vi. & Iodocū. in praxi criminali. cap. 123. in titulo de falsitate per abusum. & Lucam de Penna in l. modios. C. de suscep. præpo. & archa. lib. x. & Bossium. in prac. crimi. in titulo de extraordi. crimi. pagi. 235. & Alberi. in l. arbitrio. §. de eo. ff. de dolo. vbi de hoc habetur plenè. & Cassane. in consuetu. Burgū. in rub.

pagi. 20. vbi agit de mixto imperio. & omnino etiam vide Archiepiscopum Florentin. in summ. lib. 2. in titulo de frau de in negociatione. §. v. vbi bene. mensuras & pondera tradidit Phedon. ut inquit Fab. & Monteleo in sua prac. arbitra. pag. 309. vel mauis Phidon Argiuus, vt inquit Plinius. lib. 7. cap. 56. aut Palamedes, ut placuit Gellio. uide Politianum. & de pluribus mensuris diuersis. tradit textor. in officina. lib. 2. cap. incip. parasanga. pagi. 120. An mensura sit vera, vel falsa? recurri debet ad pondera, & mensuras cōis. scd'm Ange. in auth. de collationibus. §. sin autem. Qua autem actione quis vtatur aduersus decipientem in mensura? ponit Ioā. Regnan. in trac. de mensuris & ponderibus. titulo 6. Falsificantes mensuras, & pondera, puniuntur pœna extraordinaria, quia pondera, & mensuræ non debent minui. c. vt mensuræ. de emptio. & uendi. Quid si in re molibi uendita ad pondus, vel mensuram, vt pannus, vel granum, & in ponderibus alijs, vel mensuris reperitur vitium, seu falsitas. & calx, vel gypsum in vino, puluis, vel arena in blado, & gummi, vel quid simile in cera, & seruando pigmenta, tenendo ea in loco humido, quæ sit pœna? Beluisius tractat in prac. crimi. in titu. de iniur. §. pœnā. & Qualiter tenetur venditor, sicut facit lanio, & frumentarius? respon. quòd agitur dupliciter. vt per Papiensem in forma libelli. in causa venditionis. super ver. perticarum centum. An sit licitum commiscere corrruptas merces cum corruptis? Arno. tractat in Epito. 1. vbi dicit licere. l. omnia. C. de rebus conductis in publicis horreis. vbi dicit Bar. Illū tex. memoriæ commendandum. & ibi dicit Ange. quòd facit pro aromatarijs, qui miscent ceram corruptam, quia eis licet. ut dicit Anto. Corsetus in singu. ver. commixtio. incip. licitū est commisceri. vide Arno. in Epito. 78. vbi tenet, quòd episcopus potest pecuniaria pœna punire aromatarium laycum immiscentem fabbas tritas in ceram, vel similes fraudes committentem. & fuit dictum Abbatis antiqui de quo. Ioā. Andr. in nouellis. in c. 1. de emptio. & vendi. per illum tex. &

Roma.

Roma.in singu.526. incip. Fui interrogatus. De ijs fraudibus habe hos uersus.

Defraudat uerum, qui uendit aromata pondus
Atq; loco milij, sæpe ministrat olus.

Que carmina uide in carminibus. de conditionibus hominum huius temporis. de quibus Neuiza. meminit in fine syluę nuptialis. Et no. ꝙ delinquenti in falsa mensura. xxx. dierum in pane & aqua est imponenda pœnitentia. d. c. ut mensuræ. ut ait Archiepiscopus Flo. in summa. in titu. de satisfactione pœnitentiæ. §. vi. in xvi. canone. Et mensurę debent fieri ęreę, uel lapideę, & poni in ciuitatibus, & uillis in locis publicis. ut unusquisq; cernere possit. Et nos Ferrarienses habemus in ianua tercia episcopatus uersus portam palatij iuris communis mensuram pedis & sextarij, ac Priapi, & uuluę. quæ mensuræ debent signari signo, seù armis principis. Et mensuras concedere, signare, uel facere, & minus legales frangere pertinet ad mixtum imperium. ut ait Guido Pap. in q. 490.

Si statutum aggrauat pœnam, si quis percussit quempiam iuxta domum per. x. pedes. Dic, quòd mensuratio debet fieri ab angulo proximiori ipsi percussioni. ut ait Roma. in l. si tertius. ff. de Aqua plu. arcen. Et no. ꝙ infra annum quis debet conqueri de iniusta mensura, uel ęstimo. ut ait Bal. in consi. 387. in 3. parte. An defectus numeri, uel mensuræ noceat emptori propter suum custodem adhibitum? ponit Bal. in eius practi. ubi de extraordinarijs. qq. agit. q. 1. fol. 62.

Meretrix.

AD sunt statuta in multis Italie partibus, quæ deputant aliquos præsidentes meretricibus, & prostibulis, & inde lucrum consequuntur. Sed hoc profecto damnatur. per l. si possessor in ratione. ff. de peti. hære. & auth. de leno. per totum. & tractat Alberi in d. l. si possessor.

Statutum

Statutum permittens meretricem impunè percuti, nō habet locum in meretrice nupta. secundum Ioan. Andr. in rub. de iniurijs. col. 1. uer. interdum. per. l. si uxor. §. 1. ff. de adulterijs. vbi in meretrice consideratur matrimonium, ut accusare possit, quod ita iudicatum fuit. vt refert Deci. in c. Pastoralis. sub num. 6. de iudi. Quinimo nec carcerari potest. secūdum Bal. in l. consentaneum. C. quomodo & quando. no. et in auth. nouo iure. C. de custo. reo. & Dec. in c. pastoralis de re iudica. & Marsil. in l. 1. num. 45. C. de rap. uirgi. quod limita, vt non procedat, quoties mulier esset lenoni, uel infami nupta. quia tunc reputatur pro meretrice non nupta. Et statutum, ꝙ mulier luxuriosè uiuēs, ducatur ad locum publicum, non habet locum in nupta, propter reuerentiam tanti sacramenti. vt dicit Deci. d. c. pastoralis. sub nu. 6. de iudi. vide omnino Brunum. in tracta. de cessione bonorum. in 1. q. 4. q. principalis. ubi bene hoc tractatur. Et si dicat statutum, quòd meretrices non possint habitare in vijs publicis, seù honestis. quid si in via habitat Concubina Clerici? responde ut per Fely. in c. ecclesia. S. M. de constitu. nu. 102. nam concubina non dicitur honestè uiuere. ut ait Matthesila. in singu. 101. & Caccialupus. in repeti. l. si qua illustris. C. ad Orficia. lib. 6. col. 12. cum seq. Si quis autem vult probare aliquam esse meretricem, probabit, quòd cum ea cōuersabantur in domo luxuriosi homines; & dabant illi denarios, & faciebant actus luxuriosos. & hæc erit probatio sufficiens, cum talia probari necessariò non possint. vt ait Albericus in l. filium. ff. de ijs, qui sunt sui. & no. in rub. ff. de eden. & Bude. dicit in l. quòd ait. de adulte. & Corne. in consi. 232. in 2. & Capiccius. in decis. Neapoli. 44. & Petr. de Bagaro. inter consi. crim. in consi. 85. in 2. & Alba. in consi. 25. & Rolan. à Vall. in consil. 63. nu. 14. in 3. & in cons. 74. nu. 20. in 1. & Iulius Clarus, in prac. crim. §. fi. q. 24. versi. item meretrix. & in §. adulterium. Et potest probari, quòd aliqua sit meretrix per eum, qui cum ea cōcubuit. ut dicit Alex. in consi. 13. nu. 23. in 7. vol. & per aliàs

pro-

probationes. ut ibi.vide omnino Parisi.in conſ.54.nu.48.& ſeq.in 4.uol.& Arno.in epito.19.& ſeq.& 170.& 84.& in cõ mentario 170.circa fi.& Fely.& Deci.in d.c.paſtoralis de re iudi.& Neuiza.in ſylua.lib.4.pag.292.ad fi.& Marſil. in ſingu.248.& 279.& Alex.in conſ.13. nu. 23.in 7.uol.& Bal.in conſi.131.incip. uiſis dictis. lib.2. & Deci.in l.eius,qui.§.fi. col.pen.ſub nu.6.ff.ſi cer.peta.& Petr.Rebuffi.in trac.de pri uilegi. Schola. in 2.priuile.vbi etiam dicit, quòd iudex, uel Hoſpes.quando expellit meretrices,non debet eas extra ciuitatẽ expellere.ſed bene de honeſtis vijs.per tex.in l.ſi quã C.de ſpectacu.lib.xi.& tradunt docto.in l.nullus.C.de ſumma trini.& fide catholica.licet in domibus magnatum quandoq; maiores, occultæ tamen meretrices conſiſtunt.ut dicitur.in l.ancillarum.ff.de peti.hær.Et iudex poteſt cogere meretrices ad portandum ſignum, vt cognoſcantur. ſecundum Bal.in l.minime.C.de epiſco.audien.ſed fortè hodie non inuenirentur tot ſigna,ſi omnes vellemus ſignare, cum ex omni tribu cõperies ſignatas interius, non exterius.ut dicit Neuiza.in ſylua nup.Quid ſi ſocius vult domum ſolitam locari, locare in honeſtæ perſonæ,alter vero honeſtæ? Præfertur iſte vltimus.ſecundũ Ange.in l.1.C.qui teſta. face.poſſunt. per.l.non aliter. ff.de vſu & habita. Niſi illa domus in lupanari ędificata eſſet. Et pinguior penſio reperitur. quia tunc præfertur primus. vt tenet Rui.in conſ.75.in 1.vol.col.fi.nu. 10.Itẽ ſtatuta,leges,& Decreta, punientia mulieres propter ſecundas nuptias,habent locum multo magis contra mulieres,ſeù puellas meretrices.vt ait Plot.in l.ſi quando. ſub nu. 172.C.vnde vi. pag.172.in fi.cum ſeq.ſub num.360.De violentia autem facta mulieri in honeſtę,ſeù meretrici. vide per Boſſi.in prac.crim.in titulo de pluribus violentijs.ſub num. 68.vide omnino Marquardũ in tract.de iudęis. parte.2.cap. 3.vbi de meretrice ſoluta,& nupta habetur plenè.& Petr.Placa.in epito.delictorum.cap.34.An meretrix,quæ ſit in lupanari cogi poteſt ad venerem? reſpon.ut per Deci.in l.inuitus

nemo

nemo cogitur.nu.9.ff.de regu. iur.& Paris de Puteo in trac. syndica.§.adulterium.pag.86.in tomo.14.ubi dicitur,quòd sic.At Purpura.contrariũ tenet.de quo tradit dominus meus Alcia.in l.rogasti. ff. si cer. peta. & contra tenet Didacus in suo tracta. Variarum lection. lib. 3. cap. 14. num. 2. & ideò extraordinaria pœna puniri ait,qui libidinis causa uim intulit meretrici, eamq; inuitam cognouerit. uide omnino Cottam.in tracta.rerum memora.uer.meretrix.Et no.quòd meretrix non est, nec turpis persona mulier illa quæ amore debachata amanti sui fecit suo copiam.& ideò à patre hæres instituì potest, etiam fratre & sorore prẹteritis.secundum Ioã. Fab.in §.soror.institu.de inoffi.testa. & dicit Menochius in tracta.de arbitrio iudicis.in casu.328.nu.3.& ibi fusius tractatur de meretrice, & quomodo probetur, quòd aliqua sit meretrix?respondet Riminaldus tertius.inter consilia cri.diuersorum.in consi.85.nu.12.

Minor.

STATVTO cauetur, quòd quis non possit accusare post mensem.Pone,Minor post mensem petijt restitui ad accusandum de morte patris. an restituatur? respon.Bal.quòd nõ in l.fi.ulti.col.C.in quibus cau.resti.in integr.

Statutum pœnale an comprehendit minores?respon.Bal. in qq.ad statu.ver.disponere.ꝗ sic.& Deci.in l.fi. C.de edic diui Adria.tollen.isdem Deci.in l.si qua mulier. col.2. in 2. no.C.de secun. nup. An effectus maior possit ex statuto ipso puniri?respon.ut per Carre.in prac.crimi.§.circa.num. 8.vbi hĩ fusius. Minor aũt non debet puniri statuto de homicidio, sed relegari, aut pecunia puniri debet.& hæc est communis opinio.vt ait Grammati.in decis. Neapoli.23. per totum. & hanc esse communem attestatur.ibi num. 12. Tiraquellus in tracta.de pœnis temperandis,vel minuendis.causa.44.num. 47.uide etiam Chacherannum in decisione pedemonta. lx. ubi uide casum in terminis de muliere minoris ætatis, quæ

suffroca uit

suffocauit partum in latrina quæ fuit relegata propter mino rem ætatem.uide Arnonum.in commentario.xi.& Marsil. in §.quoniam.in prac.crimi.uide etiam Menochium in tra-cta.de arbitrio iudicis.in casu.329.& Follerium.in prac.cri-mi.canonica.in titulo,& si confessi.num.95.ubi declarat tex-tum in l.auxilium.§.in delictis.ff.de minoribus.& Placam.in Epito.delicto.cap.32.nu.12.ubi de hoc habetur fusissimè.& D.ubertinus Zuchardus ita obtinuit in contradictorio.ut ip-se attestatur.in rub.C.qui admitti num.23.post Alex.& alios. & Rolandus à Valle in consi.78.per totum.in 3.uol.& uide Marcum Asinium inter consi.diuersorum crimi.in cõs.110. in tomo.2.& Anto.Gomez.in titulo de delictis.num.63.ad fi.fol.336.in tomo.3.cap.1.An requiratur,ꝙ minori detur curator in maleficijs.respon.Marsil.in l.1.num.17.ff.de quę stionibus.quòd sic.vide Tiraquell.vbi supra in causa.3.nu. 2.& Rolan.in consi.31.in 1.& in consi.51.nu.21.in 1.& in cõ si.68.nu.33.in 2.sed,quòd non opus sit curatore.tenet Iulius Clarus.in prac.crim.q.55.versi.vlterius & Menoc.in tracta. de arbi.iudi.casu 278.vide etiam Franc.Mar.in decis.parla. Delphina.in q.792.vbi dicit,ꝙ minor pupillus,vel pupilla debet admitti ad iurandum,quando est doli capax auth ore tutore,uel curatore.uide decisio.perusi.13.nu.10.& Caual-can.in tracta.de tutore & curatore.

Minoris conditionis.

DICIT statutum.quòd si quis coiuerit cum fœminis mi noris conditionis,puniatur tali pœna,& non decapite-tur.Dic,ꝙ statutum intelligitur de uili conditione.& iudex arbitrabitur,quæ nam dicatur minoris conditionis,idest ui-lis cõditionis.pro ut dicit Bal.in qq.ad statuta.uer.Fœmina.

Mitius.

PONE,quòd dicat statutum,Mitius puniatur miles quã domicellus.quidam tempore delicti erat domicellus, & postea fuit factus miles.qualiter erit puniendus?respon.

Bal.in l.titius. ff. de acqui. hæredi. ꝙ punietur, ut domicellus.quia inſpicitur tempus commiſſi delicti.l.1.de pœnis. & Bal.in l.idem Vlpianus. ff.de excuſa.tuto.

Moleſtare.

DICIT ſtatutum, quòd nullus moleſtet alium, ſub pœna. quis nam dicetur moleſtare? Ponit Fran. Areti. in l. ſeruus ſeruum.§.prætor ait.ff.de acqui.hære. & Ioan.de Selua.in trac.de beneficio.q.13.parte 3.& Alex.in conſi. 52. in 2.uol.& Barba.in conſi. 56. in 3.uol. & Marſil.in conſi. 85. ſub num.30.ubi plenè de hoc habetur.& Alex. in conſi. 54. in 3.& docto.in l.non ſolum.§.ſi ſtatus.ff. de procurato. ubi Alberi.hanc opinionem eſſe communem atteſtatur. Et quòd quis dicatur moleſtare, & mouere controuerſiam, etiam excipiendo, dicunt docto. in l.Lucius.§. tres hæredes.ff. ad Trebellia.& ibi remiſſiuè. Fely. tamen tractat hoc fuſius in c.cauſam quæ.num. 19.cum pluribus ſeq.& uer.non ob.col. xi. & ſeq.de reſcrip. Et moleſtare uerbũ poſſeſſorium denotat. gl. eſt magna in uer.moleſtet.in c.audita.de reſti. ſpolia. & tradit Zaſi. in conſi.xi.pagi.229.in 2.parte. & plura de iſto uer. dicit Sozi. iunior in conſi. 113. in 1. uol. & in conſi.116.ſub num.26.eo.uol. Et ſi quis promittat non moleſtare, intelligitur de moleſtia, quæ malo animo, & malo modo inferretur. non quæ per uiam iuris, ut dicit dominus meus Alcia.in cõſ. 38.nu.9.lib. ult. & Gome.in regu. cancellariæ. de triennali poſſeſſore.q.58.fol.440.

Moneta.

STATVTVM contra fabricantes falſas monetas, debet intelligi de moneta currenti in loco ſtatuti, & non de alia, licet alibi currente. ut tenet Alex.in l.eleganter.§. qui reprobos.ff.de pigno. actio.ad fi.& in conſi.104.in 2.uol. & Barba.in conſi.51.in 3.per totum.& Marſil.in conſi.47.per totũ. & Alex.in conſi.104.in 1.uol.& in conſi.108 eo.uol.& Apoſtill.ad deciſ.Tholoſa.162.& Tiraquellus de utroq; rettac.

§.1.in

§.1.in glo.19.sub num.12.& Cassane. in consue. Burgun. in rub.& Bossi.in prac. crimi. in titulo de falsa moneta. & Machellus in patrocinio.44.sub nu.5. vbi de hoc dicitur benè. & vide in tractatu de moneta. & Rol. à Valle in cons.29.in 3.vol.& Viui. in trac. communi opin. in ver. moneta. lib. 1. & Gratus in responso 72.in 1.& dominus meus Alciatus in consi.14.in 7,& Cotta in tracta. Rerum memora. ver. vidua. &Scarlati.inter consi.crimi.in consi.115.& Afflic. super constitu.lib.3.rub.40.in titu.de cudentibus falsam monetam. & Gomes.in regu.cancella. in titulo de valore exprimendo. in impetra.benefi,q.9.&.d.m.Cephal.in consil.230.in 2.& Parisi.in consi.169.in 4.& Menochi.in trac.de arbitrio iudicis, in casu.316.& Iulius Clarus in practi. crimi. in §. falsum. uer si. dixi etiam & uer.expendens.& uer.radens autem.& Follerius in prac. cri.pagi.471.num.193.& 194. & vide Nouellum in practica crimi.fol.86.uer.contra monetarios. ubi fusius hæc materia tractatur.

Morari in vrbe.

MORARI in vrbe non dicitur fugiens, l.si Titius.ff.de seruis exportan.quod facit ad statutum prohibẽs morari bannitos in ciuitate.vt dicit Alberi. in dictione. morari. Et ideò dixit Marsil. in singu.677.& alibi.quòd si fur furatur hic rem,& aliò eam portaret,nisi ad minus per vnam diem ipse fur staret, & moraretur.non diceret nouam contractationem committere. & contra eum non nasceretur noua actio, adeò,quòd ibi puniri non posset,quia momentanea non sunt in consideratione.

Morbus.

QVANDO ponitur in lege,uel statuto verbum morbus, dicendo,ꝙ huic,seù tali morbo vult occurrere. tũc ponitur morbus pro dolo, seù malitia, ac fraude animæ. ut ait Plotus in reperti. l.si quando.C.vnde.vi.sub num.331. pagi. 154.vbi fusius uidebis hoc tractari.

Mora.

STATVTVM puniēs eum,qui fuit in mora à calēdis Maij, vſq; ad calendas Nouembris,non habet locum in eo,qui fuit in mora à calēdis Augusti,vſq; ad calendas Nouembris, & etiam à calendis Maij anni ſequentis.vſq; ad calēdas Augusti. quia licet iſta mora duorum trimeſtrium comprehendat ſex menſes,tamen non eſt decurſa illo modo, quo loquitur forma ſtatuti, ſed lapſum eſt quoddam tempus in genere.ita tenet Bal.in c.licet magiſter.in 3.no.extra.de ſupplen. negligen. prælato. quod dictum dicit perpetuò notādum, quia peregrinū,& quia ad multa prodeſſe poteſt, ut ait Cotta in tracta.Rerum memora.ver.pœna inſolita.col.fi.

Mortuus.

MORTVVS, quando poſſit, ex ſtatuto condemnari in criminalibus,& quomodo debeat ferri ſententia aduerſus mortuum reū. tradit Alba.in conſi.90.uide omnino.

Multitudo.

STATVTVM loquitur de multitudine. quæ ſit multitudo, qui dicantur multi, quot homines faciant rixam, quot turbam, quot populum,quot collegiū, & quot congregationem, quò ad condemnationem.ponit.Alber.in qq.ad ſtatu. q.10.in 1.par. & in dictionario.

Pro ſtatuto,quod loquitur de multis uicibus, vide Bal.in l.quod ait prætor.§.ignominiæ.ff.de ijs,qui no.infa.quot faciant ſeditionem,ponit Neuiza. in ſylua nup. & in tracta. de ſeditioſis.uide Iaſ.in l.licet imperator.num.17. ff.de lega. 1. Et no.ꝙ multitudo dicitur,quando ſunt ſeptem, uel octo. ſecundum Iaſ.in.d.l.licet.col.4.& Crauettam in conſi.66.ſub num.13. & Alberi. ubi ſupra.q.40.& ad ſtatu.de congregationibus,& conuenticulis.uide Crauettam in conſi.4.nu.14. in 1.& Corne.in conſi.216.

Mutilus.

Mutilus.

DICIT statutum. quòd currens per plateam puniatur. quidam habens pedes mutilatos mandat alteri, quòd currat per plateam. an tenebitur statuto? respon. quòd non. argu. l. fideicommiss. §. si seruus. ff. de leg. 3. per Bal. in l. non ideò minus. sub nu. 28. C. de accusa.

N.

NAVIS.

NAVIS, quæ ui uentorum applicuit ad certum portum, non tenetur ex statuto ad gabellas. si proponit inde abire. secundum Bar. in l. quoties. C. de naufragio. lib. x. & Fely. in c. significasti. primo de homicidio & in c. ita quorundam. de iudæis. ubi tradũt docto. & Firma. in reperto. & in tracta. de gabellis. & Corne. in consi. 273. in 1. uol.

Nec ultra:

SI statutum dicit. quod accusans, uel denuncians dét fideiussorẽ. de prosequẽda lite, nec ultra procedat, Dic, quòd si contrafactum sit, uidetur, quòd aliter eius accusatio nihil ualeat. l. si tutor tuus. C. in quibus cau. in integr. resti. non est necessa. ad fi. ubi Bal.

Negans.

SI quis ex forma statuti pro damno dato ueniret condemnandus, & intentatur condictio ex tali statuto, debet duplicari contra negantem. quia condictio ex tali statuto, non sortitur accidentia ex natura, secundum Bal. in l. certi condictio. ff. si cer. peta. quem ibi refert Alex. & alij.

Si comparens reus negat maleficium, postea redit, & uult confiteri, ut consequatur beneficium confessionis ex statuto, Dic, quòd iudex, seù accusator potest respondere. Ego non

curo

curo de hac tua confessione, quia per eam diminueretur tua condemnatio. prout dicit Bar. in l. eum, qui. ff. de iureiuran. ubi & Alex. dicit fusius. & Iaſ. in §. ex maleficijs. inſt. de actio. ſub num. 27.

Nepos.

AVVS non tenetur ex damno dato per nepotem ex filia ortum. Stante ſtatuto, quod de damnis datis per aliquos de familia pœna ſit talis, vt ait Iaſ. in addi. ad Por. inſtit. de legitima agnato. tutela.

Statutum, per quod patri pœna pecuniaria imponitur ex delicto filij, uel nepotis, ualet, & debet intelligi & interpretari, quando nepos delinquens primum locum tenet, filio de medio ſublato. prout ait Rui. in conſi. 8. per totum vol. 5.

Nigrum ſtatuti.

QVOTIENS nigrum ſtatuti eſt generalius rubro, non reſtringitur per rubrum ſpecialius loquens, cũ ipſum nigrum ſit ſequens, & generalius. ut eſt glo. no. in auth. de inceſt. nup. ver. il licitas. quam approbant moderni. in l. 1. ff. ſi certa. peta.

Nobilis.

DICIT ſtatutum florentinum, quòd ſi nobilis offendit popularem in perſonam, teneatur tali pœna ipſe, & alij de domo puniantur. Dic, quòd quantum ad ipſum offendentem, dicitur offendiſſe in perſonam, ſi aliquid arripuit de manibus, uel ueſtes ſciderit, ſed quãtum ad alios de domo, cùm ſit odium irrationale, ut teneantur ex delicto alterius, ita demum tenentur ij, ſi is qui offendit, corpus tetigerit. ita tenet Bar. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publicanis.

Nomen.

STATVTVM diſponit, quòd in libellis criminalibus debeant ſcribi nomina, prænomina, & cognomina perſonarũ. Dic, quòd huic ſtatuto non eſſet ſatisfactum, ſi perſona de-

mon-

monstraretur, vel per alia signa ostenderetur. prout dicit Ang. in l. 1. ff. de libe. & posthu. argu. l. cum ij. §. si prætor. ff. de transact. vbi dicit, quòd talis solemnitatis omissio, leuis non dicitur. argu. l. 2. de formulis. secundum Alex. in consi. 141. ad fi. in 3. volum.

Si statutum imponens nouum nomen delicto, putà falsitati imponit nomen concessionis, damnatus ex tali delicto, quod desinit esse publicum, non efficitur infamis. ita tenet Bart. in l. 1. colum. 4. ver. sed contra hoc. ff. de pub. iud. & Alexandrin. in suo tract. de potesta. procur. & defenso. in causa crim. num. 288.

Non obstante.

SI factum est statutum, quòd omnes vadant ad exercitum, sub certa pœna, non obstante aliquo priuilegio. Intellige, scilicet speciali, non incluso in corpore iuris. vt ait Bar. in l. consensisse. §. legalis. ff. de iudi.

Notarius.

STATVTVM imponit pœnam manus dexteræ instrumentum falsum fabricanti notario. Pone, quidam notarius usus fuit manu sinistra, in conficiendo aliquod instrumentum. An sibi illa amputabitur? Et Bal. respon. quòd sic per gl. in l. 1. C. ut intra cer. tempus cri. qq. termi. quod intellige, si pœna iure ordinario infertur. Secus, si ipso iure & extraordinem. Quia nulla fieret extẽsio. c. 1. ne cleri. vel mona. in 6. & tradit Bar. in l. si quis seruo. ff. de fur. & Stepha. de Federi. in trac. de interpreta. iur. in vlti. par. Hodie aũt de iure communi ipsi notarij ultimo supplicio afficiuntur. vt dicit Capicci. in decis. Neapoli. 152. & Arno. in epitoma. 53. & Afflic. in decis. Neapoli. ultima. & Arno. in comen. 2. Et qui dictat instrumentum falsum, pœna falsi debet puniri, sicut notarius, qui confecit instrumẽtum falsum. ut dicit. Gui. Pap. in q. 433. Notarius spurius ex statuto creatus, non potest esse notarius ad Banchum maleficiorum. quemadmodũ notat Bar. in l. eadem. §. hâc lege. ff.

ge.ff.ad l.iul.repe.& Alex.in consi.80.incip. examinato pro cessu.lib.2.& Decius in l.si quis asserat.C.de manda.prin.vi de tamen Caldari.in cons. 20.incip.de fide instru. Spurius autem restitutus natalibus, idest legitimatus per imperatorem,potest esse, quia perinde est, ac si esset legitimè conceptus. secundum Bal.in l.imperiali in 1. lectu. C. de nuptijs. quia par est potentia legis uiuę & mortuæ. Immo imperator est maior ipsa lege mortua. l.uniuersa.C.de præcibus impera.offeren.quia derogat ei.vt no.Archidia.xi.disti. c.in his. & Bal.in c.1.qui feu.da.possunt. & Afflic.in decis.Neapoli. 305.sub nu.16.& de hoc nihil est dubitandum.immo ridiculum esset,contrarium dicere. vt dicit Corne.in consi.1. in 3. vol.& Decius.in consi.698. vbi de legitimatione Reuerendissimi Campegij meminit, de qua,secundum Decium ibi nihil est dubitandum. de qua etiam meminit Parisi.in cons.x. sub nu.126.dicens,quòd quoties uersamur circa ipsam legitimationem Reuerendissimi Campegij, uersamur extra omne dubium.allegat Franc.Cur.in cons.16.col.3.in prin.& cons. 73. col.8. in fi.& Deci.in consil.288.col.pen.in fi.& Sozi. in consi.246.col.2.vol.2.& in cōs.47.in 4. & hæc quidem communis est opinio.ut dicit Corne.ubi supra.& Parisi. in consi. 1.in 2.vol.quod procedit,etiā si agatur de successione fideicommissaria sub uerbis natis ex legitimo matrimonio. quicquid in contrarium consuluerit.d.m.Cęphalus.in consil.82. quem reprobat eruditissimus.D.Bursatus nouissimè in consilio.18.cui multum me debere sentio,propter.d.consi.18.Nā paria sunt alicui in esse per naturam,vel ex priuilegio.secundum Bal.in l.cum ex oratione. ff. de excusa. tuto. & Zasi. in consi. 1. nu. 8.pagi.7.in 2.vol. Notarius corrigens errorem suum absq; licentia iudicis,venit puniendus de falso ex statuto.ut tenet Bal.in l.cum proponeret ur.ff.de leg.2.& Deci. & Alci.in l.si librarius.ff.de regu.iur. & Cępolla.in consi.52. & Alex.in consi.74.num.6.in primo & Calcane.in consi.47. & 48.& Corsetus.in tracta.de minimis.in 2. par. sub nu. 12.

Item

Item notarius,qui fecit falsum in parte instrumenti, si totum instrumentum cancelletur,& non constat de isto falso,nisi ui gore condemnationis latę in contumaciam, propter statutũ. attamen cętera sustinebuntur.ut ait Riminald.in l.si ex falsis. C.de transac.col.fi.qui hoc bene declarat.

Si extat statutum, quòd proconsul notariorum statim, ꝙ præsentatur condemnatio facta de falsitate alicuius notarij ex statuto,debeat ipsum de facto abradere de matricula. Tamen antequam abradat,& dicat de falso, debet ipsum citare.vt dicit Nellus.in tracta.bannitorum.in 3.parte.1.tempo. q.4.allegat tex.vbi Iaco.de Are.in l.3.§. si ad diem. ff. de re mili.& ita dicit,se de facto consuluisse. ut attestatur Sozi. in consi.13.sub nu.8.in 4.vol.

Statutum disponens,quòd notario falsum committẽti manus amputetur.an comprehendat duos uiros, requisitos, in defectum notariorum, puta in casu.c. quoniam contra. de proba?respon.vt per Fely.ibi.

Stante statuto,quòd notarius committẽs falsum,sit priuatus officio tabellionatus.potest tamen notarius ipse conficere documenta,quæ valebunt,& si falsum commisit, si tale falsum non fuit deductum,& probatum,nec sequuta fuerit iudicis sententia.secũdum Marsil.in l.1.§. si quis dicatur. in prin. ff.de.qq.ubi plenè hoc tractatur.

Quidam dixit notario, scribe citationem factam de istis, & Baiulus,siue Pręco,dixit,uerum est.& fecit scribere de pluribus personis,quas ille citauerat,fuit dictum, quòd ille fecit fieri falsum. Dic, quòd hoc casu non est falsum, quia falsum fit cum dolo.l.quid si falsum.ff.de falsis.& l.1.C.de falsis.& Bar. in l. si mulier. ff. rerum amotarum. uerum poterat puniri alio statuto,uel falso.pro ut in l.si quis obrepserit.ff.de falsis.uide omnino Corsetum.in reperto.ad Abb.in uer.absentia mãdantis. & Plotũ in repeti.l.si quando. C.unde ui. qñ autem obediẽs in illicitis excusetur?ponit gl.in l. si familia.ff.si familiæ fur.fe.dica.& glo.in l.2.in fi.ff.de noxalibus.

Si sit statutum. quod notarij facientes falsum instrumentum, debeant priuari honoribus. Pone, quidam notarius semel falsum instrumentum confecit, postea iteratò aliud, ita, quòd priuare eum ultimis beneficijs nihil importat. quid iuris? resp. Bal. quòd iudex debet imponere ei aliam pœnam. ut dr̄ in l. Nouerint. C. ut intra certū tēpus. cri. qq. termi. Casus autem, quibus Notarij puniantur, ponit Cassaneus in cō sue. Burgun. §. 8. pagi. 90. & uide omnino Cępollam. in consi. 5. in crimi. uide omnino etiam Iulium Clarum. in prac. crim. in §. falsum uer. Fabricans. & in uer. notarius. & ver. sic etiam. & uer. adde quod. & ver. Item notarius. & q. 73. uer. notarius. Et si notaris negat suam esse scripturam. dic ut ait Claudius in regu. crimi. 46. num. 20. 22. 23. & in regu. 48. num. 2. ubi dicit de notario aliquā. Notarij, & aduocati, qui recusant officium suum præstare, qua pœna puniant̄, ponit Menochius. in trac. de arbitrio iudicis. in casu. 369. & in casu. 370. ubi & alia pulcherrima potes uidere.

Nox.

STATVTVM prohibens ire sine lumine sub pœna tempore noctis, cōprehendit etiam fœminas. ut ait Deci. in cōs. 339. num. 2. uol. 3. & Alex. in l. si constante. §. si uxor. ff. solu. matri. num. 1. & 2. & in. l. 3. §. neratius. ff. de acqui. poss. nu. 3. & seq. & Bal. in l. si Barsatoram. nu. 1. vbi Apostill. de fideiusso. & Paul. de Cast. in l. si filio. num. 4. ff. de condit. sine causa: & Bar. in l. iura. ff. de legibus. & Viuius in tracta. communi. opi. ver. statutum disponens, quòd inuentus de nocte. & Bar. in l. 1. in prin. col. pen. & seq. ff. de peculio. vbi dicit, hoc non procedere ex ui verbi, sed ex ui rationis indifferentis. vide omnino Plot. in l. si quando. sub nu. 862. C. vnde vi. & Gandy. in tracta. malefi. in titu. de rebus uetitis extra districtum in prima. col. ver. item quid si statuto. & Bal. in l. quicunq;. 4. col. ver. Sed pone statuto. C. de seruis fugiti. & Bar. in l. 1. de peculio. ver. exemplum, statuto. & in l. iura. in 2. q. ff. de legibus. &

bus.& Cępolla.in l.1.col.12.ff.de ver.signi.& Cy.in l.1.C. quæ sit longa consue.q.ante pen. vide et Ang.in auth. de san ctissi.episco.§.reuerendissimus.vbi dicit,quòd si statutum dicat,quòd si quis fuerit inuentus ire de nocte,puniatur, ire de nocte non est maleficium. & si vadit de nocte, & est inuentus. Sed statutum facit uim, & uult quòd sit maleficium,cum vadere de nocte sine lumine est inuentus. Et ibi dicit Gandy.quod si statuto cauetur, ꝙ nullus de nocte ante pulsationẽ campanæ portet certas res extra ciuitatem,vel ꝙ nullus possit ire per ciuitatem sine lumine,si quis surrexit de mane, cre dens esse pulsatam campanam.licet fecerit contra.d. statutũ non debet puniri.& ita tenet Cępolla.in cons.13.sub nu. 25. Contrarium tamen videtur velle Alberi.in qq.ad statu.in 2. par.q.6.Idem Alberi.in l.liberorum.§.1.ff.de infami.vbi dicit per illam literam hoc ita determinari.statuto cauetur, ꝙ quis non vadat de nocte post tertium sonum campanæ, & in die veneris sancti, quo non pulsantur campanæ, aliquis repertus fuit post horam, in qua communiter consueuit pulsari certa campana, an incidat in pœnam statuti? & certè incidere ait Alberi. quasi ex mente statuentium, non tam pulsatio campanæ,quàm hora, qua pulsari consueuit attendi debeat. Item si campanarius non pulsauit campanam hora solita, vel nullo modo pulsauit. & aliquis inuentus fuerit ire post horã solitam pulsandi campanam, an condemnabitur? respon. ut per Vitali.in trac.de malefi.in for.libelli.nu.80.& Euerar. in centuria legali.in loco ab vsitato,seù à solitis.& Bal. in l. libellorum.ff.de ijs,qui no.infa.& Fely.in c.super.2. col. in fi. de testibus cogen. ubi dicit, ꝙ si committitur maleficium in nocte veneris sancti,quòd erit grauius. propter signum cam panæ, solitum præcedere.quamuis tunc cessauerit,attamen punietur, si præterierit hora consueta pulsari. limita, vt per Fely.in d.c.cum super.& Bal.in c.inquisitionis.col.fi.ad fi.de accusa.& ibi etiam Fely.Et statutum puniens deprehensum de nocte,non habet locum in viso de nocte. secũdum Ange.

in l.1.C.de petitio.bono.sub la.lib.x.de quo meminit Fely. in c.cū non ab homine.col.3.de iudi.nu.6.Nec d.statutum ligat surdum. vt tenet Bal.in l.si quis in graui.§.surdus. ff. ad syllania. & in qq.ad statu.ver.surdus Et qui de nocte incedit, aduersus dictum statutum,alium accusare non potest sic euntem,nec contra eum testificari.vt ait Fely. in c. prudentiam in 1.col.de mutuis peti.

Si sit statutum, quòd ei, qui fecerit maleficium de nocte, duplicetur pœna,si post sonum campanæ,deputatæ ad segregandum diem à nocte, quis maleficium faciat, duplicabitur illi pœna. alias secus. secundum Alberi.in l.more romano. ff.de ferijs. & in qq.ad statu. vide Lucam de Penna in l.qui agros.C.de omni agro.descr.col.1.lib.xi.vbi in terminis.d. statuti declarat,quid sit nox?& quid dies.& Alberi.in dictione nox.& Fely.in c.si perfodiens.de homicidio. Noctu autē commissum sit delictum,nec ne,discernere, iudicis arbitrio est commissum,ut est communis opinio,de qua meminit Iulius Clar.in prac.crim.§.vlt.q.82.uer. statutum 1x.uer. quæro.& Soarez.in tracta. communium opi.uer.noctu.nu. 33.& Afflic.super const.in titu.de crimine sacrilegij.nu.14.fol.48. & Iul. Ferrettus. ī suo trac.de militari iustitia.nu.24.fol.152

Statutum dicens. Si quis fecerit sic & sic.postea subiungit de nocte,refertur ad utrunq;.secundum Bar.in l. doli. per illum tex.ff de seruo corrup. & Fely.in c.causam, quæ. de rescrip.& Soz.in cons.48.colum.3.ad fi.& in consi.83.in 1.col. in 1.volum.

Statutum puniens illos, qui vadunt de nocte,debet intelligi,si inueniantur per officialem. aliàs secùs. vt ait Ange. in d.§.reuerendissimus.& Bal.in l.item lapilli.ff.de rerum diuisio.& Bar.in l.lequia. in fi.ff.de accusa. & Lanfr.in clem.sæpe. uer.de plano. de uer.signi.vbi dicunt, quòd repertus de nocte,non est per sententiam condemnandus, sed de facto cogendus ad solutionem pœnæ.

Statutum dicit, quod nobilis puniatur pœna quadrupli

tius,

eius,in quo puniretur popularis,si contingat nobilem delin qre de nocte,uel in platea. An pœna quadruplicabit simplicis maleficij, an pœna maleficij sic qualificati?Et dēt quadruplicari pœna simplicis maleficij.ut ait Bar.in l.1.§.cum plures.ff.si fami.fur.fecisse dicatur.Et dicit Bal.in l.ultima.C.de ijs, quibus ut indignis. quòd ibi est argu.ad statuta,quæ dicunt, in nocte, quod intelligitur post sonum cāpanæ ad hoc deputatæ,de sero duplicentur pœnæ maleficiorum.ut uirtus statu.non se extendat ad aliquem locum,ubi communiter sonus campanæ exaudiri non potest.l.qui semel.C.quomodo & quādo.in uer.uox præconis.& ff.de decre. ab ordi. facien. l.1.ibi,aduersus scientem.Et Iaco.Butri. dicit. quòd ubi non pōt ꝑuenire sonus, inspicitur nox naturaliter,quia ubi verbo non potest dari ciuilis intellectus, ad naturalem intellectū est recurrendum. Et ideò, si quis deliquit de nocte uera,punitur pœna dupli, licet sonus campanæ ad illum locum non perueniret. Sed si deliquisset in nocte ficta,hoc est post pulsationem campanę, tamen ante tenebras, & deliquit in tali loco,in quo sonus campanę non auditur ex qualitate noctis, sed ex simplici delicto. quòd est verum,secundum Bal.in d. l. ultima. quando statutum punit delictum, vel maleficium ratione noctis, & omni capite. Sed si restringit se determinato modo ad noctem secundum sonum campanæ, non includit aliam. Quid autem de capto post sonum campanæ? resp. vt per Bal.in d.l. liberorum de infamibus. An habebit locū statutum, si quis fit inuentus stare, uel sedere? respon.ut per Alber.in qq.ad statu.q.231.in 2.par.quòd attenta mente statuti teneretur. Sed non attentis uerbis, quia ire non dicitur qui stat. uide Bal.in qq.ad statu.uer.nox.& Plot.in l. si quando.sub num.840.Et de damno dato nocturno tempore.uide Roma.in consi.7.& de maleficio commisso noctis tempore tractat Crauetta in consi.178. per totum in 1. & nos ferrariēsem habemus tale statutum. sub rubr.pœna eorum, qui inuēti fuerint de nocte sine lumine.ad quod Apostilla. An suffi

cit

cit inuenire sine apprehẽsione rñ.ut ꝑ Ang.in trac.malefi.in gl.d.Andr. col.3.& 4.& Alex.in conf.216. nu.1.in 4.& seq. uol.6.Et istud statutum non ligat forenses, & nouitios.secundum Bal.in l.ius ciuile.in fi.ff.de iustit.& iur.Et quid sit nox, dicit Ang.in tract.malefi.in glos.de nocte.Et non sufficit probare maleficium de nocte commissum,nisi dicat,post sonum campanæ, & etiam sonum campanæ de mane. ut ait Ang. in consi.196.incip.uisis processib. & Lanfran. in clem.sępe. de uerb.signi.uer.de plano.nu.2.

O.

OBLATIO.



LLVD, quod dicitur, quod ad euadendum pœnã statuti sufficit verbalis oblatio, est uerum ad euadendum pœnam legalem, seù statutariam. secus est ad euadẽdum pœnã conuentionalẽ.quia opus est ob[1]atione reali. secundum Ange.& alios in l.mora.ff.solu.matri.& Bal.in l.acceptam.C.de vsu.in 3.oppo.& in.21.q. & Ias.in conf.19.sub nu.14.in 1.uol.& Tiraquel in tracta.de vtroq; retrac.vbi de oblatione meminit.& Chironiũ in tracta.communium opinio.centuria.2.conclu.61.pag.67.

Obligare pro alio ad mortem.

LICET pacto nequeat se obligare fideiussor ad mortem pro alio.ut ait Alber.in l.liber homo.per illum tex.ff.ad l.Aquil.& Cæpolla.in l.1.sub nu. 58.C.de ser.fugiti.attamẽ lege.vel statuto hoc bene potest induci. secundum glo. in c. cum homo ab hoĩe. xxiij.q.5.& Ias.in §.quædam. sub nu.37. insti.de actio.Et homo etiam non potest se obligare ad pugni amputationem, puta,si deieraret,ut sibi manus amputaretur.prout tenet Guido.Pap.in q.278.Et quis nõ potest mittere se in manu inimici pro iniuria illata, ut alapam recipiat.

prout

prout ait Bar.in l.1.ff.de iniurijs.Item statutum de obligatio nibus,non habet locum in his, quæ sunt ex delicto. ut tenet Tiraquellus.in tract.de legibus connubialibus, in glo.5.nu. 154.ver.decimo tertio quæro.pag.286.

Obseruantia statutorum.

STATVTVM, quod nunquã fuit obseuatrũm,perindè est, ac si nunquam fuisset.secundum glo. in c.1. de treuga & pace.ubi Fely.& cæteri dicunt idem. & Oldra.in consi. 259. & Alex.in consi.132.lib.1.

Iudex tenetur obseruare statuta absq; eo, quòd in causa per aliquem litigantium sint producta.quod secus est in cõsuetudine, uel reformatione,non inclusa in volumine statutorum.prout tenet Iaffredus.in decis.389.

Licet statuta non publicata,non ligent, vbi tamen cõstat, quòd statuta illa diutius fuerint obseruata, non requiritur publicatio.ut tenet Plotus.in l.si quando.nu.858.C.unde ui. vide Gratum.in responso.49.in 2.

Statim,quòd dominus mãdauit statuta obseruari, sunt ap probata, ut dicitur in prohemio sexti libri.sufficit.n.ꝙ princeps.scribat super obseruantia,etiam si nõ scribat omnibus. vt dicit Bal.in consi. 348. in 3.vol.vbi allegat.l. & eo modo ff.de lega.1.Et nos ferrarienses habemus statutum sub rub. de obseruantia statutorum. Ad quod vide Barba.in Ioanni na.& Firma.in ver.iuramentum seruare. uer.48. & Ias. in l. si probatis.ff.de re iudi.& supra.in ver.Forma. vbi etiam dicit ꝙ omnia & singula statuta censentur ex.d. statu. dare formã.

Occisor.

EXTANTE statuto,quòd occidens suis manibus,puniatur certa pœna.non habet locum,si per alium quis occidi fecit. vt tenet Barba.post alios.in tracta.de Cardi.leg.à la tere.in 2.q.Basilica.sub nu.14.vbi plenè de hoc habetur.

Statutum, quòd occidens aliquem in die veneris sancti, quando tenemur esse maximè deuoti,ob deuotionem Chri

stianæ

ſtianæ religionis, debeat grauiſſima pœna mortis puniri? an comprehendat eum, qui mortaliter aliquem uulnerauit, qui alio die poſtea mortuus ſit? reſpon. Iaſ. in l. illa ſtipulatione. ſub nu. 12. ff. de uer. ob. quòd ſic, propter ſupremam deuotionem, & cultum tanti diei, quod dicit ſe alibi non legiſſe.

Statutum de occidente loquens, comprehendit lætaliter vulnerantem aliquem, qui poſtea ſit mortuus. ob illud vulnus. ſecundum Bal. in l. 1. in fi. C. de nundinis. Latè hoc tractat Bar. in tracta. percuſſionis. & in l. ſi in rixa. ulti. col. verſi. poſſemus quærere. ff. de ſicca. ſed propter excellentiam virtutis alicuius, licebit à ſtatuto recedere. l. ſcire. §. oportet ibi valde diſciplinatos. ubi Bal. ff. de excuſa. tuto. de qua re fuſius Iaſon tractat in l. 1. ff. de legibus, & docto. in l. artifices. ff. de ſol. & in l. ad beſtias. ff. de pœnis. & in trac. Tiraq de pœnis temperandis, vel minuendis.

Statutum dicens, quòd occidens puniatur pœna pecuniaria. ſi Ferrarienſis alibi occidatur, non poterit occiſor allegare retortionem ſtatuti, & dicere, ſe debere puniri pœna pecuniaria, quia contra quemlibet hominem Ferrarienſem nō debet fieri talis retortio, ſed contra populum? vide Alex. in L. 1. ff. quod quiſq; iuris. ſub num. 12. per glo. ibi, & dicit communem illam eſſe ſententiam.

Statutum permittit hæredibus occiſi occiſorem occidere. Pone, Titius occidit Meuiū, an poterūt eius hęredes titiū occidere, antequam per ſententiam fuerit declaratus occiſor? reſpon. Paul. de Caſt. in l. quæ ſub conditione. §. de hoc iure. nu. 12. ff. de condi. inſti. ubi determinat, quòd ſic.

Occidens Firmanum extra territorium Firmi, non punitur pœna pecuniaria decreta per ſtatutum, loquens de occidēte, ſub pœna iuris communis. ita tenēt Bar. Ange. Raph. & docto. omnes in l. 1. ff. quòd quiſq; iuris.

An occidens alibi, quàm ordinauerat, puniatur pœna ſtatuti, loquentis de ordinatione occidendi? ponit Bar. in q. incip. ſtatuto ciuitatis cauetur. ꝙ non punitur, ut in l. amici. §. fi. de

ff.de adulterijs.idem firmat Ange. Areti.in trac. malefi. uer. existens Florentiæ.

Statutum, quod dictat, si quis occiderit, occidatur, Non habet locum in eo, qui, licet animo occidendi percusserit, non tamē occidit. ut tenet Bar.in l.is qui.ff. ad.l.Cornel.de sicca.

Statutum dicens, si quis occiderit plures, capite puniatur, Intelligitur, siuè simul, siuè diuersis tēporibus occiderit.s m Bal.in l.q d ergo.§.q ait.ff.de ijs, qui no. infa.in 2.lectu.2.col.

Pone, dicit statutū, si qs occiderit duos, capite puniatur, si unū, tūc in mille libris. quidā diuersis tēporib. occidit duos. an decapitabitur? respon.Bal.in l.quid ergo.ff.de infa. quòd aut est punitus de primo homicidio per se, & tunc punietur de secundo pœna pecuniaria, quia de primo amplius quęri non potest.aut non fuit accusatus, uel punitus, & tunc si simul de utroq; acusatur, capite puniet ur.

Statutum loquens in occidente per se, an habeat locum in dante causam mortis? Carreri.in prac.crimi.§.homicidium. nu.18.tenet, quòd non.& Alex.in cons.140.in 2.vol.

Statutum non habet locum in Attentante. secundum Ias. in rub.insti.de actio.pen.col.& Carreri.in §.homicidij.nu.9. quod intelligitur pœna. s. ordinaria eadem lege. uel eadem pœna.Sed extraordinem ratione doli, animi, & insultus.secundum statuta punientia insultum, & percussiones. Et illę propriè occidit, qui gladio, fuste, lapide, calce, uel aliquo huius generis modo occidit. Nam uerbum occido ex ob & cedo componitur, & differt ab interficio.Nā interficit, qui quo modocunq; perimit.ut dicit Asinius. in titu. ff. de Religio. & sumptibus fune. pagi. 60. sub num.14. quod probat ex Cicerone & Terentio.

Oculus.

STATVTO cauetur. quod excecans oculum, puniatur vt homicida.Alio etiam statuto cauetur.quod iudex non fa

ciat punitionem de his, de quibus est facta concordia. Dic, quòd de excecatione oculi poterit fieri concordia. secũdum Stepha. de Federi. in tracta. de interpretá. iur. parte 2. sub nu. 130. Quid si quis oculum nõ videntem eruit, an punietur statuto, de excecante? respon. Bal. in l. conuenticulam. 3. col. C. de Episco. & cleri. quòd non. quia oculus non videns, oculus non dicitur, nisi, ut pictus. prout dicit Bal. in qq. ad statũ. ver. Manus. & uer. Membrum. num. 5. & ver. oculus. & uer. testi. testes. sub num. 3.

Si quis ex forma statuti sit condemnatus, quòd oculus dexter illi extrahatur, si per errorem sinister fuerit erutus, dexter nullo pacto eruetur. quemadmodum dicit Paul. de Cast. in l. Eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio. & Plotus in l. si quando. sub num. 842. C. vnde vi. vbi etiam refert illud Suetonij Tranquilli de Tiberio Cæsare, qui de nocte optimè videbat more nocti luce.

Odiosum statutum.

STATVTVM odiosum debet extendi, vt fauorabile. quoties extensio tendit ad fauorem reipublicæ. secundum Marsil. in §. Aggredior. num 59. in prac. cri. Et statutum odiosum in patre, trahitur ad matrem. secundum Bal. in l. quis quis. C. ad. l. Iul. maiesta.

Offensio.

STATVTVM permittens offensionem, seù vindictam offenso, intelligitur de eo tantum, qui est corporaliter offensus, nõ de eo, qui iuris fictione esset offensus. ut dicit Bal. in consi. 173. lib. 3. & Fely. in c. fi. §. is autem. col. ultima. de offi. delega.

Stante statuto, quòd quis possit impunè offendi. Non potest offendi pendente appellatione. secundum Bar. in l. 1. ff. nil noua. pen. appella.

Si sit statutum, quòd offendens aliquem iuxta domũ suã per tot pedes, puniatur tali pœna. an statutum habebit locũ, si quis

si quis offendit aliquem iuxta domum suam à parte posteriori ipsius domus? respon. Bal. in l. si tertius. arguendo, quòd sic. per. c. statutum. §. 1. de rescrip. in vi. Contrarium postea determinat.

Statutum, quòd offensus in domo sua, possit petere offendentem puniri, Habebit locum, etiam in filio offenso in domo patris. secundum Bal. in l. 1. §. domini. ultimo. per illum tex. ff. ad syllania.

Statutum, quod punit offendentem aliquem in uia publica, vel strata, Non habet locum in offendente in flumine publico. quemadmodũ ait Bal. in l. fi. ĩ fi. per illũ tex. ff. de serui. rusti. prædio. quod secùs existimat in ponte fluminis. & differt strata à via. Nam strata dicitur, quòd ex lapidibus strata, vel scilicata sit, via verò absq; lapidibus. vnde statutum de vna, non habet locum in alia. secundum Bar. in l. 1. ff. de uia pub. & l. absit. C. de priuile. domus Augustæ lib. xi. & Cępolla. in tracta. de serui. rustico prædio. in rub. de seruitute viæ. & Alberi. tradit in dictione ista & Spiegellius in lexico & d. m. Alcia. in l. quantum de ver. signi & Valla. in elegan.

Statutum dicit, quòd offendens aliquem in uia, quę vadat ad talem locũ, puniatur pœna duplicata. Quid si offensio sit facta in fouea? respon. statutum non habebit locum: quo ad pœnam duplicatam. vt tenet Bar. in l. riparum. ff. de rerum diui. quoniam fossa non est via.

Statutum. quod punit illum, qui offendit iusdicentem, nõ habebit locum, si quis offendat eius vxorem. secundum Deci. in consil. 501. nume. 5. in 4. vol. Et offensa dicitur omnis actus, qui pœnam meretur. l. testamento. ff. de manu. testa. Itẽ offensa dicitur omnis actus, qui prouocat aliquem ad iracundiam. l. cum te. & l. filia. C. de inoffi. testa. de quo plenè tractat Bar. in l. illicitatio. §. ꝙ illicitè. ff. de publi. & Bal. in l. quidã. ff. de hære. insti.

Statutum punit pœna centum reum, qui offendit aliquem in ciuitate, an comprehendet etiam eum, qui in districtu of-

fendit alterum?respon.vt per Alberi.in qq.ad statu.in 2. par. qui se remittit ad.l.2..ff.de uer.signi.& de suppellec.lega.l.3. & de sententia ex communica.c.si ciuitas.lib.6.

Si sit statutum disponens, q si quis offenderit aliquem in domo habitationis,puniatur dupli,Pone,quidam viator fuit offensus in hospitio. an offendens punietur statuto? respon. Bal.in qq.ad statu.ver.hospitium,q non . l. 1.§.habitare.ff.de ijs,qui deiece,vel effu.& in d.§.habitare. Et offensio in persona dicitur,quando tangitur ipsum corpus.ut ait Bal. in l. si qua per calumniam.1.col.C.de episco.& cleri.& in rub.ff.solu.ma.& in qq.ad statu.Insultus autem non dicitur offensio personalis.sicut ait Deci.in consi.406.in 3.vol.

Si statuto sit cautum.quòd si quis offenderit offendentem se,uel suos,puniatur dimidia pœna. & subdit statu. Si autem offenderit consortem offendentis,puniatur pœna manus.

Pone modò titius offendit fratrem meum, & eius frater me,& ego quoque offendi titium.an puniar in dimidia ? an uero manu?respon.ut per Bal.in l.si prædium . col. fi . C . de ędili.actio.

Si liceat offenso per statutum facere competentem uindictam, Intelligitur de immediatè offenso.ut tenet Ias.in l.qui liberis.§.hæc uerba.num.4.ff.de uulga . substi . & in l. si quis nec causam.num.21.de rebus credi .

Quæritur,quæ nam di catur domus.stante statuto, quòd si quis offenderit aliquem in domo solitæ habitationis puniatur.&c?

Quæ dicetur solita habitatio?respon.vt per Bal.in l . 1 . §. habitare.ff.de ijs,qui deiece,vel effu.& d.m.Alcia.in l.incola.ff.de uer.signi.& Spiegellium. in lexico . Et solita habitatio illa dicitur, in qua pro maiori parte anni, quis inhabitat. secundum Ange. in l.4.§.prætor.ff.de damno infec.& no.ibi Bar.& Corne.in conf.52.in 3.& fi.col.in 4.uol.Et appellatione domus plura ueniunt,scilicet,habitatio,gens,familia,seù agnatio, quandoq; ponitur domus pro omnibus,qui portāt

eadem

eadem insignia. quandoq; pro omnibus descendentibus ex eodẽ sanguine.de qua re uide Corne.in cõs.216.in 2.

Statutum aggrauans delictũ offendẽtis aliquẽ ad domũ, Non uerificatur in offendente ad apothecã. ut ait Bar.in cõs. de quo.meminit Corne.in cons.203.in 1.uol. Et dicor offen di,quando ex aliquo mihi illata iniuria, pro uocor ad iracun diam.ut dicit Roma .in consil. 183.col.2.Et quis non dicitur offendi in ęre & persona,cui fit conuitiũ,uel iniuria uerbalis. prout ait dñs Cephalus in consilio 190. per totum.in 2. uol.

Statutum.qđ punit offendentẽ officiales,intelligitur,non solum durante officio,sed ẽt intra tps, intra quod stare tenentur ad syndicatum, & finito etiam syndicatu, comprehendit tps,intra quod præparauit sarcinulas suas ad recessum.prout dicit Paris de Puteo in tracta.syndica.in §. officialis. & Cataldi.in tracta.syndi.sub num.15.& Gui.pap.in q.557.vbi plenè hoc tractatur.

Statutum,ꝙ offendẽs Potestatẽ debeat capite puniri, non extẽdit ad eius filios, & nepotes,nec ad collaterales.nisi hoc dicat expresśe.prout ait Bal.in l.1.C. si rector prouinciæ. de quo agit etiam Paris de Puteo.in trac.syndica. uer.reformatio. & uide Cępollam.in cons.15.

Statutũ loquens de offenso, uerificatur in immediate offenso. pro ut ait Bal.in l.ut uim. ff.de iusti.& iure.de quo ait etiam Cassaneus in consuetu.Burgun.folio 259 pagina 2.in fi.uide oĩo etiã Plotum. in l.si quando num.634.C.unde ui.

Statutum de offendente ciuem.habet locum in ciue,quã uis iudeo. secundum Tiraquell.in tracta.de iure primige. q. 66.sub num.12.

Officium.

STATVTVM dicit, quòd finito officio, nil fieri possit, sub pœna. Quãdo dicetur finitum officium?Dic,quòd non dicitur finitũ officiũ,donec successor aduenerit,ẽt, si non sit cõfirmatus.prout ait Bar.in l.legati.ff.de offi. proconsulis.

Statutum

Statutum de officiali reformando, Non habet locum in custode arcis, sed in officiali habente iurisdictionẽ. ut ait. Alex. in l. 1. col. 1. ff. de iurisd. omnium iudi. nisi aliter loquatur statutum. vt dicit Bal. in l. 1. ff. de offi. præfec. urbis.

Quomodo puniantur officiales, dissimulatione maleficia non punientes, & non imponentes pœnas statutarias. gl. no. in l. 1. C. de deserto. & occultato. lib. xij. quam ibi no. Bar. & Corsetus in singu. uer. pœna. & Bal. in l. præsbiteri. C. de sacrosanc. eccle. & Paui. in tracta. de offi. & pot. capita. sede uacan. q. x. par. 2. prin. sub nu. 24. & Cicero de hoc meminit in Orationum lib. 2. Oratione. 14.

In quacunq; generali exclusione exceptionum facta per statutum, nunquã excluditur officium iudicis. si statutum excluderet omnem exceptionem, & defensionem. prout tenet Iason in cons. 7. sub nu. 5. in primo vol. & vide Cassane. in cõsuetu. Burgun. §. 6. pag. 67.

Si sit statutum dicens, quòd habens unum officium non possit aliud habere, aliàs careat accepto. Et quòd contrafaciens, etiam, perdat stipendia, & priuilegia primi officij. Vide ad hoc Bar. in l. omnes. C. de cohortali. lib. xij. & propter negligentiam remouetur ab officio. l. si quos. C. de offi. pre. ori. ubi Bar. uel si malè tractat officium. l. vniuersa. C. de diuer. rescrip. ubi Bal. & vide Alberi. in qq. ad statu. q. 160. in 2. par. & Fely. in rub. de offi. de lega. sub nu. 3. & Bal. in 1. C. constitu. uerti. ideoq; & docto. in l. diem functo. de offi. assesso. & Dec. in c. ex literis. nu. 14. & seq. de constitu. & Alberi. in l. 1. C. ex qui. cau. maio. & Dec. in cons. 40. in 1. & Bal. in l. 1. in 1. col. ff. de senato. & Deci. in l. Culpa caret. ubi & Cagnol. ff. de reg. iur. Et quando quis duorum officium exercere possit, dicit Barba. in c. ex literis. ubi etiam cæteri. de proba. potest tamen officialis dicere superiori. seruetis hoc ad Syndicatum. per l. si tutor. de autho. tuto. & ait Pauinus ubi supra. x. q. 2. partis prin.

Statutum, quòd iudex bene prouideat, ne damna dentur, uel

uel inferantur iniuriæ. uigore huius statuti nulla nascitur actio. sed iudicis officium.

Si dictet statutum, quòd iudex debeat tueri tales iniuriã patientes, tunc datur actio, & exceptio. l. statuas. ff. de acqui. rerũ domi. & dicit Bar. in l. cum satis vbi & auctarium. C. de agrico. & censi. lib. xi. sub nu. 10.

Conducentes officiales ex statutis. intelliguntur sumptibus conducentium conducere, eundo, & redeundo. secundũ Bar. in l. super creandis. C. ne fis. rem, quam uen. lib. x. & Paui. in trac. de offi. & po. sede uacan. d. q. x. 2. par. sub nu. 27. & Corsetum in trac. de potesta. regia. in 1. par. sub nu. 9.

Omnes de cõsilio nemine penitus discrepante & inuito. debent contentari, quando fit refirmatio officialis, aliàs uno contradicente, effectus esset nullus. vt ait Paris de Puteo in tracta. syndi. §. reformatio. & vide Ioan. de Platea. in l. 2. in fi. C. ut digni. ordo seruetur. & de proxi. sacro. scrini. lib. xij.

Opem præstans:

PRo furto inquit lex statutaria, uel homicidio puniatur quis tali pœna. Cum uerba sint in rem scripta, opem præstans debet eadem pœna puniri. si uerò in personam, puta, si quis occiderit, uel furatus fuerit, non punietur. l. aut qui aliter. ubi & Bar. ff. quod ui aut clam. & l. hæc verba. vbi Bal. ff. de adulte. & Bar. in l. is qui opem. ff. de fur. & Bal. in l. 1. C. de crim. pecula. & Bal in l. 1. C. de nili ageribus nõ rum. Ille, qui ministrat delinquẽti, uel eũ associat, dr̃ opẽ præstare, ſm Bal. in l. qcũq;. C. de seruis fugit. licet nil aliud fecerit. Et ad hoc, ut quis dicatur dare opẽ malefactori, requirit, ꝙ tunc scire debeat ipsum esse malefactorem. d. l. quicunq;. ut dicitur per Signorol. in consi. 134. nu. 3. & Roma. in consi. 117. & dixi supra uer. auxilium. & Cæpolla. in consi. 1. & dicam in uer. præstãs opem. Et nota, quòd agentes, & consentientes pari pœna puniuntur. ut ait Lucas de Penna. in l. lotas. C. de Murilegulis.

lib.

lib.xi.& Ber.Diaz. in regu. 522.uer.homicidium. & Menochius in tracta.de arbitrio iudicis.in casu.349.& 350.

Optio.

CONDEMNATVS ex forma statuti ad pecuniam,vel pœnam,alternatiuè.non habet optionem.si est soluendo.secundum Ange.in l.quicunq;. C. de seruis fugi. ubi dicit Bartolum.ita consuluisse.

Originarius.

SI quis habeat domicilium in uno loco,& sit alterius loci originarius,potest esse assessor in loco originis, non obstāte statuto,quod prohiberet prouinciales in prouincia assidere.quia prohibitio potius respicit incolatum, & familiaritatem,quæ causatur ex incolatu,quàm originem, ita. no.Cy.& Guil. & Fran.de Albergo. in l. si eadē.ff.de offi. assesso. & Sozi.in consi.79.sub nu.18.in 4.vol.

P.

PARTICEPS CRIMINIS.



VOMODO intelligatur statutum, quòd particeps criminis sit idoneus testis, & idoneus accusator, tradit Corne.in consi. 324.in 3.uol.

Passus. vel pes.

STATVTVM dicens.Si quis fugauerit aliquem per tot pedes,vel passus,puniatur tali pœna.Quonam modo intelligatur pes,uel passus, not.glo.xvi.q.iiij. c.sicut antiquitas. & glo.in l.si itinere.ff.de uer.sign.& Bal.in l.prima. C.de oper. no.nuncia.

Pater.

STATVTVM, quòd Pater pro filio,qui deliquit teneatur assignare legitimam.Quod statutum valet,ut est communis opi-

nis opinio, de qua Iul. Clar. agit in prac. cri. q. 86. uer. ualebit igitur proculdubio statutum. An comprehendat patrẽ forensem? respon. Bal. in l. si qua pœna. ff. de ijs, qui sunt sui, quòd non. Nam statuta, quæ respiciunt personam subditi, quando sunt odiosa, non comprehendunt hominem alterius territorij. ut tenet Bar. in l. 1. C. quæ sit longa consue. in q. 6. & Sozi. in consi. 272. sub nu. 8. in 2. par. ubi etiam nu. 9. dicit. quòd Bar. in tract. represaliarum. in 1. q. prin. q. 3. dicit, ꝙ si pater tenetur pro delicto ex forma statuti soluere pœnam pecuniariam, non tenetur, si deliquit extra territorium. Et si filius, uel famulus contumaciter fuerit condemnatus, pater, uel dominus non tenentur in terminis statutorum, uolentiũ pro eorum delictis patrem, vel dominum teneri. vt ait Ludo. in consi. 153. & Alex. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infec. & Fely. in c. Bertoldus de sententia & re iudi. ubi tractantur etiam alia. & Alberi. in qq. ac statu. q. 47. in 1. par. & q. 46. & Bal. in qq. ad statu. uer. parentes. pater. Et dicit Immola. in l. si plures. §. lex Cornelia. ff. de vulga. & pupilla. ꝙ istud statutum est iniquum, quòd pater teneatur pro filio delinquente. Et tamen tenet glo. in rub. de decretis decurio. & Bal. in l. 1. C. ne filius pro patre. & Fran. de Are. in d. §. lex. tenent, quòd ualet hoc statutum. & fusius Ias. in consi. 100. & in §. actiones autem. inst. de actio. dicit ualere hoc statutum. nume. 82. & Alber. in qq. ad statu. q. 46. in 1. par. vbi idem affirmat. Si tamen statutum imponit pœnam pecuniariam, hoc statutum non comprehendit filium pupillum. ut pater pro eo teneatur. secũdum Bal. in rub. C. res inter alios acta. & Ias. in d. §. actiones, & Alber. in qq. ad statu. q. 71. in 1. par. & Marsil. in sing. 362. & 481. quę est communis opinio. secundum Corn. in cons. 60. uol. 4. & in consi. 97. eo. uolum. & Soz. in fallen. 322. Et si filius est condemnatus, patre non citato, an contra patrem possit fieri executio condemnationis. an vero sit agendum conditione ex lege contra ipsum, & denuo probandum maleficium? vide Bal. in d. l. 1. col. 2. num. 8. C.

ne filius pro patre.& Saly.in l.si filius.eo.titu. & Iaffr. in dec. 196.Et quando pater tenetur assignare legitimam pro filio, in terminis d.statu.quomodo consideretur legitima, & quã do potest augeri, & minui? respon. Bal.in l.quicquam circa fi.C.ad l.falci. vbi dicit, quòd consideratur tempus delicti. vt ait etiam Corn.in consi.1.lib.ult.circa princ.& uide Plotũ in repet.l.si quando.C. vnde vi.num. 876. Et not. quòd non obstante statuto,pater potest comparere pro filio,& allegare absentiam, & causas defensionis filij, & aliàs exceptiones.ut tenet Rim.in consi.13.in prin.&in consi.17. vbi dicit, quòd pro suo interesse admittitur pater ꝓ defensione filij absentis. vide etiam Bartho.de Valmarana inter consi.crim. in consil. 69.per totum,& Scarlati.inter d.consilia.in consi.114.& omnino Iul. Clar.in pract.cri.q.33.ver.sed quod plus est. per totum, vbi refellit opinionem illorum, qui volunt, quòd excusator possit tanquam quilibet de populo comparere,& excusare reum absentem. Et statutum prohibens aliquem admitti,uel audiri pro inculpato, non intelligitur,patrem prohibere.secundum Rui.in consi.9.sub num.4.& 6.vol.5.& vide Plotum in repeti.l.si quando. sub num.876.C. vnde vi.

Si statutum dicat, quòd parentes rebellium non possint habere officium in communi. Qui nam intelliguntur parentes? respon. Ange. in auth. de aliena.& emphy.§. Oeconomus.vbi dicit, quòd intelliguntur parentes, qui attinent ꝑ genus, uel per nuptias, aliàs autem parentes dicuntur pater & mater usque ad infinitum.l.si quis.de in ius vocã.

Pax.

STATVTVM, quòd loquitur de pœna imponenda, nõ obtenta pace ab offenso,Nõ habet locum, ubi non est offensus, á quo haberi possit. vt ait Bar.in consi.167. Et licet iniuria tangat omnes.tamen est satis factum statuto loquenti de pace,si pax habetur à maiori parte. prout tenet Fely. in c.cũ omnes.sub nu.16.de constitu.& Ioã.de amicis. in consi.88. nu.6.

nu.6.& uide Didacum. Variarum lectio. in lib.1.cap.13.nu. 8.ubi dicit.quòd communis est opinio,quòd non sit satisfactum statuto,nisi habeatur pax ab omnibus.vide Ferrettũ.in tracta.de ferijs,seù iudicijs militaribus,& de treuga,& pace. ubi hoc tractatur latissimè.& d.m.Alcia.in consi.42.per totum.in 5.vol.& in consi.134.per totum.eo.vol.ubi tenet.ꝙ si quis habuerit pacem à maiori parte, sufficit, Nec pax facta sub conditione,quòd nõ ueniat intra Ticinum, impedit,quo minus habeat quis beneficium principis à iure publico prouueniens.vide Moronum.in trac.de fide, treuga, & pace. An mulier possit facere pacem in teminis.d.statuti? respon. Tiraquellus in tracta.de legibus connubialibus.lib.1.in glo.prima.nu.61.& Folleri.in prac.crim.in uer.audiantur exceptiones.ubi dicit,quòd ius uindicandi competit uxori.ibi. num. 18.& ideò debet ab ea peti pax. quia agitur de suo,& non de mariti solius interesse.vide Ioan.de amicis.in d.cons.88.nu. 4.& Nouellum in practi.crim.ad finem,ubi de pace dicit plura.Et tale statutum est stricti iuris.prout tenet Bal.in consil. 195.nu.4.in 2.par.vide Plotum. ubi supra nu.353.Et not.ꝙ bannitus habẽs pacem ab offenso, debet cancellari de libro. stante statuto de habente pacem ab offenso. quia fiscus non dicitur principaliter offensus, sed secundario.secundum Firma.in reperto.& Beroium in q.75.

An pax facta præiudicet cõmuni,quo minus potestas possit procedere ad debitam communi condemnationem ex forma statuti? respon.Alber.in qq.ad statu.q.127. in 2.parte ubi dicit communem esse opinionem,ꝙ non præiudicet pax. Tamen,remissio,trãsactio,siuè pactum,renunciatio, & abolitio innocentiam reddunt, & reum exculpant. vt ait Herculanus.in tracta.de negatiua probanda.nu.161.

Quando pax rupta dicatur ex noua, vel veteri causa,tradit Quirinus inter consi. crimi. in consi.26.in tomo vlt. & in consi.98.quod est Baranzonij.ubi etiam dicit Baranzonus. quòd conuentio pacis,etiam non natos comprehendit.vide

Iul. Clar. in prac. crimi. q.47. ver. Sed quoniam cum seq. & q. 58. per totum. ubi etiam habetur, quando liceat trãsigi in criminalibus, & pacem fieri. & uide Placam. in epitome delicto rum cap. 39. & 46. Et quando dicatur rupta pax & alia plura circa pacem, vel treugam, tradit Iul. Clarus. in practica. crimi. d. q. 47. & Beroius in q. 74. & Roma. in consilio. 183. & vide Petr. Rauen. in suo aureo alphabeto. ver. communis res. vbi dicit, ꝙ communiter tenetur, quòd pax debeat haberi ab omnibus. & de pace rupta tractat Parisi. in consil. 164. in 4. & in consil. 165. eo. vol. & Porti. in consil. 71. & in consil. vlt. & an pax faciat indicium ad torturam, tractat Iul. Clar. in prac. crimi. q. 21. & ad d. statutum vide omnino Ias. in l. cum filius familias. num. 92. & 100. ff. de lega. 1. & Firma. in uer. pax. & Alexandri. in consi. 50. & d. m. multiscium. d. Iaco. Cagnacinum in regula. nemo potest ad impossibile. de regu. iur. in 6. & Alberi. in l. sed si accepto. ff. de iure fisci. & Bal. in l. 3. §. si stipulator. ff. de eo per quem fac. est.

An pace facta de uulnere, secuta morte, pro sit? respon. vt per Alberi. in qq. ad statu. q. 133. in 2. par. An offendẽs eum, à quo prius fuit offensus ipse, & prouocatus, pacem rumpere intelligatur? resp. ꝙ non, quia nõ ex antiqua causa, sed ex noua motus censetur. Et ista est magis communis opinio, & vera. vt dicit Cherianus. in tractatu suo communium opinionũ. in ver. pax. vide Petr. Rauen. in suo Alphabe. in ver. pax. Et pax non potest fieri de raptu mulieris per parentes. vt dicit Petr. Rauen. in d. alphabeto. in ver. raptus. col. 2. quando fieri possit pax de vindicta, & quæ sit vindicta, Bal. ponit in consi. 173. in 3. uol. uide omnino etiam. Anto. Gomez. in tracta. de homicidio. num. 63. fol. 375. An pacis beneficium à statuto proditum datur delinquentibus blasphemis pœnitẽtibus? respon. Anchara. ꝙ nõ. in c. fi. de Maledic. & uide Corne. in consi. 40. in 2. uol. & in consi. 167. in 3. uol. An pax facta per patrem cum aduersario super asserto delicto filij, probet filiũ uerè cõmisisse delictũ? resp. Cor. in cõs. 300. uol. 3. ꝙ nõ.

An

An ueniā petens censeatur confiteri delictum in pace con ficienda? respon. ut ait Blancus. in l. fi. ff. de. qq. sub nu. 308. & 306. & ibi ponit, an pace facta super crimine, crimen censeatur confiteri tanquam reus? & num. 892. ubi docet protestari, quando fit pax. quòd fiat in genere cuicunq;, qui offenderit, notario stipulante, uel cum protestatione, quòd fit pax nō animo confitendi delictum, sed expensas, & rancores animi euitandi. uide Cepollam. in cautela. 88. & Bal. in eius practica. in titulo. de cautelis, & remedijs &c. q. 13. uide omnino et Anto. de Mussis: in eius formulario notariatus. ubi de pace ponit formulam.

Statutum dicit, q̄ de maleficio fieri possit pax, An ante cōmissum maleficium, una pars possit dare alteri licentiam offendēdi? respon. Bal. in l. ut uim. ff. de iusti. & iure. quòd non. l. si à reo. §. fi. ff. de fideiusso. & ibi fusius Bal. hoc tractat.

Statuta communiter mitigāt poenas propter pacem. quid si pax fuit, & probetur testibus, non autem scriptura, uel instrumento, & statutum dicit, quòd de qualibet pace debeat fieri instrumentum? Tenetur iudex in syndicatu, si admisit reum absq; pacis instrumento. ita dicit Cataldi. in tracta. syndica. sub num. 90. Et no. quòd si inest timor armorum, & rixæ, ut euitentur scandala, iudex potest cogere partes ad concordandum, & transigendum, aliàs secùs. secundum Ange. in auth. vt litigan. iurent. §. quia uero. uide Bal. in qq. ad statu. uer. pax. & plura de pace. tradit Lucas de Penna. in rubrica. C. pub. leti. lib. xij. & Iodocus. in prac. cri. cap. 145. cap. de pace componenda. & Bossi. in prac. crimi. in titulo. de pace. & Viui. in suo tract. communium opi. uer. statutum disponens, quòd bannitus non possit reuerti ad ciuitatem. &c. & Brun. in consil. 68. num. 2. & seq. Et nos Ferrariæ tale statutum habemus sub rub. quod bannitus de banno non extrahatur, nisi de uoluntate eius, qui in banno illum poni fecit. ad quod uide Bal. in l. si filius, qui. in fi. ff. de uulga. & pupilla. ubi filius, qui se ab hæreditate paterna abstinuit, faceret pacem, teneret.

ret.cum hoc non sit quid hæreditarium.& ita tenet Rui. in l. gallus.§. & quid si tantum. col.xi.in fi.ff.de libe.& posthu.& Iul.Clar.in d.q.59.

Pecunia.

STATVTVM pęnale,intelligitur de pecunia currenti tempore solutionis.secundum Bal.in addi. ad specula.in titu. de obligationibus & solutionibus.ver. obligatio legalis. & in Speculatore.§.nunc aliqua.uer.fi.& Bal.in l.illud.in fi.col. vers.vltimo quæro.C.de sacrosanc.eccle.& in l.quicunq;.vlti.col.ver.deinde.C.de seruis fugiti.

Pœna.

AD statutum pœnale, vide Menochium in tracta.de arbitrio iudicis.in casu.276.Tres sunt causæ, cur nocentes plectantur.Prima,vt quis emendet mores.Secunda.vltio pro dignitate, & authoritate eius tuēda,in quem est commissum delictum.Tertia,vt cęteri à similibus peccatis deterreātur.vide Corsum in trac.indagi.iuris.lib.1.cap.20.nu.4.

Statutum purè imponens pœnam offendenti decurionē, uel antianum, Habet locum in antiano de proximo remoto. secundum Roma. in l. si quis in graui. §. de ijs.ff.ad sylla.& Alex.in addi.ad Bar.super.l.diui.C.de decurio.lib.x.

Pœna adiecta à statuto imposita iudici in aliquo delinquenti, Valet.si valet statutū.secūdum Bar.in extrauag.qui sint rebelles? ver.mille librarum.Hodie omnis pœna,etiam à iure determinata,est arbitraria iudici.adeò, ꝙ ex causa potest minuere,vel augere.vt tradit Maranta. in speculo. pagi. 47.sub nu.65.& Grammati.in voto.23.sub nu.24.& Maran. ibi.in 4.par.in x.iudi. disti.in fi.& Viui.in tracta.cōmuni opi. ver.iudex vbicunq; lex.& Couarru.in trac.variarum lec.lib. 2.cap.7.& 8.& Tiraquel.in trac.de pœnis temperandis, vel minuendis.per totum.& Claudi.Battandier. in regu. cxi. & pluribus seq. vbi tractat, quando pœna augetur,vel minuitur,ratione ętatis,furoris,ebrietatis,& simi.& Iul. Clarus in

prac.

prac.crimi.q.lx.per to tum.&q.82.ver.statutum.ix. ubi ponit de statuto,quod poenam auget.uide Ferratium. in cautela.14.ubi,etiam num.8. refellit cautelam, quę apponeretur in sententia excedens, uel non excedens, & minor esset, quã poena ordinaria pœna statuti.Et no.ꝙ pœna debet esse nutissima,& non arripienda in utilitatem fisci.iuxta.l.1.§.1.C.dę secun.nup. in uer. ne in his, in quibus correctionem morum induximus,fisci uideamur habere rationem.& uide Claudi. in regu.cri.93.& seq.& eius reperto.& Iulium Clar. in prac. crimi. q. 85.uer.ulterius quæro.ubi dicitur,quòd iudex pôt etiam minuere pœnas statutorum &c.

Vbi lex,uel statutum prohibet aliquid fieri,&.ultra non ꝑcedit,adijciendo pœnam, si contrafactum fuerit, tunc semper imponitur poena extraordinaria. ut ait Maran. ubi supra num. 4. & allegat.glo. in l.nemo.martyres.C.de sacrosancto eccle.

De pœnis,& statutis super eis disponentibus. uide omnino per Bossi.in prac.crimi. sub titulo de pœnis. Et de pœnis arbitrarijs.plura tradit Monteleo.in prac.arbi.parte. 5. sub num.435.cum seq.Et de pœnis corporalibus,ac pecuniarijs, plura tradit Asinius.in titu.ff.de religio.& sump.fune.in §.& pœnæ pecuniariæ.pagi.114.cum seq.& Menochius in tracta. suo de arbitrio iudicis. in casu. 286. ubi ponit pœnam non esse indicendam nisi expræsse iure cauteatur. & ibi ponit plura exempla.

Pone dicit statutum. quod popularibus non duplicetur pœna plusquam semel,aliqua ratione, uel causa. Debet hoc intelligi de causis in.d.statuto contentis, & non de alijs. l.fi. §.cui dulcia.ff.de uino.tri.& oleo lega. & habetur per Bar.in consi.41.in 2.

Statutum, quod loquitur de pœna duplicanda in maleficijs cõmissis in palatio. Debet intelligi,de maleficijs,quæ indifferenter possunt committi in palatio. secundum Bal. in consil.200.in 1.

Statu-

Statutum dans dimidium pœnæ accuſanti. intelligitur, ꝙ tota pœna detur fiſcali, & poſtea fiſcalis det accuſanti . ut ait Bar. in l. ſenatus. §. ſenatus. nu. 2. ff. de iure fiſci.

Statutum imponens pœnas duas, unam ciuilem, aliam capitalem alternatiuè nunquid hoc dicit propter crimen capitale? reſpon. ut per Bar. in l. 2. de pub. iudi.

Quando uerba ſignificant de neceſſitate diuerſa crimina, ut fur, adulter, homicida, Tunc ſtatuto dictante, ꝙ pro quolibet uerbo iniurioſo quis puniatur, imponerentur tot pœnæ, quot improperantur crimina . Quando autem uerba ſignificant idem, ut latro, latro pluries, uel homicidium, uel proditionē feciſti. & ſic idem crimen pluries improperatur, Tunc ſecus. ut per Bal. in conſi. 361. num. 4.

Statutum, quòd prohibet, & pœnam imponit, non debet referri ad caſus, in quibus reperitur ſpecialiter ratio permiſſiua. l. quid ergo. §. hæres. ff. de lega. 1. l. qui ſeruum mihi. ff. de uer. ob. & Bal. in conſi. 401. in fi. in 1. uol.

Statutum, per quod in perſonis aliquibus inducitur euitatio pœnæ delicti, aliàs à ſtatuto puniti, propter identitatem rationis, Extēditur ad aliam perſonam, quamuis non expreſſam. ſecundum Ioan. Andr. in c. ſtatutum. de electio. in 6. de quo Roma. tractat in conſi. 429.

Clarum, & indubitatum eſt, ꝙ pœna legalis ſtatutaria in foro contentioſo licitè peti poteſt, eo caſu, quo debetur. ut probatur. xvi. q. 1. c. ſtatuimus. & in c. eccleſiæ. xij. q. ij. & l. ſi quis in tantam. C. unde ui. & dicit Roma. in conſi. 143.

Pœna à legibus, vel ſtatutis prætermiſſa, Eſt arbitraria. uti ait Franc. Cur. in tracta. de monetis. ſub num. 20. & Menochius. in tracta. de arbi. iudi.

Statutum de poenis duplicandis, non habet locum in corporalibus. ſecundum Bar. in l. Lucius. §. impuberē. ff. de leg. 2. de quo tractat Bal. in qq. ad ſtatu. uer. punire. num. 21.

Si ſtatutum dicit. quòd delinquens puniatur in cētum, aut amputetur manus illi . Dic, quòd pœna illa non eſt alternatiua

tiua,sed est quædam pœna subordinata.f.corporalis in defe ctum pecuniariæ.quemadmodum dicit Bal.in qq.ad statu. uer.pœna.& punire.sub num.20.pœnę autem electio ad quē spectet,ponit Lucas de Penna.in l.si quis.C.de cursu publico.lib.xij.Et ubi à statuto venit imponenda pœna alternatiuè,una pecuniaria,alia capitalis, tunc dicitur crimen capitale.secundum Bar.in l.2.C.de concussionibus. tradit Alexandri.in tracta.suo. De potestate procura.& defenso.in causa crimi.sub num.293.

Statutum dimidians pœnam, habet locum, quando pœna est dimidiabilis,secus si non sit dimidiabilis. ut tenet Ioā. Bap.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.

Est statutum Bononiæ.quòd puniātur certa pœna illi, qui apprehendūt possessionem rei hæreditariæ iacente hæreditate,nisi hæreditas sit delata.An ille,cui non sit delata, si authoritate iudicis sit missus in possessionem,pro consequēdo creditum suum iacente hæreditate,puniri debeat pœna statuti? respō.Paul.de Cast.in l.iuste possidet.ff.de acqui. poss.quòd non.& eum sequitur.Rui.in consi.151.nu.1.in 3.

Pœna,quæ imponitur per statutum,dicitur deberi, ex quadam tacita conuentione,ex pacto ciuium.l.ex prætorio.& ibi no.& in l.neq; pignus.§.priuatorum.ff.de regu.iur.& ait Ruinus.in consi.161.num.5.vol.5.

Statutum imponens pœnam quadrupli,ultra simplum,ualet.secundum Bar.in l.sanctio.de pœnis.col.3.& est textus in §.omnis.insti.de actio.de quo tractat Ruinus. in consil.143. in principio.in 5.vol.

An pœnæ statutariæ habeant locum inter coniunctos?respon.quòd sic.per. l.capitalium.§.omnia.ff.de pœnis.& ita cōmuniter seruatur.puta,si duo fratres simul rixati sunt.prout tradit Alberi.in qq.ad statu.q.82.in 1.par.

An pari pœna puniantur nobiles,& ignobiles? respon. ut per Alberi.in qq.ad statu.q.83.in 1.par.vbi se remittit ad no. per Gādi.in tracta.de malefi.in titu.de percussione. uer.quæ

ro.& ad dicta per eum.in l.3.C.de summa trini.& l.præsbyteri.C.de episco.& cleri.

Non punitur insultus,& vulnus simul ex statuto.vt ait Alberi.in qq.ad statu.q.29.in 2.par.& Bal. in qq. ad statu. ver. plura delicta.

Si iudex non procederet super denuntiatione,vel inquisitione,non posset minuere pœnam statuti. uti ait Sozi. in fallen.num.293.

Vbi quis aliqua ratione motus aliquod cõmittit crimen, ex quo venit imponenda corporalis pœna ex statuto,non debet puniri.secundum Ange.in l.prætor.§.hæc actio. ff. de vi bo.rap.& Bal.in d.§.hæc actio.in l.1.vbi causa status. & ibi dicit,quòd bona fides etiam causatur ex irrationabilibus causis.& tenet etiam idem Ang.in l.plagij.Ad.l.Flauiam de plagia.quod An,& quando procedat,tradit Areti.in consil. 80. sub num.2.

Pro statuto, quod loquitur de pœna capitali, nota id, q̃d docet Fely.in c.qualiter & quando.sub nu.23. de accusa. ubi dicit.quòd secundum leges septem sunt genera pœnarũ,tres capitales, & quatuor non capitales, quas ibi prosequitur? Alex.autem.in consi.121.vlt.vol.dicit,ꝙ pœna capitalis dicitur tripliciter.vna,per quam imponitur pœna mortis. alia, per quam perdit̃ libertas,Quòd alia, sit pœna exilij.uide Iul. Clar.in prac.crimi.q.67.in fi.principij.Et ibi etiã ponit, Cur ideò, quando fertur sententia mortis,solent addi illa verba. ita,quòd moriatur,& anima ab eius corpore separetur.Et statutum imponens pœnam capitalem, non debet intelligi de pœna mortis, sed deportationis.secundum Michael. Grassum.in trac.de communi opinione.cap.3.lib.1. q. xxv. pagi. 19.ubi hanc esse opinionem communem dicit.& idem lib.2. cap.6.q.2.

Quoties pro aliquo delicto, quod non cadit in aliquam speciem delicti, sed de nouo à statuto pro maleficio reputatur, imponitur pœna. in dubio pœna applicatur parti læsæ.

prout

prout dicit Sozi.in consi.36.sub num.10.in4.uol.

Pœna uenditoris Non ligat emptorem, quando ipse non deliquit, ut dicit Ioan.Andr.in c.fi.de iudęis.per.c.clerici.de iure patrona & Fel. in Prohęmio Grego.in 3. col.

Pœna, quę imponitur ipso iure in statuto, Non extenditur ex idemtitate rationis.ut no.Abb.in c.fi.ubi glo.etiam.de iure patrona.facit.de pœni. disti. 1. §. pœna. & tradit Deci. in rub.de iudi.2.col.in prin.ubi plura ad hoc dicit.

Pœna priuationis Non habet locum in statuto, nisi exprimatur.§.cum igitur. in auth.de nõ eligen.2.nuben.& Dec.in l.cum quædam puella.2.col.sub nu.13.de iurisdic.om. iudi.

Statutum imponens pœnam duplicatam, Non cõtinet pœnam, quæ imponeretur per specificationem temporis. quia species respicit duplicationem.uti ait Bal.in l.ex facto. §. 1. ff. de uulga.ubi & Alex.plura dicit.

An statutum laycorum imponens pœnam consanguineis clericorum teneat, Ponit Fely. in c.ecclesia.S.Mariæ de constitu.vbi & cęteri hoc tractant.

Statutum imponens varias pœnas pro aliquo delicto, Nõ censetur se corrigere, sed potius dare electionem iudici: de quo tractat Fely.in c.inter cęteras. de rescrip.

Statutum potest permittere maleficium in futurum committi sine pœna, & quod tale maleficium non dicatur maleficium.ut patet ex no.per Bal.in l. 1.C.de hære.insti.& per Ioã. Andr. in addi.Specul.in titu.de constitu.& per Bal.in l. amissione. §.qui deficiunt.de capi.dimi.& in l. 1.C.si à non compe.iudi.& Sozi.in consi.108.num.4.in 4.vol.

Si statutum dicit, quòd maleficia in ciuitate puniãtur arbitrio potestatis. Dic, ꝙ arbitrium non extenditur ad maleficia commissa extra ciuitatem.quia est extraordinaria, & contra ius commune.secundum Fely.in c.Rodulphus. nu. 3. de rescrip.

Statutum imponens pœnam, quæ habet diminuere statũ personæ, puta, quod infamat, quòd sit ex communicatus, ac.

operatur,etiam extra territorium statuentis. secundum Fely.in c. postulasti. de foro compe.ver.pœna diminutiua status.nu.5. Fallit tamen in bannito,vt ibi per Fely.dicitur.

Si statutum prohibet, quid tale fieri, & pro delicto pœnā arbitrariam imponit, Capitalis pœna nō venit.vti ait Fely.in c. inquisitionis. sub nu.10.de accusa.vbi habentur plura de pœna extraordinaria.& ait,quòd si iudex habet arbitrari,potest imponere pœnā similē pœnę delicti,& hoc probat ex gl. ibi.Hoc tractat Deci. plenè.in d.c.ex literis.nu. 15.de const.

Statutum duplicans pœnam committenti maleficium de nocte,si contumelia afficiatur,non duplicabitur pœna.ut tenet Bar. in l. aut facta.per illum tex.ff.de pœnis.Contrarium tamen tenēt Bal.in l.fi.in fi.C.de ui bono.rapto. per glo. insti.de obligatio,quæ ex quasi delic. quæ dicit, quòd maleficium fit quoq; verbis,& literis.cum quo tenet Ange.Areti.in d.gl.& Bal.in cōs. 103.ī 2.vbi de pœna dupla statuti tractať.

Communiter totus mundus seruat,quod per pœnam statuti tollitur in totum pœna iuris communis.vt refert Alberi.in qq. ad statu.in 1.par.q.8.& Marsil. in prac. crimi. in §. quæritur.& allegat Bal.in l.data opera. C. qui accusa. possunt.vbi dicit, quòd fatuus esset iudex, qui imponeret pœnā iuris communis,& omitteret pœnam statutorum, cum iurauerit seruare statuta.Idem ait Bal.in titu.de pace iura.fir.in §. iniuriarum. 11. in usibus feudo. & Bal.in auth.hodie.C.de iudi.Nisi ex causa legitima.vide Bertachi.in reperto. in uer. potestatis authoritas.num.3.fol.207.col.1.parte. 3. & vide Ias.in insti.titulo de actio.uer.quadrupli.sub num.39.vbi tractat hoc fusius.& Bal.in qq.ad statu.ver.Derogare. & Grammaticum fusius in cons. 35.sub nu.56.& Corne.in cons.114. in 1. vol.litera.g.vbi inter alios refert Anchara.in repeti. c. canonum.in 14.q.prin. col.122.qui recitatis opinionibus, dicit,ꝙ si haberet iudicare nunquam recederet à pœna statuti. subditq; idem Corne. quòd ubi in statutis est expressa pœna attēdiť pœna statutaria,ubi uero nō reperitur expressa pœ

na in

na in statutis, proceditur de similibus ad similia. vbi verò simile non inuenitur decisum, tunc recurritur ad pœnam iuris communis. & Barba. in cons. 21. in 3. vol. & Blancum. in prac. crimi. pagi. 72. sub num. 61. & Stepha. de Federi. in tracta. de interpreta. iuris. in ultima parte. sub num. 66. & Fely. in c. trāslato. de constitutio. & Cassaneum plenè. in consue. Burgū. §. 5. pag. 43. & §. 8. pag. 93. ver. sed iuxta prædicta. & Viuium. in suo tracta. communium opi. uer. statutum unum. pagi. 197. in prima impressione. & Afflitus in hoc dicit bene super consti tu. regni. q. 7. in 1. parte. & Franc. Mar. in decis. parlamen. Delphi. q. 909. lib. 1. per totum. & Iul. Clar. in prac. crimi. §. fi. q. 82. uer. statutum ultimum. &c. Fusius traditur per Plotum iuniorem. in additionibus ad cons. Martini Lauden. in consi. 36. num. 11. & hæc quidem est non tantum communis, sed magis communis opinio. uti dicit D. Bursatus nouissime. in consi. 94. num. 4. cui plurimum debeo. propter eius consiliū. 18. & Michael Grassus in tracta. de communi opinione. lib. 2. cap. 6. q. 5.

Si statutum ponit pro certo crimine certam pœnam. An iudex ex causa per mutare possit, nō obstante iuramento, quod fuit, ut seruaret statuta, in ingressu officij? respon. ut per Saly. in l. & si seuerior. 4. col. uer. quarto quæro. de quo Paulus Girlandus tractat in tracta. de relaxa. carce. uer. sexto quæro. sub num. 7. ubi habetur fusius. & Franc. Marcus. in decis. Delphi. in q. 912. lib. 1. ubi tenet, quòd sic.

Si sit statutum, quòd pro tali maleficio imponatur talis pœna, quam si soluere non poterit, illi manus amputetur. Pone, euenit casus, quòd dicta pœna est aucta negatione, uel ob contumaciam in non ueniendo, uel in nō soluendo. quid iuris? Dic, quod ad liberationem sufficit soluere principalem pœnam, sine eo, quòd auctio soluatur. ita dicit Bar. in l. 1. ff. de in litem iuran. qui tradit cautelam pro latrunculatore. ut scilicet, nō solum dicat, quòd promittit soluere omnem pœnam, & omnem condemnationem, quæ sequetur ex maleficio il-

lo, uel

lo,uel accuſatione illa,uel inquiſitione tali, ſed etiam faciat addere,ex proceſſu,vt ſic videatur promittere pœnam, quæ ueniret ex contumacia,habita circa proceſſum.

Si ſtatutum dicit,quòd quis puniatur pœna pedis,vel alia. Intellige.ſ.ſimili. pro ut dicit glo.in l.ſi fugitiui.C. de ſeruis fugiti.& Bal.in l.conuenticulam.col.5.C.de epiſco.& cleri. & Sozi.in conſi.300.in uer.tertio principaliter.in 2.parte.

Si ſtatutum uult, quòd pro maleficio commiſſo in domo habitationis iniuriati,pœna duplicetur.& teſtes producti cõtra reum dixerunt, maleficium fuiſſe in domo habitationis iniuriati.An ſufficiat ad ſtatu?reſpon.quòd nõ probant. quia eſt poſſibile, quòd tempore teſtimonij habitaret,&non tem pore maleficij, & qualitas debet uerificari ſecũdum tempus iniuriæ.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxalibus actio.quã legem declara,vt per Cardinalem.in repeti.c.perpendimus de ſententia ex communica.col.x.& Fely. in c. examinata. ſub num.7.de iudicijs.

An ſtatutum de pœnis duplicandis habeat locum in pœnis exiſtentibus in ſpecie,uel corpore? Dic,ut per Iaſ.in l.titia.num.34.& ſeq.ff.de uer. ob.

Quando ſtatutum ponit duplicem pœnam copulatã. Statutum demum locum habet in caſu, quo vtrunque copulatorum vniformiter verificari poteſt. l.teſtamento.§.1.ff. de mi lita.teſta.& in ſimili determinat Iaco.But.in l. hęc mancipia. C.de ſeruis fugiti.& Signor.in conſ.239.

Si ſtatutum diſponat, quòd condemnato, qui non ſoluerit pro crimine poenam pecuniariam, amputetur pes. An dãdo ille,qui fuit condemnatus, fideiuſſores,liberabitur?Reſp. Bar.quòd non.in l.item liberatur.§.ſi quis paratus.ff.quibus mo.pig.vel hypo.ſol.quia datio pignorum, vel fideiuſſorum non dicitur ſolutio, minuſque ſatisfactio. ut ait Bal. in l. 1. ff.qui ſatiſd. cog. Similiter, qui non poteſt ſoluere poenam pecuniariam de mille ex ſtatuto, aliàs decapitetur, præſtito fideiuſſore, non liberatur. ſecundum Bar. in l. ſtatu liber.

§.ſi

§.si quis acceperit. ff. de statu. liber. & l.1.ff.de custo.reo.
Et statutum, quòd qui non potest soluere in ære, luat in corpore, tenet, & ualet. ut ait Franc. Marcus. in decis. Delphi. q.645.lib.2.

Quando per statutum imponitur pœna alternatiuè, iudicis est electio in poena imponenda, & non rei. ut tenet Bal. in l.si fugitiui.C.de seruis fug.& supra dixi. Et qñ iudex eligit poenam, debet adhibere causæ cognitionem, & debet sedere, non stare. sicut dicit Bald. ibidem. Et minor poena est eligenda in statutis.l.pen.ff. de poenis.& Iacob.in inuestitura feudorum, ver.dicti uasalli. ubi etiam dicit, quòd ideò magnæ poenæ imponuntur, ut homines magis timeant, & non, vt exigantur ad unguem. vnde Aret.in §.furtum. insti. de obliga.quæ ex delic. nascuntur.dicit, quòd quãdo poenæ fuerunt taxatæ, homines erant diuites, quia habebant rem publicam, sed nunc sunt sub dominis, & quæ subsequũtur, hinc versus.

Opprimit & populos, nec rex sua fœdera seruat.

Ideo pœnæ nõn possunt in totum exigi. secundum Bal. in l.2.C.de secun.nupt.in figuratione casus.vbi dicit, quòd pœnæ imponuntur ad malos mores corrigendos, non ut fiscus locupletetur. & Neuiza.in sylua nupt.lib.vj.& Bald. in l. instrumentorum.C.de pręcibus Impera. offeren. & Bal.in l.ex omnibus.ff.de offi. præsi.& in l.1.ff.de offi. præfec. præto.

Licet poena statuti non fuerit expressa à iudice in sententia, tamen habetur pro expressa, quoties in sententia declaratur delictum commissum.vt dicit Bal.in l.si te.C.de infam. & Bal. in l.si quis non dicam rapere.C. de episco. & cleri.

Et si plures poenas imponat statutum, non tamen comprehendit casum, in quo omnes illę poenæ non possunt verificari. secundum glo. quam no. Bar. Fulgo.& Mordeniores. in l. mancipia.C.de seruis fugit.& Soz. in consi. 119. in 4.uol. ubi plenè hoc habetur. Et quando quis deliquit, qui

pluribus

pluribus legibus, & diuersis pœnis potest puniri. an sit bonum habere iudicem propitium? vide omnino Arnonum in commentario.17.ubi post Fely.tenet quòd non. Contra Cæpollam in cautela incipiente. Quando quis deliquerit. Et blasphemi puniri dēnt maiori pœna.vt ibi per Arno dicitur.

Quando pœna imponitur à statuto, si quid factum nō fuerit, pœna certè nunquam committitur. Nisi monitio præcedat. vt habetur per Dec.fusius in consi.20.num.3.in 1. vol.

Si statutum imponit pœnam manus, vel capitis, rapienti filium alienum, uel monialem. Dic, quòd incidit etiam in pœnam ille, qui abduxit, licet manibus non rapuerit. posito etiam, quòd statutum diceret, si rapuerit de manibus patris, quia uerbum manus ponitur pro potestate. l.manumissionis.ff.de iustit.& iure. Requiritur tamen uiolentia saltem in personam rapti. vt per violentiam fuerit abductus, quia aliàs verbum rapere non verificaretur.secundum Ange. in l. sed eximendi.ff.ne quis eum, qui in ius uo. est ui exi. Non ob.l.1.C.de rapto.virg. vbi dicitur rapere, qui violenter seduxerit, vel abduxit, quia ibi largius sumitur ex interpretatione illius legis,& non de proprio significatu.ut tradit Pau. de Cast. in l. sed eximendi. ff. ne quis eum, qui in ius uocat. est ui exi. & ait Poeta.

Martius à stabulis rapuit Lupus. &c.

Si sit poena in criminalibus alternatiuè posita,& uerba statuti dirigantur partim ad iudicem, & partim ad ipsum reum, Electio erit ipsius rei. ut ait Fely.in c.inter cæteras,uer. septima restrictio.de rescrip.

Pœna delicti si per statutum relinquitur arbitrio iudicis, An iudex possit arbitrari pœnam perpetuā esse imponendā? an uero temporalem? & quid de poena mortis? responde ut per Fely.in c.ex literis de constit.nu.21.& num.25. & uide l.seruus.C.de poenis.

Si dicat statutum, quòd iudex possit statuere pœnam pro

tali

tali delicto ad suum arbitrium, & eam moderari, vel modifi care. Isto casu non poterit imponere poenam mortis. secundum Fel.in d.c.ex literis de constit.

Si poena certa non sit posita pro delicto, uel iniuria illata. Illa dicitur poena ordinaria, quam consuetudo taxauit. secũ dum Fely.in c.inter cæteras.de rescrip.uer.quinta restrictio.

Poenæ diuersæ,& plures, quando imponuntur pro eodem delicto à diuersis legibus,uel statutis, An omnes imponi debent? respon. ꝙ qñ est imposita poena à statuto posteriori, non censetur aliam tollere l.quoties.ff.de actio.& oblig.Fallit tamen, quando aliter apparet ex mente statuti. ut ait Fel. in c.quòd olim de iudicijs.uer.quæro plures poenæ, num.2. Item fallit, quando iudex ex pluribus poenis unam eligit, quia non poterit aliam imponere. ut tenet etiam Fely.in d.c. quòd olim.uer.2.conclu.nu.3. Item fallit, quando statutum accumulat plures poenas pro uno delicto, quia omnes imponuntur. Item fallit, quando iudex non sufficienter punit delictum, quia aliter iudex posset puniri.

Statutum, quòd poena applicetur hæredibus offensi, Habet locum in monacho professo offenso, & applicabitur, vel filio, si erit hæres, uel monasterio, si erit hæres. secundum Abb.in c.in præsentia,num.47.de proba.

Quando imponitur poena à statuto alternatiuè, licet tunc sit iudicis electio, sic loquente statuto. Sed si uerba statuti aliàs dirigãtur ad reum,ipse habet eligere. prout tenet Abb. in c.à crapula,num.4.de uita & honesta.cleri.

Si statutum imponit poenam viro habenti vxorẽ, & aliam desponsanti,& econuerso. vide Ang.in trac.malefi.fol. 111. in fi.uer.& aduerte.& Abb.in c.cum haberet.in 2.no. ex.de eo,qui duxit in matrimonio. Et quis iudex de matrimonio cognoscere debet, tractat latius Firma.in reperto.in ver.causa spiritualis,uer.2.& Gramma. in uoto 17.ver. & no. ꝙ &c.

Omnis pœna est arbitraria in principe. vt dicit Bal. in l.cũ ctos po.in lect.ordina.circa.6.col.C.de summa trinit.& Fe-

ly.in c.qualiter, & quando. §. ad corrigendos, de accusa. & Iacob.de S.Geor.in tracta.de Feudo. uer. princeps. in tertia col.& Grammat.in voto x. ad fi.

Quando statutum non distinguit, an pœna venit applicanda fisco, vel parti, Nec nos distinguere debemus.l.de precio. ff.de publica. & Cæpolla in consi.14.sub nu.29. Et pœna regulariter solet esse duplex, ut ait Cępolla.in conf.16.sub nu. 3.cum seq.vna est propria & mera, quando est pœna, tam ex parte dantis quam ex parte recipientis. videlicet, quando nihil adest soluenti, nec aliquid abest recipienti. puta, si dicat statutum. quòd si quis dixerit iniuriam alicui, teneatur ei centū soluere.nam ista pœna est mera ex parte utriusq; alia est pœna impropria. videlicet. quando est pœna ex parte dantis tantummodo, & non recipientis, quia dantis nihil adest, & recipienti abest. puta, si dicat statutum, quòd si quis alicque uulnerauerit, teneatur ei exsoluere expensas, quas soluit in medicis, vel pro operibus, quib. cariturus est. iuxta l.fi.ff.de ijs, qui deiece.uel effu.& in l.ex hac.l.ff.si qua dru.paupe.fe.dica.

Pœna apposita in statutis contra producentes falsa instrumenta, Non habet locum in producente falsos testes. sed aliter punitur secundum formam iuris communis. vt ait Iac. Butr.in l.1.ff.de fide instrum.quem refert Lanfran. in tracta. de fide instrum.num.2.Pœna falsi duplicari non debet, uigore statuti duplicantis pœnam pro delicto commisso in palatio. vide Bart. in consi. incip. Tudertinus. de quo meminit Alex. in l. sanctio.ff.de pœnis.

Officialis remittens pœnam statutariam, Tenetur in syndicatu.quod secus est, si mulctam, vel arbitrariam.l.illicitas.§. fi.ff.de offi.præsi.l.si qua pœna.ff.de ver.signifi.l.fi. C.ne sacrum baptisma. & Bar. in l. 1. C. si aduer.delic.in l.2.C. de vsu.rei iudica.& Bal.in l.præsens.C. de transac. & pœna alia quam statuti imponi non potest per iudicem, quando uerba statuti sunt imperatiua iudici.sm Bal.in l.in eum C.de furtis.

Si

Si plures pœnæ pro pluribus pugnis in vna rixa ponuntur, an exigentur vigore statuti, quòd de pugna sit pœna solidorum decem ? respon. Spe.ī ti. de sententia.§.4. uer. pone. & titulo de iniurijs & dãno dato.§.1. uer. quid si statuto. vbi dicit, quòd sic. & Cardi. etiam hoc idem dicit in clem.1. §. si qui.de priuile.per Bar. in l.nunquam de priua.delic.Et pœna homicidij non tenetur, qui pugno aliquem casualiter percutiendo occidit.secundum Arno.in epito.55.

Pœna unica tantum, & non plures solui per villam debet, quando non cœpit plures reos unius criminis.uigore statuti punientis villam, ob non captum malefactorem.secundũ Bar.& Ang.de Perigl.in l.1.§.si plures. de publi. sed Bal. contrarium tenet.in l.si familia.ff.de iurisd. omnium iudi.

Pœna unica tenetur, qui retinuit uxorem alterius per annum, stante statuto, quod retinens uxorem alienam, puniatur in decem.secundũ Alex.& Bald.in l.si duo.§.1.ff.de arbi.

Pœna librarum mille posita per statutum pro percussione in Platea, Habet locum, non obstante alio statuto, imponente pœnam quingentorum tantum. et sic cum dictione taxatiua. ut tenet Bar.in l.3.§.cum Titio de alimen. lega.& Alex. in l.si constante.in princ. col.8.ff.solut.matri.& Ludo. in l. si vero.§.de uiro.ff.solu.matrim.

Pœna statuti de non conuiuando, nisi cum decem personis, Non habet locum.si pater & filius simul conuiuant cum quadraginta.secundum Bal.in l.inficiando.§. infans.ff. de furtis. Pœna statuti statim committitur, quando constat fieri non posse id, de quo faciendo fuit imposita, sicut in vltimis uoluntatibus.per.l.1.§. idem si ita.ad.l. falci.

Pœna statuti committitur contra utentem instrumento cõtra filium familias sine patris consensu, confecto contra formam statuti.Non autem, si utatur eo contra alium correum, cuius obligationi non obstat statutũ.Bal.in l.eò quòd a multis C.si cer.peta.in fi.

Pœna, cuius statuti imponitur pro delicto commisso ante

conditum nouum statutum, si de eo inquiritur post conditũ nouum statutum? responde. ut per Bar. in l. omnes q; po. 5. par. j. q. ff. de iusti. & iu.

Pœna statuti ex forma eius non potest nec augeri, nec minui, & econuerso. secundum Ange. in l. fi. C. de proximis sacro scrini. lib. xij.

Pœna debet augeri uigore statuti, & propter negationem procuratoris, ratificatam à principali. secũdũ Ange. in auth. de triente & semisse. §. sin autem. in fi.

Pœna aucta in quarto pluri ex forma statuti, An dicatur pœna in illo augmento? respon. ut per Bar. in l. 2. col. 2. ff. de publi. iudi. & in l. 1. ff. de in litem iuran. & in l. si cum excep. §. in hac. ff. quod metus causa. & in uer. pœna. & per Bal. & Alex. in l. 3. in fi. ff. qui satisda. cog. ubi dicitur, quod pœna contumaciæ, non dicitur pœna delicti.

Pœna statuti à magistratu conditi, quia dicitur ius prætorium, non potest exigi post annum. ut ait Bal. in l. 2. §. nouissimè. ff. de origi. iur. ubi dicit, se ita audiuisse à Bar. uiua uoce. & Bar. dicit in l. fi. ff. de pœnis.

Statutum, quod pro delicto imponit pœnam capitalem, uel capitis, intelligitur de minori, sic de deportatione, quæ ẽt pœna capitis dicitur. ut tenet Claudius. in l. ut uim. ff. de insti. & iure. ubi dicit hoc esse signandum, quia quis posset lucrari unam bonã uestem. quia ubi agitur de uita hominis pecunia concurrit. ut dicit Neuiza. in sylua. lib. ult. sub num. 47.

Pœnalis lex, uel statutaria extenditur, quoties sit fauor reipublicæ, ut delicta puniantur. secundum Bar. in l. quemadmodum. C. de agrico. & censi. lib. xi. & Neuiza. in sylua. lib. vlt. num. 47.

Pœna statuti an dicatur fauorabilis, & sic extendenda, Tradit Neuiza. ubi supra. & Grammati. in uoto. xx. & 13. & Roma. in consi. 429. & Abb. in c. fi. de constitu.

Statutum ciuitatis, quod imponit pœnam cõtrahentibus matrimonium in quarto gradu, vel citeriori, ratione subie-

cti,intelligitur de computatione canonica.secundum apostil lantes ad specula.in titu.de success.ab intesta.§.sic potes.litera.c.ad fi.& Alex.in apostill.ad Bar.in l. quid ergo. §.pœna. ff de insa.

Si statutum imponit pœnam manus,& reus est ita puer, uel senex,quòd moreretur,si pœna illa plecteretur,iudex potest pœnam permutare. Si tamen hoc non facit, non potest appellari.ut tenet Bal.in l.quicúq;.C.de seruis fugiti.& Alexand.in apostillis ad Bar.in d.§.pœna.l.quid ergo.de insa.

Satutum imponit pœnam hoc modo.imponimus pœnam capitaneo,& antianis in centum.quilibet tenebitur pro dimidia tantum.Bal.in auth.ex causa.C.de episco.& cleri.

Statutum imponit pœnam nisi aliquid fiat, An excusabitur non faciens,si non erat tutus accessus propter pestem, nõ aliter faciendo diligentiam ? respon. ut per Corne.in consil. 109.in 2.

An subditi præsumantur scire statuta pęnalia ? responde, ut per Corneum in consi.109.num. 2.

Statutum imponit pœnam actui prohibito de iure communi. An ex eo,quòd ultra procedit,pœnam imponendo,uideatur actum confirmare ? respon. ut per Bar.in l.quod ait.ff.de diuortijs.

Vbi imponitur pœna personalis ex forma statuti,si non soluta fuerit certa pœna pecuniaria infra decem dies, si post tẽpus elapsum res publica acceptat pœnam pecuniariam,intelligitur remisisse personalem.secundum Bal.in l.quamuis. C. de usuris.idem etiã tenet Bal.in l.commissoriæ. C. de pactis inter empto.& ven.& no.Ludo.Ro.in l.1.§. & post operis.ff. de operis no.nuncia.

An pœna quarti pluris addita ratione contumaciæ dicatur pœna maleficij, in statutis ? respon. quòd non. & ideò si deiussor acceptus super pœna maleficij, non tenetur ad pœnam quarti pluris. vt tenet Bal. in l.siuè duplum. ff. qui satisda.cog.

Vbi

Vbi statutum dicit. quod sit eadem pœna in uno delicto, quæ statuta est in alio, si in uno non duplicatur ratione loci, nec duplicabitur in altero, quia quorum est una, & exequata conditio circa delictum, & pœnam, intelligitur exequata, et circa locum, & tempus. l. fi. C. de senten. & interlo. & dicit Bal. in l. si quis eum. ff. si ex noxa. causa aga.

Si loco pœnę corporalis per statutum subrogatur pecunia ria, nihilominus dicitur capitale crimen. ut ait Bal. in l. si cũ. ff. si quis cautio. in ulti. lectura.

Vbi lex, vel statutum prohibet aliquid, quod est cõtra bonos mores, quamuis pœnam nõ apponat. intelligitur de pœna arbitraria. secundum Guil. de hoc. no. C. de sacrosanc. eccle. in l. nemo martires. & facit. l. 2. C. si seruus, aut liber. & in auth. de arbi. in fi. & Bal. in l. 1. §. qui aduersus. ff. de postulã.

An statutum possit imponere pœnam infamiæ in alijs casibus, qui non continentur in iure communi? respon. Bal. in l. 1. col. 1. in fi. ff. de ijs, qui no. infa. ꝙ credit, ꝙ sic. attamen infamia contracta per statutum ex forma, posset remitti, & tolli per populum, qui in isto casu haberet ius restituendi ad famam. secundum Bar. in l. 1. §. de qua. ff. de postulan. & Bal. ibi fusius hoc tractat.

Statutum dicit. si quis tale quid fecerit, puniatur in centũ, quorum dimidia sit aduersarij, alia dimidia ecclesię Romanæ. si ecclesia remittit suam partem pœnæ. an applicabitur aduersario? respon. Bal. quòd non. in l. arbiter. ff. de arbi.

Verbum super pœna. facit pro statutis criminalibus, vt no. Bal. in l. idem iuris. ff. fami. hærciscun.

Si iudex imponit pœnam ultra pœnas statutis, Non tenet sententia. l. certa ratione. C. quando prouocare non est necesse. & tenet Corne. in consi. 19. in 3. vol. & Arno. in epito. 53.

Quoties statutum imponit pœnam grauissimam, Venit pœna mortis. secundum glo. in l. 2. C. de eunuchis. & Corsetum in singu. uer. pœna.

Si statutum imponit pœnam ipso iure. Dic, quòd non solum

lum debetur in foro fori, sed etia m in foro conscientiæ, seù pœnitentiæ.c.2. de rescrip.in 6.tradit Abb.in c.1.de cōstitu. & Corsetus.in singu.ver.pœna.& Gerar.de Petra san. in singu.83.

Ad statutum de pœna eorum, qui de Principe malè dixerunt.vide.l.1.C.si quis impera.male dixe.& glo.no.in l.1.C. de præpo. labo.& Cæpollam in cons.17.col.3.ver.cum ergo. in 4. col. ver. præterea. vbi meminit de marchione Ferrariæ.& Boeri.in trac. de seditiosis. uer.præsuppono.vi.sub nu. 4.& Afflic. in decis.Neapoli.252.& 307.sub num.26.& Bossius hoc tractat in prac. cri.ubi habetur etiam de crimine læsę maiestatis.& extat tractatus de hoc.vt demonstratur in indice librorum.vide Ferrettum.in tracta. de militari iustitia. num.128.ubi dicit,quòd non est dicendum malum de principe.iuxta carmen. An nescis longas regibus esse manus?

Statutum de pœna eius,qui uituperauit deum. quomodo intelligatur,uide Sozi.in consi.119.in 4.uol.incip.tale statutum habet Ferraria.sub rub.de pœna eius, qui uituperauerit deum, uel beatam Virginem, & alios sanctos & sanctas Dei. De blasphemante,& eius pœna,vide Ange.in tracta. malefi. fol.92.col.1.& Ias. in l.ait prætor.§.iurari. in pen.& fi.col.ff. de iureiu.& Saly. in gl. 1.in prohemio decreta.col.5.uer.ad idem allegat. Et dic,quòd generalis remissio pœnæ inducta per principem, non intelligitur respectu pœnæ satisfactoriæ parti.ut ait Fely.in c.causam,quæ.col.9.in prin. de rescrip.remissio pœnæ condemnatus capientibis rebelles, non intelligitur de condemnatis de falso, uel de læsæ maiestatis crimine.secundum Firma. in reperto. uer. statuta de malefi. ver. 198. Et an remissio condemnationum eos comprehendat, qui adhuc carcerati sunt.ibidem uide.

Statutum duplans pœnā percutienti cum claua ferrea, Nō habet locum in percutiente cum capite securis quāuis æquè graui.ut ait Bal.in l.omnes populi. & Stephanus de Federico.in tracta.de interpreta.iuris.parte vltima.sub nu.50.

Statutum

est seruandi formam statutorum, pro ut iacet ad literam.l.1. §. si is qui nauem. ff.de exercito.quod tamen dicit Bal.semper intellige sano intellectu,quoniam litera occidit,spiritus autem uiuificat. idest eius intellectus. Sed respublica, & ij, qui eam regunt hoc possunt, nec dicuntur rumpere statuta, quia tacitè inest pœnalis conditio ex actionis,scilicet,si creditori placuerit.Res autem publica est creditrix.& ideò seueritati detrahere potest.l.1.ff.de seruis exportandis. Et no. quod ciuitates,& populi,qui subsunt ciuitatibus, cum non habeãt iurisditionem, possunt solum condere statuta circa administrationem rerum suarum, tamen non possunt statutis ipsis pœnas adijcere.Ias.in l.1.in prin.num.16.ff.si quis ius dicen. nõ ob temp era. Item no.quòd mulcta in causa criminali indici non potest,stante statuto, quòd possit procedi cõtra absentem contumacem.ut ait Natta.in cons.594 num.9.in 3.uide Cagnolum in l.1.in prin.nu.46.ff.si quis ius dicenti non ob.

Percussio.

STATVTVM, quòd percutiens clericum de nocte repertum,soluat quinq; solidos,Non ualet.quia daret materiã delinquendi.ut ait Domini.in c.1.4. dist. & Bar. in tract. de præstan.Cardina.

Est statutum Perusij,quòd si quis percuteret aliquem cum sanguinis effusione in platea,cum re apta ad nocendum amputetur illi manus.Pone quidam in Platea ui rapuit cuidam unum par caponum de manibus, & in rapiendo lacerauit ei manum cum unguibus,An punietur sta tu to? respon.Ang.in l.si pignori.§.furem.ff.de fur.fuisse sententiatum, quòd non. quia unguis non est naturaliter ordinata ad nocendum. Idẽ esset,si quis cum pane percuteret.auth.de armis. ubi appellatione armorum offensibilium,non ueniunt arma, quæ principaliter non sunt inuenta ad offensam.

Pone quód sit statutum dicens, quòd occidens hominem puniatur,modò quidam percussit mulierem prægnantem,ex

qua percussione abortum fecit an percussor decapitabitur? respon. quòd sic, si corpus erat animatum. c. quòd verò. 22. q. 2. aliàs secùs. vt tenet Sozi. in consi. 16. in 1. par. & Alberi. in qq. ad statu. q. 59. in 3. par. & Signorolus. in consi. 63. ubi consuluit pro marito, qui calce percusserat mulierem, ex qua percussione fecit abortum. & vide supra. in ver. abortus.

Statutum, puniens percussorem capite in platea. Habet locum, si quis percutiat in palatio, vel prætorio dominij. secundum Bal. in l. 1. C. de interdi. quem sequitur Fely. in c. translatio. num. 9. de constitu.

Statutum, quod punit percutiētem in gula, Habet locum etiam in percutiente in maxillis, quia quo ad periculum est similis locus. ut ait Fely. in d. c. translatio. de constitu. & Bal. in l. 1. col. 1. ver. dicamus. C. de interdic. & Bal. in l. certa ratione. C. quando prouo. non est necesse.

Si sit statutū dicens. qđ possit fieri concordia, excepta percussione quadrelli cum sanguine, de qua non posit fieri concordia. Pone, quidam percussit cum sanguinis effusione, & facta est concordia, an illa concordia valebit? respon. vt per Bal. in l. in his. ff. de legibus. & hæc concordia non facit, quin fiscus pœnam consequatur.

Habetur, statuto quòd si ex percussione, sanguinis exitus fiat, non ualeat pax, Pone, quidam impulit aliquem ad terrā, ex quo impulsu cecidit, & in lapidē lapsus sibi caput fregit, adeò ꝙ sanguis exiuit. an valebit pax? respon. Bal. in l. si de interpretatione. ff. de legibus, ꝙ sic, & ꝙ ita semper obseruatū fuit, quia illud fuit per accidens. vide Paul. de Castr. in l. qui domum. ff. loca.

Dicit statutum. Si quis percusserit potestatem puniatur capitaliter, Pone, quidam percussit potestatē alapa propter singularem inimicitiam, quam habebat cum eo. an punietur statuto? respon. quòd sic. propter atrocitatem facti, & qualitatē personæ: quod intellige, si hæc iniuria fuit illata ipsi officium exercenti. Aliàs secùs. & ita tenet Bar. in extrauag. quæ sint rebelles.

belles. uer. rebellando. in prin. & Fely. in c. si quando. de offi. delega.

Si statutũ uult, qđ si quis aliquem percutiat in facie, puniatur tali pœna. Pone, quidam percussit in fronte. an punietur statuto? respon. ꝙ sic qui a tota frons est de facie. vt ait Bal. in l. si quis. C. de pœnis. De verbo percutere, quod denotet iniuriam. tradit Rui. in consi. 4. vol. 5.

Si statutum extat. quòd percussor sit puniendus in corpore, vltra pœnam pecuniariam. Nõ poterit fideiussoribus relaxari, nec potest per alium defendi. secundum Bar. in l. quoties. in prin. ff. de noxali actio.

Si quis percusserit animo occidendi non punitur pœna statuti, de occidente. Sed statuto de vulnerante. secundum Saly. in l. is, qui cum telo. ad fin. de siccarijs. vbi dicit posse pœnam alterari, quando constat de animo occidendi.

Si quis fuerit accusatus de percussione cum sanguinis effusione. & fuerit probata percussio, sed non qualitas, idest, sanguinis effusio. debet reus absolui, quando alia pœna est imposita per statutum pro simplici percussione, & alia pro percussione cum qualitate. Nouus tamen processus super simplici percussione est inchoandus. secundum Euerar. in centuria legali. in loco ab effectu. in fine.

Si statutum imponit maiorem pœnam illi, qui percussit in platea, domi, vel palatio. quid si percussit in confinibus, An eadem pœna erit puniendus? respon. Alber. quòd sic. in qq. ad statuta. q. 35. in 2. par. Ampliatq; statutum procedere, quamuis, dicat, ꝙ pro insultu ad domũ alteretur pœna. quia si in porticu id egerit, vel in loco adherenti, eadem pœna tenebitur. vide Iulium Clarum. in practi. crimi. q. 82. statu. x.

Si statutum dicat, ꝙ duplicetur pœna facienti insultum, & aliquis fecit insultum, non tamẽ eduxit arma. punitur. prout ait Albe. vbi supra.

Si quis habet duas domos, & in una habitat, in altera nõ, si in hac fuit factus insultus, non tenebitur aggressor. Idem, si

factus sit in statione, in qua non habet familiam. secundum Alberi. vbi supra.

Percutiens pluries, Incidit in plures pœnas. quamuis statutum simpliciter loquatur de percutiente. nisi pluries percutiens occidat. quia fit commutatio pœnarum, morte scilicet secuta. secundum Bal. in addi. ad Specula. in titu. de senten. uer. Si statutum & uide Iulium Clarum. in prac. crimi. q. 82. uer. statutum. xi.

Percussio cum sanguine Non dicitur vulnus, nec comprehenditur in statuto, loquente de uulnere. secundum Bal. in l. edita. C. de eden. vbi dicit, quod Bar. consuluit contrarium. vide omnino Franc. Mar. in decis. parla. Delphina. q. 917. lib. 1.

Statutum puniens agricolam, vel comitatiuum, siuè districtualē, siuè forēsem terrarū laboratorē habitatoremve, quia percusserit, ciuē loci illius. de quo est intelligendum? Corsetus. in addi. ad reperto. Abb. & in c. cum ad sedem. num. 28. de Resti. spolia. dicit, quod illa qualitas terrarum laborator, concernebat omnem comitatinum existentem cum illa qualitate, quia si aliter diceretur, forensis comitatinus terrarum non laborator esset melioris conditionis, quàm sit comitatinus districtualis, quod esse non debet. vide Fely. in c. ex parte. num. 46. de rescrip. vbi duplicem esse pœnam qualitatis adiectione, ostenditur.

Si sit statutum, quòd propter percussiones, quis puniatur in quinquaginta. aliud, quòd pro insultu facto in platea, vel domi, puniatur in centum. An quis punietur duplicata pœna in centum? respon. ut per Alberi. in qq. ad statu. q. 55. in 2. par.

Dicit statutum. quòd de qualibet percussione cum sanguine, quis puniatur in decē. Pone, accusatus fuit aliquis, quòd percussit quendam una percussione, ex qua exiuit sanguis de tribus locis, an punietur in decem, uel in triginta, tanquā pro tribus percussionibus? respon. ut per Bal. in cōs. 351. in 2. uol.

Statutum, loquens de percussore, non habet locum in eo,

qui

qui dentibus momordit.secundū Bal.in consi.160. in 4.uol.

Dicit statutum, si quis percuserit à gula & supra,puniatur in ducentis libris, nisi uulnus sit ita factum, quod non egeat medico.Pone quidam fuit accusatus vel inquisitus,quòd Petrum percussit in facie, cum magna sanguinis effusione. qui respōdens inquisitioni, cōfessus fuit omnia cōtenta in inquisitione,fuisse,& esse vera.subdens, quòd tale uulnus non egebat medico,sed nihil super hoc probauit?respon.Bar. in cōs. 42.in 2.quòd non uenit puniendus pœna statuti,eò quia non sit probatū vulnus non egere medico.Nec obstat statutū,primò,ponens regulam,postea exceptionem.quia in legibus,& testamentis nihil operatur limitatio. Cum limitatio subsequēs ita inest,sicut si ab initio ita limitatè fuissent loquuti statuentes.per glo.in l.2.in glo.magna. de in diem adiectione. & l.quibus diebus. §.quidam Titio.ff. de condi. & demon.

Si dicat statutum quòd qui percussit aliquem in domo habitationis, puniatur pœna manus.An si quis percusserit bis, punietur in ambabus manibus? respon. Bar. quòd sic.in l. præclaram.C.de primicerio.lib.xij.per glo.ibidem. quod intellige.nisi statutum de dextera,uel sinistra,loqueretur. quia quis non potest habere,nisi unam dexteram.& unam sinistrā.

De percutiente immaginem Dei.vide Cassane.in consue. Burgun.in rub.§.8.pagi.75.vbi etiam ponit.an & quando iudex possit mulctare contumaces percussores.& Plotum in repeti.l.si quando.C.unde ui.pagi.163.Reliqua dabunt Bar.& cæteri in tracta.de percussionibus.

Perfectum.

PERFECTVM dicitur,quod constat ex principio,medio, & fine.ut ait Lucas de Penna in l.1.C.de iure fisci.lib. x. Pone,statuto cauetur, quòd potestas homicidium condemnet in centum.datq; illi facultatem, quòd habeat in homicidijs suo tempore perpetratis arbitrium.Pone,si quis tempore potestatis fuerit mortiferè uulneratus,& tempore noui suc

cessoris obijt, Homicida accusatus, non poterit condemnari pœna arbitraria, sed in centum. quia tunc recipit perfectionē. secūdū Bal. in l. 1. ff. de origine iuris. 2. col. quod probat.

Periurus.

STATVTVM dicit, quòd credatur iuramento alicuius. Nisi statutum ibi figat pedes, & nolit ultra inquiri, tunc non potest quæri de periurio. l. 1. C. si aduer. liberta ubi tractatur hoc per Mod. & Bal. super feud. in tit. si inuestitura. sub nu. 4.

Potest quæri de periurio, quando statutum defert iuramētum. ut glo. no. in l. 1. ff. de iureiur. per quam dicit Saly. Pone, statuto cauetur, quod stetur saltuarijs iurantibus super denunciationibus damnorum datorum. Nempe eis stabitur, donec de periurio doceatur. secundum Barb. in trac. de Cardinali legato à latere. 2. q. basilica sub nu. 3. Iudex qui prætermittit formam statuti, non semper dicitur periurus. vt ait Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. proconsul. ubi dicit, quod rarò est, quin in multis peccetur.

Si quis credit dicere ueritatem, Nō diciturperiurus, si iurat, licet aliter ueritas se habeat. secundū Bal. in l. 1. §. quòd obseruare in 3. no. C. de iura calum. quod sequitur Anchar. in c. 2. de iura calum. in vj. & refert Fely. in c. fi. de litis contesta. & Dominicus de S. Gemi. in c. 1. de iureiur. in vj.

Si iureiurando promisi me tibi soluturum centum in die natiuitatis Domini. Si adueniente dicta die, remittas mihi iusiurandum, & terminum ad soluendum proroges, nō possum ex statuto dici periurus. quia quoties iuramentum est ad commodum creditoris factum, potest ab eodem remitti. secundum Arno. in commenta. 43.

Quando testis iurat per hæc sacra Dei euangelica. Si illa scriptura non sit euangelium, non censetur deierare. ut ait Alber. in tracta. de testib. nu. 2.

Periurus dicitur, qui nititur authoritate statuti, dicentis, quòd non valeat contractus etiam cum iuramento, sine certa solem-

solemnitate, quia contractus cum iuramento factus per con trahentem, facit eum esse periurum. ut ait Alex.in consi.73. col.3. Et no.ꝙ per statuta nõ debet aperiri uia periurijs.ut ait Bal.in l.ambiguitatis C.de inditia.uidui.tollen.vide Cassa. in consue. Burgun.pagi.346.& pag.70.& Plot.in l. si quãdo. num.794. C.vnde ui. & Bossi. in pract. crimi.in titu.de periu rijs fol.229. & Iul.Clar.in pract.crim.in §.periurium. Cætera nostis. Nam dicite Pierides, Non omnia possumus oẽs.

Perseuerantia.

AD statutum,quòd loquitur de perseuerãte, Dic, quòd perseuerantia expressa requirit, quòd pluries confitea tur diuersis temporibus. quia si confitetur pluries eodem tempore, esset vnica tantum confessio. nec diceretur perseue rantia. secundum Bal.in rub.C. de nouo codice compo. Vn de in eo, qui confitetur maleficium, dicunt notarij,qui relecta sua confessione, confirmauit,ꝙ uideatur perseuerare. argu.l.hac consultissima.§.ut cum humana. C. de episc.& cle. Et relectio est signum magnæ deliberationis. l. humanum. C.de legibus.

Persona:

STATVTVM, quòd loquitur de personis, Nõ comprehen dit vniuersitatem. secundum Roma.in consi.400. & 436. & Dec.in consi.44.in 1.& Calc.in consi.1.

Vbicunque per statutum imponitur pœna pecuniaria, & si illa non soluitur, imponitur personalis, Delictum censetur personale. ut ait Bolog.in addi.ad consi.Ananiæ.xxj.

Personaliter.

SI ex forma statuti criminalis nemo debet admitti ad aliquas exceptiones proponendas, nisi personaliter compareat,Dic,quòd si ille,qui citatur,est clericus,poterit implora re officium iudicis. vt iudex ipse capiat informationes,quòd ipse inquisitus est clericus, uel, quòd occisus ab eo erat bannitus,

nitus.vide Grammati.in cõſ.1.poſt deciſ.nu.24.ubi poſt Bal. Ange.& alios. & refert ipſum Ange.in l.planè.ff. de peti.hæ re.dicentem,ſe infinitis uicibus uſum fuiſſe tali practica. vide ipſum Grammati. & Alex. de Neuo.in conſi.90.vbi pater, poteſt comparere pro filio, & eius innocentiam oſtendere.Sed noſtrum ſtatutum Ferrarienſe non admitteret.

Platea.

SI ſtatutum dicit, quòd occupantes plateam cum corio beſtiæ groſſæ,puniantur,Comprehendit, ẽt eũ qui tenet corium in manu ad vendendum, tanquam occupans plateam. Pau.de Caſt.in l.qui ſella.ff.de ſerui.ruſti.prædiorum.

Porticus.

PORTICVS non comprehenditur ſtatuto, puniente repertum de nocte extra domum. Nam repertus in porticu,non punitur.ut ait Cæpolla.in tracta. de ſerui. urba. prædio.& Specula.in titu.de iniurijs.§.1.uer. Pone in ſtatuto.& ibi apoſtill.litera f.vbi dicunt, quòd ſi porticus eſt ſuper ſolo publico, reus punitur ſtatuto,ſecùs ſi eſt ſuper ſolo Rei.ſecundum Alberi.in qq.ad ſtatu. q.103.in 2.par.& Bal.in qq. ad ſtatu.uer.domus.& Bardus.in trac.de tempore utili,& cõtinuo. cap.18.nu.20. Et no. quòd ſtatutum puniens factum in plano Tyberis, locum in foſſis agrorum.ut ait Bar. in tracta. Tyberiadis.§.agro. num.17.

Porrigens poſitiones criminoſas.

SI ſtatutum imponit pœnam porrigentibus poſitiones criminoſas,vel diffamatorias,Licet poſtea peniteant,& poſitiones retractent, non euitant pœnam. Niſi ſtatutum aliud expreſſe dicat. quia delictum fuit perfectum per ſolam porrectionem, nec ſtatutum aliud requirebat.l.qui ea mente.ff. de furtis.vbi habetur generalis regula, quod pœna maleficij conſumati, non tollitur pœnitentia. ſecundum Paul. de Caſt.in l.quamuis. C. de in ius uocan.num. 3.vide omnino

Iulium

Iullium Clar. in practica crimi. q. octuagesimaprima. ad fi.

Possessio.

AN statutum loquens de possessione, habeat locum in quasi possessione, ponit Tiraquellus. in xv. l. connubialium. & vltri. in glo. 5. nu. 130.

An ingrediens possessionem ex iudicis decreto inualido incidat in pœnam statutis. vide per Iuli. Clar. in prac. crimi. q. 82. uer. statum. iiij.

Potestas.

POTESTAS, qui uidet aliquem delinquere ex forma statuti, si non probatur aliàs legitimè, non potest punire. ut ait Alber. in qq. ad statu. q. 33. in 1. par.

Potestas ex statuto habet vniuersalem iurisditionē. Si creatur nouus officialis contra latrones, & uiarum obsessores, an potestas hoc non obstante exequi poterit iurisditionem suā contra dictos latrones? respon. Dec. in consi. 664. quòd non. nec contra eos poterit aliquid statuere.

Capitaneus Bononiæ non poterat cognoscere, nec punire de causa sanguinis, sed potestas. Euenit, quòd quidam ex familia dicti Capitanei commisit delictum, per quod ueniebat puniendus pœna sanguinis. Dicebat potestas, ad me tantum spectat cognitio. sed contra dicebat Capitaneus, ad se spectare, quid iuris? respon. Alberi. in qq. ad statu. & in l. si quis forte. §. 1. per illum tex. quòd spectat ad Capitaneum. quia reus ille deliquit in officio. ut tenet Fely. in c. ecclesia. S. Mariæ. de constitu. sub nu. 102. & Ros inter consi. crimi. in consi. 9. vol. 1. & Bal. in rub. C. de iure emphy. vbi dicit, quòd isti duces & Capitanei, non debent se intromittere in his, quæ ad iustitiam pertinent. sed Arcem & fortilicia curare, & tueri. vt dicit Boeri. in decis. 9. & Mansueri. in prac. in tit. de pœnis. nu. 12.

Quotiescunq; Potestas inquirit ad promotionem, & instigationem, uel quærelam alterius, contra aliquem de ali-

quo delicto, si absoluit inquisitum, quia rectè se defendit, vel quia probari non potuit, uel ex alia causa, debet semper instigatorem condemnare in expensis. ut ait Cataldi. in tracta. syndica. uer. 510. & Roma. in l. 2. ff. de vsuca. & Hostien. in c. finem litibus. de dolo & contumacia. Et nos Ferrarienses habemus de hoc statutū. sub rub. de modo & forma procedendi per inquisitionem. ad fi. fol. 125. uers. possit iudex in eadem sententia calumniosum instigatorem in expensis inquisito ipsi reficiendis condemnare, cuius iudicis in hoc conscientiam oneramus. Ad quod statu. ibi. vide Moder. Gallos. in consuetu. Parisien. in prin. in glo. Quisnam uero dicatur instigator, ponit Bar. in l. senatus. ff. ad Turpilia. & an teneatur pœna Turpiliani, ponit idem Bar. in l. 1. eo. tit. & Cæpolla. in consi. 65. ad fi. & quis dicatur etiā instigator, & promotor inquisitionis. ponit Iul. Clar. in prac. cri. q. 16. uer. aliquid etiam. & seq. Et ibi etiam uide, an sit citandus uer. quæro nunquid. & vide etiam. infra. in uer. victus victori.

Stante statuto, quòd Potestas quolibet semestri in manibus eorum, qui representant communitatem iuret seruare statuta. Si contra facit, mortaliter peccat. ut dicit Sozi. in consi. 7. in 1. vol. Et non tenetur obedire uolentibus non obedire, & impedire officium suum, uel cogere aliquid. secundum Bartolum. in l. si tutor. de autho. tuto. vbi dicit, quòd tūc Potestas poterit dicere, non potestis me nunc cogere, cognoscere, uel examinare, sed reseruetur cognitio in syndicatu. Nisi euidentissimè malè faceret. quia tunc cogi potest. ut est tex. in auth. vt differant iudices. & dicit Roma. in cōsi. 403. Et ad euitandum periurium. vide Ferra. in cautela. 3. quæ non est uera, ut dixi supra. & Lanfran. in c. quoniam contra. num. 51. de proba. & Fely. in c. 1. de constitu. sub nu. 48. & Boeri. in tracta. de custodia clauiū. nu. 52. & seq. & Bal. in l. clari. C. de fideic. & Dec. in reg. i ambiguis. §. quoties. de reg. iur. & Dec. in cōs. 485. in 4. & l. si fugitiui. nu. 72. C. de seruis fug. & Bar. in l. 1. C. de statuis. & imaginibus. & Arno. in epito. 86.

Adsta-

Ad statutum, quod potestas habeat vacare ab officio pro certo tempore, prout habent Ferrarienses. sub rub. quod Potestas Vicarius, Iudex maleficiorum, & Miles eiusdem uacent ab officijs certo tempore in ciuitate Ferrariæ. Dic, quòd illius statuti ratio uidetur. secundum Pari. de Puteo, in tracta. syndica. §. syndicantur. nu. 3. in 1. parte. quia per illud tẽpus, quo uacant præsumitur obliuio. l. si id, quod in prin. ff. de acqui. poss. & no. glo. Bar. Ange. & Bal. in l. 1. C. de seruis fugiti. Et no. quòd isti Potestates terrarum non æquiparantur Prætoribus vrbis Romæ, qui erant annui, sed potius præsidibus prouinciarum, quorum officium durat biennio, & plus arbitrio Principis. l. fi. in prin. ff. de pœnis. & vide per d. m. Alcia. in consi. 54. in 8. lib. Gubernator autem æquiparatur Pręsidi prouinciæ. ut ait Cagnolus in l. 2. uers. cumq; consules. nu. 437. & 442. ff. de origine iur. de quo Cauretta. inter consi. crim. diuersorum. in consi. 118. nu. 22.

Statutum disponens, quòd qui offenderit Potestatem, capite puniatur, intelligitur de eo, qui est in officio. secundum Bal. in l. tribunus. C. de testa. mili. & si quis offendit Altobellum eius militem, non punitur. prout tenet Vitalinus in tracta de insultu.

Statutum, quòd Potestas nõ possit cognoscere de delictis commissis ante quinquęnnium, habet locum in contrahente matrimonium illicitum ante quinquænnium. licet in eo perseuerauerit post, & quotidie, quia attẽditur principiũ actus, idest contracti matrimonij illiciti. vt ait Cardinal. in clem. 1. in 10. q. de consangui. & affi.

Si statuto cauetur, ꝙ Potestas debeat habere decem pro executione, quæ fieret contra condemnatum, Non debet cõsequi illa decem de executione, quæ fieret contra hæredem condemnati, quia licet sit hæres, non tamen est condemnandus. vt tenet Bal. in l. 1. C. de execu. rei. iudi. vbi allegat. no. in l. si filia in prin. ff. fami. hærciscun. & Sozi. in consi. 24. sub num. 8. in 3. vol.

Statutum dicit, q Potestas debeat habere quartam partẽ pœnarum, quas redigi fecit in commune, si vnus Potestas fecerit condemnationes super pœnis, licet actualiter non exegerit, sed eius successor. tamen ipse, qui condemnauit dumtaxat, debet habere quartam partẽ illius ex actionis postea factæ. secundum Ange. in l. si possessor. §. 1. ff. de peti. hæredi. per illum tex. cum glo. & Benedic. de Accoltis de Aretio: in eius subscriptione ad consi. Sozi. 151. in 1. vol. quod facit pro D. Alberto Cicognario olim exactori cameræ ducalis.

Si Potestas à statuto habet arbitrium pro quolibet crimine imponendi pœnam corporalem, quæ sibi videbitur, vsq; ad amputationem membri. Dic, quòd manum potest abscindi facere. vt ait Paul. de Cast. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fugiti.

Quamuis Potestas habeat plenum arbitrium à statuto procedendi in crimine, non poterit absq; iudicijs procedere ad torturam. vt ait Ias. in l. si legatum. num. 17. ff. de lega. 1.

Potestas non potest facere statuta pœnalia in delictis, in quibus non reperitur pœna determinata. secundum Bar. in l. omnes populi. 5. q. principali. ff. de iusti. & iure. & no. in c. dilectus. de consue. vbi Lignanus de hoc plura tradit.

Si Potestas condemnauit aliquem in tota summa indebitè, Poterit ex statuto tempore syndicatus cõueniri. ut ait Bar. in l. seruus. §. si ita scriptum. ff. de leg. 1.

Si statutum dicat. quòd Potestas loci non possit cognoscere de maleficijs commissis per tres mẽses ante ingressum sui officij, nisi per suum antecessorem fuit formata inquisitio cõtra aliquem, & processus non fuit expeditus, si successor pronunciauit processum fore cassandum, quia in eo fuit erratũ, An possit postea iterũ de dicto maleficio cognoscere nouus Potestas, non obstante, quia fuerit commissum per tres menses ante ingressum officij, formando nouam inquisitionẽ? respon. Corne. in cons. 270. in 1. q non potest Potestas nouam inquisitionem de eodem delicto formare. quod probat. & vi

de Bal.

de Bal.in l.prius.sub nu.70.C.qui accusa. non possunt.

Dicit statutum,quòd Potestas habeat arbitriũ in homicidijs de iure,& de facto.procedendi. An per hoc poterit impunè punire occidentem bannitum, vel hostem publicum? respon.Bal.in l.vbi pactum.in fi.C.de transactio.quòd non.

Potestas licet iurauerit seruare statuta,si tamen aliquis casus inopinatus emergat,potest populus, antequã incidat in periurium,remittere iuramentum.l.fi.ff.ad municipal.& no.xi.dist.c.in his.& Bal.in l.omnes populi.secus.si iam incidisset in periurium,quia tunc non euitaret infamiam. argu.l.cũ stipulatus sum mihi.ff.de verbo.obliga.

Dicit statutum,quòd teneatur Potestas præsentare famulos suos syndicatu.Pone,vnus fecit furtum, & aufugit. Dico, quòd si Potestas hũc secum in ipso officij ingressu duxit,tenetur,sed vtatur cautela.de qua Parisi.in trac.syndica. §.an ex eo.num.24.& Amade.in trac.syndica.sub num.18. vt scilicet eum banniat. Alia est, vt famulum exhibeat,quia tũc nõ tenetur statuto.secundum Roma.in consi.xi. Itaque vide Roma.in dicto consi.xi.& 12.& xv.& Crauett.in consi.3.nu.15.

Si dicit statutum,quòd Potestas non possit cognoscere de maleficijs non suo tempore factis,& commissis. Non poterit cognoscere de commissis in tempore prorogato.vt ait Paris de Puteo.in trac.syndi.§.Refirmatus.

Si statutum dicit, quòd Potestas possit procedere de iure & de facto.Dic,quòd dictum statutum relatum ad iudicem, intelligitur non seruata solemnitate iudiciorum. secundum Cataldi.in trac.syndica.sub nu.54.

Potestas proprio statuto, vel proclamate non ligatur. & potest proclama suum, quo ad alios reuocare.vt ait Ruinus. in consi.12.num.10.in 5.vol.

Præceptum.

SI ex forma statuti, pro quolibet præcepto sumpto, debet quis in decem mulctari,Pone,iudex mulctauit in quindecim.an

cim, An valebit mulcta in dece? resp. Bal. in addi. ad Specul. in §. qualiter. in extrauagantibus dictis. & dicit, quòd prima fronte uidetur dicendum, quòd non. quia iudex legitimos fines excessit. C. quando prouocare nō est necesse. l. si certa ratione. Igitur. ipso iure non valet bannum. quod excedit statuti formam. quia banum est mulcta. Et ideò Assessores faciunt dare bannum in certa quantitate. & addunt, Et in pluri & minori, secundum formam statu. facit. quod no. in l. extra territorium. ff. de iurisd. omnium iudi. & Cassane. in consue. Burgun. §. 7. quomodo autem procedatur per præcepta. vide Bossi. in tit. de præcep. Et no. ꝙ quis non tenetur parere potestati, uel iudici, ubi aliquod præceptum faceret extra iudicium, quod non spectaret ad eius officium. prout tenet Deci. in cōs. 72. num. 2. in 1. parte.

Præcisum:

STATVTO cauetur. quòd hoc, vel illud statutum sit præcisum. quid important hæc uerba? respon. Bal. in qq. ad statu. uer. statuere. quòd uirtus eorum est, ut adeò sit strictū ius, idest formatum, ut nullo modo possit ab eo recedi. ut no. C. de iudi. in l. placuit. in fi. Ibi non potest recedi à iure institutionis, sed à iure partium bene possunt ipse partes recedere. uide Fely. in c. ex parte. uer. præcisè sub num. 9. de rescrip.

Præmium.

STATVTVM dans præmium occidenti hostem, Extenditur etiam ad bannitum propter utilitatem publicam quemadmodum dicit Stepha. de Federi. in trac. de interpreta. iur. parte. 2. prin. sub num. 53.

Statutum tribuens præmium accusatori. intelligitur, si accusans probauerit contenta in accusatione esse vera. vt ait Marsili. in consi. 37. sub nume. 3. in 1. vol. quòd nota contra Bon Comparem. Et si quis inculparit quempiam ad sui defensionem delinquentem, non potest habere præmium. pro ut ait Bar. in l. nulla. C. de delato. lib. x.

Præscriptio.

Præscriptio.

AD interrumpendam præscriptionem sufficit sola productio accusationis, uel formatio inquisitionis, absque citatione. secundum Bal. in l. miles. §. sexaginta. ff. de adulte. Contrarium autem fuit tentum. in l. unica. C. quãdo libellus principi datus. in causa legatarij, quòd nisi executor missus esset, interruptio facta non esset. Consideranda. n. sunt uerba statuti. Quia aut statutum non exigit aliud quàm productionem libelli, uel dilationem rei, & tunc summus in terminis. d. §. sexaginta. aut requirit aliquem processum, & tunc debet fieri citatio.

De præstante auxilium.

STATVTA, quæ loquuntur simpliciter de prȩstantibus auxilium, uel fauorem, debent interpretari. secundum ius commune: l. 2. C. de noxalibus. l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. & habetur per Saly. in l. non ideo minus. C. de accusa. uide Bar. in l. nihil. C. de sicca. vbi etiam hoc tractatur per apostillan. fusius. Et esse alicuius aduocatum, est præstare illi auxilium, uel fauorem prout ait Bar. in l. post legatum. §. sunt qui. ff. de ijs, quibus ut indignis. Et Corn. in cons. 7. in 3. uolum. & Ias. in consi. 137. in 1. uolum. & ille, qui pro aliquo stat armatus, dicitur præstare illi auxilium. uti dicit Ias. in consi. 137. in 1. & Carrer. in pract. crim. in §. homicidium. sub num. 69. & uide supra in ver. auxilium.

Præsupponens.

STATVTVM puniens unum delictum, & aliud præsupponens. Non includit illud, in quo non uerificatur illud tale delictum præsuppositum. secundum Roma. in singu. ver. delictum.

Princeps:

PRINCEPS generaliter confirmans statuta, non censetur confirmare ea. unde non iura, sed iniuriæ nascuntur,

seù

ſeù ſuper quæ daretur materia delinquendi. ſecundum Bal. in conſi. 134. lib. 3. & Crauct. in conſi. 168. ſub nu. 9. & Dec. in conſi. 17. ſub num. 2. in 1. volum. Et licet ipſe princeps ſit legibus ſolutus. l. digna vox. C. de legibus. de honeſtate tamen ſubeſt legibus, non tamen ſtatutis populi Romani. vt inquit Cardinalis. in conſi. 2. incip. ſtatutum. Et ideo conſuluit, quòd diuus Nicolaus marchio Eſtenſis, non ligaretur, etiam de honeſtate ſtatutis populi Ferrarienſis. prout refert Fely. in c. 1. de conſt. ſub num. 30. & Caſſan. in conſuet. Burgun. in principio.

Principium.

AD ſtatutum, ꝙ poteſtas debeat aliquid facere in principio ſui officij, alias puniatur, quantum tempus dicatur principium ſui officij? reſpon. vt per Bal. in l. 1. §. is uidetur. ff. ſi quis ius dicenti non ob. col. 1. & Bar. in l. nemo arbitretur. C. de tempo. ap. & quale dicatur principium plateę, in terminis ſtatuti? reſpond. ut per Bart. in l. 1. §. 1. ff. ſi quis ius dicen. non ob.

Priores.

STATVTVM Florentiæ dicit. quòd omnes priores poſſint portare cultellum. Pone aliquis ex eis fuit caſſus, vel in ſyndicatu còndemnatus, An poterit portare cultellum? reſpon. vt per Bal. in l. teſtamen. de acqui. hæredi. vbi tenet quòd nõ.

Producens teſtes.

STANTE ſtatuto, quòd nullus præter principalem producat teſtes ſub pœna. 25. lib. Pone, quidam procurator non habens ſpeciale mandatum ad hoc, produxit quoſdam teſtes. an valebit productio? reſpon. Bar. quòd non. in conſi. 26. in 2. vol.

Proditor.

SI poſt pacem factam quis fuerit offenſus, offenſor poteſt dici proditor. non ſic poſt habitam concordiam. ſecundum Raph.

Raph.in l.1.ff.de pac.vide.l.si tibi.§.quædam. & ibi per doсto.ff.de pac.vide omnino Iul.Clar.in prac.crimi.q. 87.ver. punctus est. & Petr. Rauen. in suo aureo Alphabeto.in ver. proditor.& Petr.Placam. in epito.delic.cap.21. & criminalistas vbiq;. An probata concordia uideatur probata pax? tradunt Docto.in d.§.quædam.& concordia est quies, uel pax. vt ait Bal. in l. fideicommisso. C. de transac. de quo tractat Archi.in c.1.de immuni.eccle.lib.6.Cõsultus sanè Bal.à quibusdam theologis, quænam sit differentia inter pacem & cõcordiam? respon. concordiam esse sine interuentu amicitiæ, vt refert.Raph.in d.l.1.& Caccialup.in tracta.de pactis in 2. q.ad fi.vide tamen Afflic.in decis.Neapoli.264.num.63.vbi de proditore agit. Et no. quòd crimen proditionis incurrit amici secretum reuelans.vt dicitur in q.Tholosa.240.Et proditor sumitur tripliciter.secundum Bal.in consi.361.in 4.primò dicitur proditoris, qui prodit principẽ, uel rempublicã. 2.qui prodit socium, vel amicum.occidendo. 3. qui prodit eum,qui in fide illum suscepit. vide Bar. in extrauag. ad reprimendum.ver.rebellis.& Luc.de Pen. in l. fi.C.de deserto.lib x.& Affl.in decis.Neapoli. 215.sub num.64.& gl.in l. obseruandum.ff.de offi.præsi. Et quid sit proditor,tradit Didacus.in variarum lectio.lib.2.cap. xx. vbi de hoc dicit plura.Et proditor punitur pœna mortis.vt ait Iul. Clar.in q.68. ver.proditor.Et dic,quòd proditor est ille,quem vulgus Traditorem appellat.qui scilicet,sine vlla diffidatione eum, qui de eo confidebat uulnerat, vel grauiter offendit.& sic dicit Guido pap.in q.191.cum Auctario.& vide Bal.in vsibus feudo.in titu. an ille, qui interficit fratrem domini sui feudum amittat.vbi uocatur traditor.sed certè prodere,& tradere differunt.secundum glo.& Bar.in l.dolo.ff.si mulier ver. nõ.Et de proditore tractat Iaco.Nouellus.in prac.crimi.pag.18.in fi.& pagi.20.num.40. Et no. quòd verbum proditor in se est iniuriosum.ut ait Ana.in consi.44.cum addi.Bologni.& Cassane.in consue.Burgun.in rub.& pagi.189. ubi de proditore

agit.& Mille.in prac.crimi.in titu.quibus modis com mittan tur maleficia sub num.8.pagi.110.col.2.

Si statutum dicat sic,condemnatus ex proditione pro gibellino.Tunc ista non esset qualitas in nata,sed muta bilis sicut amicitia,& inimicitia.l.*3*.de interdic.& Bal.in l.1. C. ad l.viscelliam.vide Alberi.in l.ex hoc iure. 2.col.sub nu. *3* .ff. de iusti.& iure.

Statutum de remissione facienda homicidis,Non habet locum in homicidis proditoribus, quia illud homicidiū est exorbitans.ut in c.1.de homi. lib. *6*.& Moder.in c.quæ in ecclesiarum de constitu. & proditores non gaudent beneficio legis,aut statutorum.ut inquit Bal.in l.si quos. C. de cap. & postliminio reuer. & Carreri.in prac.crimi.pagi.18.nu. *96*. ubi hoc tractatur plenè. uide & Claudium.in regu.crimi.*96*.

Proœmium.

PROOEMIVM certè in statutis multum operatur. Nā ex procemio statuti finalis ratio colligitur.l.fi.ff.de hære.in sti.& tradit Bal.in §.quibus in 1.C.consti.Et hoc nō sine causa dictum esse,dicit ibi Bal.& Deci.fusius. in consi. *334*. sub nu.2.in *3*.vol.& in consi.*60*.sub nu.1.& seq.& in consil. 5*96*. & *661*.in 4.uol.& Fely.in c.pastoralis. sub num.5.de offi. de lega. & Marsil. in singu. *37*. & Bal.in qq.ad statu.uer.procemium.Quod intellige uerum esse,quando omnes casus decisiā statuto possint cōprehēdi sub procemiali ratione. aliàs procemium non dicitur esse causa finalis,sed impulsiua. per l.1.§.remouere. ff. de postulan. Ita singulariter limitat Bal. in l.1.ff.de origi.iur.ubi uide Cagnolum.& Ias.in consi. 1. in princ.sub num.7.Et procemia restringuntur ex decisione. ut ait Sozi.in consi.122. uol.1. & Bal. in c. 1. de pace tenen. & Plotus in repeti.l.si quando. sub nu.*347*.C. unde ui.Et secundum procemium debet intelligi sua dispositio, q̄a indicat mentem statuentis. sed illud procedit, quando non restringitur procemium per dispositionem ipsius statuti,quia tunc

stamus

ſtamus certo,& nõ diſpoſitioni.ut ait Barba. in conſi.16.ſub num.17.in 1.vol.& Marſil.in conſi.19.ſub num.5. Et ſi cauſa apponitur in iure,vel ſtatuto, in narratione, vel prooemio ſtatuti,in dubio præſumitur finalis,& impulſiua.vt dicit glo.ordinaria in l.cum tale.§.legata falſa.ff.de condi.& demon. & Peruſi.in c.cum ceſſante.nu.2.de appella. Et limitatur Baldi dictum.in d.§.à Peruſi.niſi conſtitutio poſtea largius loquatur in diſpoſitione, quàm in narratione ſtatuti,ſeu quàm fuerit in narratione cauſa expræſſa. Tunc.n.cauſa appoſita in narratione præſumitur potius impulſiua,quàm finalis. quod probat.ex Ioan.Andr.in c.pen.de immu.eccle. in 6. vbi etiã idem dicit Gemi.& Rui.in conſi.95.num. 10.in 5.vol.& Tiraquell.in tracta.ceſſante cauſa in limitatione. ſub num. 65. & ſeq. vbi tractatur hoc fuſius. Item ex prooemio colligitur mens,& intentio ipſius ſtatuti.d.l.fi.de hære.inſti.l.cum ij.in prin. ff.de proba. & tradit Ana.in conſi.64.& l.Titia.§.idem reſpon. ff. de ver.ob.l.item quia de pac.& Bar.in l.ambicioſa.ff.de decre.ab ordi.facien.& Corne.in conſil.6. nu.1.in 1. par.& Lanfran.in tracta.de interpreta.ſtatutorum ſub nu. 21. Quam concluſionem indubitatam dicit Saly.in l.1.C. de noxalibus actio. Et quãdo eſt aliquid dictum in præfationibus alicuius actus faciendi,& poſtea ex interuallo fit ille actus,ſine expreſſione eius, quod dictum eſt, videtur receſſum ab eo,quod dictum fuit.vt tenet Afflic.in deciſ.Neapo.375. Et ſi ĩ ſtatuto reperiretur caſus, cui ſtatutalis exordij ratio nõ cõueniret, ad eũ ſtatuti authoritas nõ extenderet.vt inquit Lanfr.in c.quoniam contra.de probatio.& Gammar. in dialectica legali.in loco à cauſa finali.pagi.188.De prooemio fuſius tradit Caſſane.in conſue.Burgun.in prin.prooemij.& Ange. in conſi.389.vbi tractat de prooemio ſtatuti Stantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.

Prohibitum.

VBI statutum aliquid prohibet, quod secùs de iure cõmuni est concessum, si fiat, nihilominus, ualet. secundũ Bal. in l. quòd ait. in lectura antiqua. ff. de diuortijs.

Promißio.

IN maleficijs, in quibus per formam statuti, non valeret cõcordia, non ualet promissio, de non procedendo, nec renunciando liti, & instantiæ. sed ipse prosequi poterit, non obstante tali promissione, etiam si facta esset cum iuramẽto, vel cum appositione pœnæ. secundum Bal. in l. iurisgentium. §. sed si paciscar. in 2. col. in prin. ff. de pac. ubi allegat. l. generaliter. in §. Marcellus. & arg. ff. ad. l. Falci. l. Seius & Augerius.

Proposita.

STATVTVM dicit, quòd si potestas retulerit aliquid in concilio generali, quod sit contra vtilitatem communis, ipso iure sit priuatus officio. & alio statuto cauetur, ꝙ non valeat reformatio facta per concilium, nisi præcesserint proposita facta per potestatem, & potestas refferat contra publicã utilitatem, & super ea fuit facta reformatio, An valeat talis reformatio? uide Iaco. Butr. qui disputãdo determinauit, ꝙ sic. de quo plene agit Paul. de Castr. in l. si quis id, quod. ff. de iurisd. omn. iudic.

Prouocatus.

PROVOCATVS percutiens prouocantem, an incidat in statuti pœnam? respon. Bal. in c. 1. de iniurijs. quòd iudex ex officio, debet illam pœnam moderari, vt inquit Bar. in l. 2. de excep. & Fely. in c. dilecti. de excep. & Corne. in consi. 133. in 3. vol. & Nouellus. in tract. ad defensam. vbi loquitur de procurato. & Grammati. in decis. Neapoli. 37. & Firma. in reperto. ver. prouocatus. & repertoristæ, ubique. & Arno. in Soliloquio 22. & 23. & Claud. in regu. crim. 71. & 72. & Pasethus

thus in consi. pro equite Ferr. & Iulius Clarus in pract.crimi. q.6.ver.nunc.quæro.

Publicari:

STATVTVM disponens, ut publicetur pro aliquo delicto bona, Intelligitur secundum ius commune. vt tenet Soz.in in consi.121.num.8.cum seq. ubi dicit tale statutū odiosum, & exorbitans esse.

Quid si statutum dicat, & eius bona publicentur, an mortuus poterit condemnari? respon. quòd non. Corn.in consi. 195.col.fi.in 2.

Si ex statuto omnia bona mobilia, & immobilia homicidæ publicari debeant, Non comprehendunt nomina debitorum.ut ait Gandi.in trac.malefi.in titulo vltimo. & Tiraquellus in tracta.de vtroque retract.in princ.in glo.7.sub num.9. pagina 24.

Statutum cum sit solemniter publicatum, Præsumitur moribus utentium approbatum, & qui contrarium dicit, debet expræsse probare non fuisse moribus utentium approbatum. uide Gozadi.in consi.sub nu.16.& Rolan.à ualle.in consi.99. in 2. Non autem publicatum non ligat. secundum Neuiza. in consi.58.num.6.& Alex.in consi.73.lib.6.& 171.num.12. & fusius tradit Plotus.in l.si quando. nu.858. C. unde ui.uide.supra.in uer.obseruantia.

Procurator:


PROCVRATOR an potest interuenire in causa criminali, quando ex forma statuti potest procedi cōtra absentem? respon. quòd sic, ad docendum de innocentia rei, vel legitima absentia, vel de suo priuilegio, uel iudicis incompetentia, & similibus. non autem potest cōparere ad omnes actus in iudicio occurentes. ut tenet Grassus in tract. de communi opinio.lib.2.cap.11.q.1.& ualet iudicium in his terminis, si non fuit oppositum. & admittitur tanquam instructor ad docendum de innocentia. & hæc quidem est communis opin,

ut

ut ait Grassus ubi supra in q.2.& 3.uide Guid.papa.q.338. & Bal.in pract. fol. 16. & Forcatulus in Negromantia dialogo 81.in princ. vnde docto. tradũt cautelam. de qua meminit Alexandri.in suo tracta.de potestate procurato. & defenso. in causa crimi.nu.320.contra quàm cautelam. vide omnino Ruin.in consi.118.nu.9.in 5.vol. & vide omnino Menochiũ in tracta. de arbitrio iudicis. in q.80. per totum. maxime, num.48.& seq.& Quirinum inter consi.crimi. in consi. 16. in tomo 2,& Blancum in tract.crim.ad fi.in cautela x. & Ferratium in cautela.18.& Iulium Clar.in pract.crim.in q.34. ver. sed pone, ꝙ accusator.& Tiraquellum in tract.de pœnis tẽpe.uel minuen.in causa.33.& Milleum in prac.crim.pag.43. & Nepotem in tract.suo de excep.arti.22. nu.5. in tomo 13. & Henricum Bohich.in tract.de synodo episcopali.num.56. & seq. & Menoch. in tract. de arbitrio iudicis in casu 153. & Canarium in tract.de excusatore,num.13.in tomo 15.num. 13.in secunda parte.& Afflict. in tract. de iure prothomis. §. 2.num.29.in tomo.16.& num.30.& Ang. de Gambellio.inter consi.crimi.in consi.71.num.36.in tom. 1. & in consi. 57. num.7.in tomo 2.fol.113.

Q.

QVALITAS.



SI statutum ita loquitur, De maleficio commisso, de quo non fuit cognitum infra duos menses, nõ possit cognosci. Fuit infra duos menses cognitũ, & pronunciatum de simplici vulnere, an sit perpetuatum ius accusandi de qualitate eidem accusatori? resp.Bal.in l.2.C.de quibus rebus iudi. quod sic.ver. de qualitate statutorum. & Rolan.à Vall.in consi.xj.1.& 2.col.in 3. vol.& Nouellus in addi.ad regu.& Duen. in regu. 164. ver. qualitas.ubi ampliat & limitat.& Bal.in qq.ad statu.uer. qua

litas. & Signor.in consi.140.& Bal.in consi.162.in fin. in 1. vbi etiam ponit obseruātiam bonorum assessorum circa qualitatem. & Bar.in q. 8.incip. per Italiam. & Marsil. in singu. 187.& Corn.in consi.197.in 2.vol.

Si in dispositione statutaria fuerint expressę duę qualitates, & secundum alteram dispositio esset inefficax, debet regulari secundum alteram.c.nisi essent.ubi Abb.in 1.col. de præbend. & Moderni. in c. cum Abbas de offi. delega. vide Bal.in consi.131.incip. visis dictis lib.2.ubi dicit, quòd ille, qui vult probare qualitatem, debet probare prius substantiam.ut tenet Dec.in l. eius qui.§.fi.nu.6.ff.si cert.pet.& Bal. in l.si quis testib.C.de testib.col.3.in fi. ubi dicit, quòd qui allegat inimicitiam, eam probare debet, quia quilibet præsumitur amicus ex naturali ratione. unde non sufficit probare inimicitiam in genere, sed debet probari eius qualitas. unde quoties a statuto disponitur aliquid cum certa qualitate, qualitas illa est probanda.l.prætor.§.docere.ff. de ui bo. rapt.l.1.§.ait prætor.vbi Bar.ff. ne quid in flumi.pub.& Dec. in consi.13.col.2.& Carrer.in prac.cri.in §.circa. sub nu. 13.

Si quis accusetur, alium percussisse cum sanguinis effusione, & non probetur sanguinis effusio, an sequatur absolutoria? trac Gui.pap.in q. 553.& Bal.in qq.ad statu.ver.vulnus. 3.& 4.& Parisi.in cons.114.sub nu.21.& seq.eod.vol.& Zasi. in cōs.19.sub nu.4. pag.312.in 1.& Cæphalus in cons. 206. in 2.& Marsi.in cons.7.sub nu. 60. & Cur. senior in cons. 21. sub num.5. vbi dicit, quòd vbicunque tractatur, de imponenda pœna alicuius specialis constitutionis, oportet, quòd omnes eius qualitates verificentur in casu, de quo tractatur. aliàs pœna non committitur.secundum Ioan.And.in c.1.de homic.in 6.& Barba.in cons.70.in 4.vol.vbi dicit, quòd statutum Ferrariæ, loquens de crimine, non habet locum in crimine qualificato. Et ibi de statuto ferrariensi, dante facultatem potestati, arbitrium, & Bailiam, quid agere per hoc possit? vide omnino Iul.Clar.in pract.crim.q.31. super uer.

arbi-

arbitrio atq; Bailia & Albanum in pluribus consilijs. de quibus in reperto. ver. arbitrium. & Blancum. in prac. cri. pagi. 52. sub num. 100. vbi dicit, quòd pro euitandis disputationibus, hodie in accusatione apponuntur illæ clausulæ. non se ad stringens. &c. saluo iure &c. deducens. &c. quæ operatur, ꝙ siue sit probata qualitas, siuè non, semper requiritur cōdemnatio. & ibi de qualitate tractatur fusius. Si autem iudex procedit per uiam inquisitionis, valebit ex clausula in fine posita in inquisitione. s. super quibus omnibus. &c. de qua tractant criminalistæ fusius ubiq;. & Paris. in tracta. syndica. in §. an dictum capitulum. col. 4. pagi. 151.

Vbi statutum in positione pœnæ connumerat plura prohibita, & si ultima prohibitio aliquam qualitatem restrictiuam adiungit, illa qualitas restringens refertur ad omnia narrata ut tenet Dominicus. in c. ubi periculũ. §. nõ nulli. de electio. in 6. & Rui. in consi. 45. nu. 14. in 1. uol. uide Cassane. in consuetu. Burgun. pagi. 141. sub num. 8. ubi de qualitate agit. & Hierony. de Monte. in tracta. de finibus regen. cap. 86. Est. n. iuris regula, quòd qui allegat statutum, debet probare qualitates omnes statuti. alioquin succumbit. secundum Plot. in l. si quando. sub num. 355. C. unde ui. Et inquit ibi. num. 852. quòd stante statuto, ꝙ credatur iuramento hominis optimæ opinionis, vel honestæ uitæ. nisi probetur prius aliter, quã per iuramentum de optima opinione, & honesta uita, non habebit locum tale statutum. uide Marsil. in singu. 187. uer. qualitas. & Plotum. ubi supra. nu. 880. & qualitas doli in accusatione debet probari. secundum Sozi. iuniorem in consi. 36. in 2. uol. & Riminaldum. in consi. 17. num. 16. & seq. in 1. uol. & in consi. 439. in 3. & Corne. in consi. 195. col. fi. lib. 2. & Claudi. in reg. cri. 76. & 77. & Iul. Clar. in prac. cri. q. 66. vbi per clausulã per partẽ in quærela appositã, quare petit pro prædictis, & quolibet eorũ &c. & ĩ inquisitione, super quibus omnibus & singulis &c. plectitur reus, licet nõ sit ꝓbata qualitas. vide omnino. & ĩ q. 87. vbi de delicto qualificato fusius habetur.

RAPTOR.

R.

RAPTOR.



N valeat statutum contra raptorem, qui matrimonium cōtraxit cum rapta? &c. respōde, vt per Ros. inter consi. cri. diuersorum per Zilettum. in consil. 145. nu. 30.

Statutum puniens pœna capitis rapientem filium alicuius. Non habet locum in filio rapto, qui carebat patre. quia illa sunt correlatiua pater & filius, & dato uno debet dari, & reliquum. secundum Ias. in l. fi. C. de indic. vidui. tollen.

Si quis apprehēdit per vim aliquam virginem, & eam prostrauit in terram, ibiq; carnaliter cognouit. non debet puniri statuto, pœnā mortis inferente. secundum Arno. in epitoma. 100. & fusius tradit Plotus in l. si quando. num. 42. & seq. C. vnde vi. vbi ponit an, & quando, & quibus in casibus habeat locum statutum de raptore. & ibi. num. 646. 648. & seq. vbi dicit, quòd defertur iuramentum virgini in litem aduersus raptorem. vide oīo Iul. Clar. in prac. crimi. §. Raptus. An pœna raptus de iure ciuili, tollatur per ius canonicū, vt quis non decapitetur. Ibi dicit Iul. Clar. qui licet non decapitetur Raptor, qui accepit in uxorem raptam, attamen eius bona confiscantur. per glo. communiter approbatam. de qua ibi. Iul. Clar. licet Scarlatinus inter. consilia crimi. diuersorū per Zilettum in consi. 112. nu. 10. & seq. uideatur contrarium tenere. & uide Parisi. in consi. 159. & 160. in 4. & 170. co. uol. Et statutum de fure habet locum in raptore. & hæc est communis opinio. ut attestatur eruditissimus dominus Bursatus in cons. 94. num. 6. & seq. Cui me plurimum debere sentio propter eius cons. 18. Et qui rapuit solutam, aliàs de floratam, non tenetur pœna statuti. secundum Arno. in dialogo. 40. & Guido pap. q. 555. & Alberi. in qq. ad statu. q. 66. in 3. par. & Marsil. in l. 1. C. de rap. uirgi. & d. m. Cephalus. in cōs.

40.per totum.& Parisi.in consi.160. in 4.uol. ubi de uirgine stuprata tractat.Et no.ꝙ illa lex.1.C.de raptu uirgi.loquitur tantum in muliere,quæ causa libidinis rapitur. ut inquit Deci.in consil.234.in 2.uol.& Marsil.in sing.65.uide Vallam in elegantiarum.lib.4.cap.3.& Viuium in suo tracta.communium opi.ver.raptor. & Ferrettum in consi.65.in 1.per totũ. & d.m.Alcia.in consi.21.lib.7.per totum. Istud statutum nõ haberet locum,si quis raperet virginem nondum viripotentem.vt ait Signorol.fusius in consi. 207.& Grammati. in decis.Neapoli.21.vbi non tenetur, nec debet decapitari, nisi ui rapuit.Rapere etiam dicitur, qui trahit aliquem de itinere. unde rapere mulierem dicitur,qui eam trahit de itinere,quã uis non perducat eam ad locum destinatum. sed rapere non dicitur,qui detinet in loco,in quo est.ut inquit Bal.in l.sed si eximendi.ff.de in ius uocan.uide Bal.in qq.uer.rapere & l. 3. ff. ne quis eum, qui in ius uo. est, ui eximat. & Cassane.in consue.Burgun.in rub.pagi.16.sub num.39. cum seq. & ibidem.in §.5.pagi.62.dicit,ꝙ raptor debet carere ecclesiastica sepultura.c.super eo.de rapto.&alios casus etiam ponit, qui bus quis carere debet sepultura ibidem super uer. du princ. uide Iodocum in prac.cri.in titu.de raptore.& Bossi. in prac. crimi.in titulo de raptoribus. & in titulo de rapinis. fol.172. & de raptu mulieris.fol.185.& Mõtelco in prac. arbitra. parte 4. Item non habet locum statutum,si quis de lupanari rapuit sponsam, vel uxorem alterius.ut ait Bal.in l.in ambigua ff.de legibus. quod intellige de lupanari publico, & non de ijs,de quibus legitur in l.ancillarum.ff.de pet.hær.ubi dicit, in multorum honestorum uirorum domibus maxima lupanaria reperiunt.uti dicit Alberi.ibi, qui dicit, quòd licet lupanaria sint in domo honestarum matronarum,& personarum, non propterea tollitur earum honestas.32.q.5.uer.tolerabilius.Et lupanaria,secundum ipsum, dicuntur à lupana meretrice,pro ut habetur in Chronica Martiniana.

Si quis rapuerit rem aliquam in domo alterius, an punietur

tur ſtatutaria pœna centum,ſi fregit hoſtium,vt raperet? reſpon.Alberi.in qq.ad ſtat. in q.229.in 2.par.ꝗ ſic.per l.Marcellus apud Iulianū.ff.de verbo.ſigni.& Sozi.iunior in conſ. 1.nu.9.in 1.uol.vide Grammati.in voto 4.per totum. & Menochium in tracta.de arbitrio iudicis.in caſu. 294.

Nos ferrarienſes habemus ſtatutum.ſub rubri. pœna cognoſcentis per vim,vel rapientis mulierem.de quo meminit Menochius in tracta.de arbitrio iudicis in caſu.291. num.9. & in caſu.351. num xi.& caſu.360.num.122. Circa materiā raptus.vide Corne.in conſil.8.vol.2.& Pariſi.in conſi.160.in 4.& 29.num.57.in 3.An per ſubſequens matrimonium tollatur pœna? reſponde,vt per Ange.in tracta.malefi. fol. 100. quid ſi confitetur mulier ſe prius cognitam ab alio? reſpon. vt per Cępollam in conſil. 58.incip.ſtatuto prædicto, ibi, honeſtè viuētē.&c.ſecùs,ſi fuiſſet ab alio tacta, vel oſculata. vt ait Ange.in tracta.malefi.fol.55.col.1.vide Bal.in l.raptores.C.de epiſco.& cleri.& in auth. ſi quis non dicam rapere. & Matthesi. in ſingu. 101.& 102.& vide ſupra in rub.in quibus caſibus per inquiſitionem. fol. 128. col. 2.& Cępol. in conſi.cri.48.in uer. quaſi uoluerit.infra menſem.& licet labatur iſte menſis,conſideretur, an à prima ſententia vel 2.ſecū dum Alex.in conſi. 36.in prin.in 4.uol.& Firma.in uer. ſtatutum de malefi. uer. 54. & 171. & Bal.in ad.Speculato. in titulo de ſenten.col.2.in prin.& Areti.in §.ex quibuſdam col.1. inſti.de pœna temere litigan.in fine illius ſtatuti.poſſet tamē poteſtas diſpenſare cum puero,ne illi manus amputetur. ut inquit Cępolla in cautela 2. uer. pen. & uide Machellum in patrocinio 48. per totum. Et no. quòd in caſu rapinæ leuiores probationes admittuntur.quod intellige. ut per Deci. in conſi.82.ſub num.3 in fine conſilij.in 1.par.

Extat & aliud ſtatutum ferrarienſe ſubſequens. in rubrica pœna ruſtici mulierem rapientis,uel cognoſcentis.Ad quod dic.quòd ſi ſequutum ſit matrimonium,raptus non eſt punibilis.ut ait Ange.in tracta.malefi.in uer.Che hai adulterato

la mia dōna.uer.quæro,quæ sit pœna stupri.in addi.ad fi. fol. 8. similiter,si uir rapuit mulierem, uel uxorem, uel sponsam de lupanari,nō punie͡t. ſm Alex.in l.raptores. §. oportet.C. de raptu uirgi.in apostillis,Limita tamen,ut per Deci.in cōs. 234.num 8.An stetur confessioni eorum de matrimonio con tracto?respon.ut per Ange.in tracta.malefi.fol. 56. uer. Pone,quòd quidam,ex glo.& Abb.in c.pen.de rapto. & Barba. in cons.45.uol.1.in fi.dum hic dicitur de matrimonio an ualeat?uide Abb.in c.1.de sponsa. & in cons.12.& Dominicum in c.statutum.ij. de hæreti.in 6.& Alex.in cons.97.uol.1. & in cons.24.col.6.uol.2.& Cępollam in cons. 57.Ibi animo & intentione &c.quomodo hoc cognoscatur?uide infra in uer. pœna mulieris nuptæ &c.ad statu.in uer. seù alterius conditionis honestè viuentem.vide Gand.in tracta.malefi.in titulo de uarijs quæstionibus. sub nu.2.& Bal.in cons.310. in 1. par. & Pari. de Puteo in trac.syndica. in §.adulteriū. & Plot. in repeti.l.si quando.C.unde ui.& Alberi. in qq. ad statu.q. 53.in 3. par.& Alex.in cons.165.in 7.uol.& Iul.Clar. in §.raptus.in prac.cri.

Ratio.

RATIO generalis iuris communis trahitur etiam ad statuta.ut ait Bar.in q.incip.per Italiam. quod uerum putat Bal.in l.ea, quæ.C.de condi.indebi.quia in statuto nō exprimitur ratio.Nam ei inest naturalis, scilicet, & ciuilis iuris communis ratio,si in esse potest.secus,si inesse non potest. l. prospexit.ff.qui & à quibus ubi Bal.fusius hoc dicit.

Rebelles.

STATVTO cauetur,quòd omnes, qui non sunt rebelles, vel confinati,debeant ad ciuitatem reuerti,sub tali pœna. Titius non vult reuerti. quid iuris? an locus huius maleficij erit locus residentiæ ab extra? an locus ab intra? resp. Saly. & Bal.in l.actor.in 3.col.C.de proba.quòd ab intra,quia ibi sisti oportet.l.item illa.ff.de constit.pecu.& in c. vbi periculum.§.

lum.§.1.de elect.in 6. unde quando Cardinales non intrant Conclaue.ibi mora dicitur cōmitti potius in cōclaui, quàm extra, nec attenditur hic, ubi est corpus, sed ubi est animus in mora. quid ergo inquit Bal. dices in casu.l.vlt.ff. de decre. ab ordi. facien. Si quis extra municipium agat, soluat dragmas mille. quærit Bal. quis est locus istius maleficij? Et respon. quòd denotatur per actum, vbi est locus residentię. quia statutum est probatum verbis affirmatiuis, sed inspecta finali intentione, illud maleficium committitur intra, non reuertendo ad domicilium. & ideò nimirum. si tale statutū extendit uires suas ad delinquentem extra territorium.

Stat statutum, quòd filij rebellium à maiore vsque ad minorem debeant expelli de ciuitate. Pone quidam rebellis habebat quatuor filios, minorem, & maiorem, & duos intermedios, an omnes debeant expelli? respon. Bal. in l. à caligato. C. de nuptiis, quòd sic. Et statutum non cōprehendit Spurios. l. lege. §. nec distinguitur. ff. de ritu nuptiarum, & no. Cy. in l. quis quis. C. ad l. Iuliam maiest. & Ioan. Andr. in c. statutum de hære. in 6. & Bal. in l. acutissimi. C. de fideicommissis. Et d. statutum, intelligitur, viuente patre, & non eo mortuo. quia tunc non est filius, sed quondam fuit. ut no. in l. eius, qui in prouincia. ff. si cer. petat. Et not. quòd rebellis idem est, quod infidelis. Omnis enim deuiatio à fidelitate, est infidelitas. vnde, qui cum essent subditi, expressè rebellant principi, dicuntur rebelles, & infideles. vt ait Guido pap. in q. 589. vbi hoc traditur plenè. & in titulo. qui sint rebelles, in vsibus feudorum. vbi Bald. & cæteri. & Bossius in prac. crim. ubi de rebell. agitur.

Rector.

SI statutum simpliciter dicit, quod scholaris nō possit pulsari coram alio iudice quam corā rectore. Intelligitur, nō solum in causa ciuili, sed etiam criminali. secundum Bald. in l. ex eo. C. de agentibus in rebus, ex prin. d. l. Nam Rector

ctor ipse habet cognoscere super crimali. nisi consuetudo contradicat. sicut est Bononiæ. per quam derogatur. auth. habita. C. ne filius pro patre. & dicit Fely. in c. significasti de offi. de lega. Et idem est in vicerectore. Nam vicerector debet gaudere priuilegijs rectoris cum tota preeminentia sua. vt ait Roma. in singu. 362. de quo meminit Bombinus in consi. 22. num. 24. & in cons. 23. in princ. Quod intellige, quando est creatus ab vniuersitate scholasticorum, ut per Anto. de Prætis. in tract. de iurisditione episco. cap. 6. num. 54. in tom. 2. fol. mihi. 308.

Si uno statuto cauetur, quòd rector cognoscere non possit de maleficio cômisso ante introitum sui officij. altero uero quòd potestas habeat arbitrium contra incendiarios. An de incendio commisso ante suum officium cognoscere poterit? respon. Bal. quòd non. in l. quemadmodum. §. hæc uerba. ff. ad l. Aquil. & Cataldi. in tract. syndica. sub nu. 135. Et uide Scodobium in auth. habita. C. ne filius pro patre. & ibi Bologninus hoc tractat.

Receptator Bannitorum:

STATVTVM puniens receptatorem banniti, habet locum etiam in eo, qui retractat illum, qui saltem unum pedem ad fugam moneat. & ut peruenit aliquo modo ad factum, seù principium facti. Non autem erit locus statuto in eo, qui tempore receptionis de se factæ, consilium tantum fugæ habuit. sm Bal. de quo meminit Caccialupus. in trac. de debitore suspecto fugitiuo. 9. q. prin. sub nu. 3. & Marsil. in l. 2. C. de rap. uirgi. & Bal. in qq. ad statuta uer. receptator.

Si quis rem furatam scienter receceptat sine aliquo lucro, uel sine spe lucri, non tenetur aliquo statuto criminali. secundum glo. in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiuran. & Marsil. in consi. 53. nu. 30. in 1. uol. & Riminal. in consi. 80. per totum. in 1. vol. & Portium in consi. 206. de receptatore statutum, non habet locum in filio, uel patre receptatore. ut inquit

quit Crauetta in consi.309.per totum.in 2.vol. vide omnino Anto.Gomez.in tracta. de homicidio. nu.50.& seq.in tomo 3. fol.370.& Cassane.in consue. Burgun. & in §.5. pagi. 39.& Rolan.à Valle in consi. 45.per totum in 1.vol.& Placam in tracta.de delictis. cap.16.& Plot.in repeti.l.si quando.sub nu. 859.C.unde ui.& Follerium in prac. cri.in titulo banniantur. & Menochium in tracta. de arbitrio iudicis in casu 348.& Iodocum in prac. cri. fol.134.& Lucam de Penna in l.1.C.de deserto. & occultatoribus eorum. lib. xi. & Monteleo in prac.arbi.par.4.sub nu.286.Et non sufficit, Bannitum una uice recipere, ad hoc ut de receptatione argui possit ad pœnam. ut probat Lucas de Penna in l.quis quis. C.de fugitiuis colonis.lib.xi. & ibi uide remissiuè per eum. & fusius in l.1.C.de desertoribus.lib.xij. & Bossi.in prac. cri. in titulo de rapinis. ubi fusius hoc tractatur. Et recipere, uel receptare dicitur quis aliquem bannitum, quando eum abscondit. sed dando illi potum, uel commestionem, non dicitur recipere, & consequenter nec statuto tenetur. ita inquit Bar.in l.1. ff. de seruo corrup. Et de receptatore furis. vide Iul.Clarum in prac.crimi.q.90. ad fi.Et de receptatore banniti. uide per Areti.in §.fi. nu.1.institu. de iure naturali.ubi non punitur, nisi scienter receptauerit. quod probatur. & uide supra ubi egimus de bannitis. Item non punitur ut receptator, qui non potuit prohibere.puta, cum essent decem banniti, qui in simul accesserunt ad domum illius, dicentes, nisi nobis aperueris ianuam, ponemus ignem ad domum.ut inquit Arnonus in dialogo 45. Et nos ferrarienses habemus simile statutum. sub rub.pœna recipientis rebelles, bannitos, & condemnatos personali pœna. Ad quod uide Menochium in tracta.de arbitrio iudicis.in casu 348.in statu.ipso.ibi scienter &c.Secùs, si ignoranter ut inquit Bar.in l.1.C.de deserto.lib.xij. & l.omnes.la 2.C.de agrico.& censi.lib.x.& Areti.in consi.121.& Dominic.in c.contractationi.in glo.sciuerit.de appella.in 6.& Bar.in l.1.de colle.illi. lib.xij.& Firma.

uer.

uer.hoſpes. & Fely.in c.cum ingreſſi.in 1. de offi. de lega.in uer.item præſtans auxilium &c. idem eſt dicendum, ſi quis ſponte teſtificat̃, uel aduocat, uel fideiubeat pro bannito. & incidit in pœnã ſtatuti. ſm Bar.in l.poſt legatum.§. his uerò. cum ſeq. ff. de his quibus ut indig. & Ange.in tracta.malefi. in glo. Andream.col.3.&.4.& Firma.uer.procurator conuenit.uer.33.& Bar.in l.cuicunq;. in fi.C.de ſeruis fugiti. licet ipſe bannitus, quando habet bona, poſſit procuratorem conſtituere. ſecundum Bal.in l. is, qui reipublicæ. in apoſtill. ff. ex quibus cau.maio.& l.papinianus eo. tit. & Firma. in uer. bannitus auditur.per totum.in uer.recipientis uerò &c. ſi tamen bannitus ante bannum accuſaſſet aliquem, poſſet poſtea proſequi. vt dicunt glo.& Bar.in rub.C.de aleato.lib.xi. in fine ſtatuti &c.& ſic corrigit, quod dixit Bar.in l.fi.ff. de receptato. Coniunctus ſtatuto non comprehẽdit̃, de quo etiã uide per glo.& Dominic.in c.cum ſecundum, de hære.in gl. receptatores.ver. limita per ſtatutũ non cõprehendi, de quo etiam per glo. & Domin.in d.c.cum ſecundũ.ver. limita per ſtatu.ſupra proximè.in fi.ante bannum.Item ſtatuto nõ comprehenditur, qui conuerſatur cum bannito publicè conuerſante per ciuitatẽ, & tolerato. ut tenet Ange.in l.ſi duo.ff.de acqui.hære.& Marſil.in l.1.nu.2.ff.de ſiccarijs. & Duenyas. in regula.68.& D.Ioſephus Ludo.in deciſ.Peruſi.31.nu.11.

Recipiens.

STATVTVM, puniens recipientẽ pecuniam, Habet locum, & extenditur ad recipientem liberationem pecuniæ. vt inquit Calcane.in conſ.1.col.10. circa med. Et eſt differentia inter capere, & recipere. ut ponit Caſſaneus.in conſue. Burgun.in §.2.

Recurſus.

SI in volumine ſtatutorum ad ſit ſtatutum. quòd ubi ſtatuta loci non prouident, recurratur ad ius commune. Dic ꝙ intelligi debet ad ius commune, ſcilicet Romanorum, non

autem

autem ad ius commune ciuitatis dominantis. vt declarat So zi.in consi.271.sub num.3.par. 2. quid si adesset litera ducalis,pro ut habetur in initio nostrorum statutorum, qua caueatur.quòd deficientibus statutis districtus, vel territorij ferrariensis,fiat recursus ad statuta Ferrariæ,& in eorum defectū ; ad ius cōmune,An fiet recursus ad ius cōe Romanorum , an ad ius commune canonicum?vide Barba.in conf.42. col. 2. sub num.7.in 2.vol.& Fulgo.in conf.60.& Bal.in l.1. C. qui bonis cedere possunt.& Barba.in conf. 13. sub num.6. in 1. vol.& Zabarell.in conf.2.& in conf.20.& Bal.in cons.348.in 3.parte.& Riminal.in conf.9.& in consil. 72. in fi.in 1.vol.& Gratum.in responso.xi.in 2.

Reus personaliter. &c.

REVS, si contra statutum excipiendo non debet audiri, nisi fuerit in præsentia.Dic,quòd hoc non obstante, poterit iudicis officium implorare,in locum deficientis exceptionis,per suum procuratorē, quando euidenter constaret de calumnia aduersarij,vel,quod impunitus de facto esset euasurus.vt inquit Bal.in l.planè in cæteris.ad fi.ff.de peti.hære.vide Bossium.in prac.crimi.in titulo de reis requirendis, & absentibus damnandis.pagi.264.Sed hoc non admittit Ferrariæ statutum.

Redemptio.

STATVTA loquentia de redemptione captiuorum, Non habent locū in captiuis ex maleficio.ut inquit Bal.in auth. contra rogatos.C.ad Trebellia.per.l.bona fides.ff. depositi.

Reformatio.

REFORMATIO, quòd banniti extrahantur de banno, soluta certa quantitate,si habuerunt pacem cum offenso.Dic quòd intelligitur de illis, qui post reformationē sunt banniti & qui pacem habuerunt, non solum tempore dictæ reformationis,sed etiam de futuro,& qui tunc fuerunt banni

ti,& banniti sunt postea.prout declarat Paul.de Cast.in l. cũ in secundo.sub nu.8.ff.de iniusto rup. testamen.

Si reformatio est facta contraria statuto. Tamen si statutum ante,& post fuit seruatum,& practicatum, cum reformatio non fuerit more utentium approbata, statutum non censetur sublatum,quia nõ dicitur interruptum, quòd semper uiguit.4.dist.c.in his.secundum Inno.& Bal.in auth. omnes peregrini. circa fi. C. communia de successio.Idem tenet Anchara.in c. canonum statuta. de constitu. de quo tractat Cepolla in cons. 13. sub num. 10. Et reuocato statuto, censetur reuocata reformatio.secundum Bal.in l.1.C.de latina liberta.tollen.Et si imperator sanctissimus,in quo omnis cessat suspicio.l.1.C.ad l. Iuliam de ambitu. non vult suas sacras formas valere,multo minus ualebunt statuta & reformationes ciuitatum.quas canes curiales, & deuoratores omniũ communium fieri faciunt pro libito uoluntatis.ut ait Bar.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.

Si extat in ciuitate reformatio, quòd quicunq; receperit aliquam pecuniam,uel aliquam promissionem,vt remitteret quẽpiã in ciuitate, deberet puniri. si aliquis recepit pecuniã ab aliquo,si ibi eum remitteret.dicebat Bar.q aut ille erat officialis, & tunc illicite accipit, vt per totum titulum.ff. ad.l. Iul.repetun.& sic reformatio locum habebit. aliàs secùs. vt inquit Bar.in l.metum.§.sed licet.per illum tex. ff. quod metus causa.

Sed pone, reformatio est facta,quòd qui soluit præstãtias, possit excomputare in condemnationem, An poterit petere prædictas præstantias? respon.Bar.in l.fideicommissa.§. item si quis.ff.de leg.3.quòd non.quia statutum dicit,quòd possit compensare præstãtias,uidetur ergo prohiberi,quòd possint peti.per.d.§.si quis.

Statuta municipalia, & reformationes ciuitatis non possunt extendi ad lites pendentes, etiam si hoc expresse dicerent.ut in auth.in medio litis non fieri sacras iussiones, circa prin.

prin.vbi est tex.secundum Bar.quod intelligit Bal. in l.sanci mus.C. de sacrosanc. eccle. in decisionibus causarum, quas ex prætorio metimur.vt in auth.de non alie.§. alienationes. sed quò ad ordinem iudicij,quatenus est de futuro, bene tenet statutum super lite pendente. & ita dicit Bal.se allegasse, & consuluisse, sequendo opinionem Archi. sed non recordor,dicit Bal.vbi vide,quod no.Iaon.Andr.in c.licet canon. de elec.in 6.super uer.decretò.Nec dedignatur ipse Bar.dicere non recordor.vt dicit.in l.de minore.§. plurimum.ff.de quæstio.col.2.& §.tormenta.labilis est.n.hominum memoria.l.peregrè.ff.de acqui.possessio. vide Gellium. in Noctiũ Atticarum.lib.xij.cap.xi.ibi,alius quidam veterum poetarũ, cuius nomen mihi nunc memoriæ non est.De memoria fusissime loquitur.& Alberi.in l.1.C.de veteri enuclean.nu. 3.& Son. vir. ca.136.& seq.& Cicero.in tuscalinis lib.1. Et duæ sunt memoriæ. ut ait Cicero ad Herennium. 2. vide Ioan. Fabr.insti.in prooemio. & Spiegellium in uer. memoria. & Vallam in elegan.lib.2. cap.1. & Neuiza.in sylua nuptiali. lib.5.sub nu.17.& Bal.in qq.ad statuta.uer.statuere.nu.12.& hæc sufficiant.iuxta illud Poætæ.

Desine plura puer, & quod nũc instat agamus:

Statutum dicit,quòd mihi prouideri possit fauore bannitorum. Fit reformatio,quòd quicunq; ceperit bannitum,habeat decẽ,Modò vnus ex bãnitus aliũ ex bannitum capit,An prœmium consequetur?respon.vt per Bal. in l. rogasti. ff. si cer.peta.Reformatio, (vt scias) est rei veteri facta additio, aut eiusdem renouatio.vt ait glo.ver.reformat.in prag.in titulo de autho.genera.con.Et valent istę additiones ad statuta.l.si non mortis.per illum tex.ff. de inoffi. testa.

Si sit reformatio, quòd omnibus pacem habentibus iudices dimittant medietatem pœnæ. Etiam de futuris intelligitur.quia noua forma nouæ materiæ adaptatur.l.ab Anastasio.C.manda.

Statuta præcedentia interpretantur reformationes. secundum Bar. in l. sciendum. vbi & Bal. & cęteri. hoc firmant ff. qui satisda. cogantur.

An reformationibus renunciari possit? vide per Gandy. in tracta. malefi. in titulo. de obseruantia statutorum. num. 6.

Si per reformationem committitur aliquid prioribus. Sub intelligitur, uel maiori parti eorum, si alij essent absentes. ita dicit Bar. in l. rescriptum. per illum tex. in prin. ff. de pactis.

Et vbi quid est additum statuto antiquo, non sequimur illud, sed nouum. l. fi. de aquæ ductu. lib. xi. & dicit Bal. in l. ius ciuile. per illum tex. nu. 6. ff. de iusti. & iure. Et idem ius intelligitur repetitum in additione, quod erat in antiquo, etiam, quò ad pœnam. vt tenet Lapus. in clem. statutũ de electio. & ibi Cardina. col. 4. per glo. ibi. in uer. consuetudinem. quia quod adiungitur est pars adiuncti. l. sed si manente. ff. de præcario. l. proponebatur. de iudicijs. & Fely. in c. 1. col. 2. de iureiu. & Deci. in consi. 90. col. fi.

An constitutio iurata tolli possit? Dic ut per Alex. in cons. 137. nu. 6. vol. vi. Et constitutio corrigens, declarans, vel interpretans, intelligitur eodem modo, & mensura, qua ius correctum, & declaratum. secundum Alex. in arbore consanguinitatis. c. fi. de consangui. & affini. col. 19. l. nihil. & ibi Bar. de coniungen. cum eman. libe. Et correcta lege, intelligũtur correctæ interpretationes. vt inquit Ias. in l. fi. in primo nota. C. de edicto diui Adria. tollen. & Alex. in l. omnes populi col. 8. ff. de iusti. & iure. Et situatio reformationis in uolumine statutorum, est de forma. Aliàs non astringit officiales. secũdum Fely. in c. 1. in fi. de re iudica.

Regula.

SI statutum præcedens procedit per viam regulæ. intelligitur regula illa repetita in quolibet statuto sequenti. ut inquit Alex. in consi. 50. in fi. in 2. vol. de quo meminit Rui. in consi. 123. in 5. vol.

Relatio.

Relatio.

ET si statutum dicit, omnino, vel præcisè stari tali scriptu ræ, uel relationi. Dic tamen ꝙ contrarium poterit probari. §. item uerborum. insti. de inutilibus stipula. Intelligitur.n. statutum, ꝙ debeat omnino stari. supple, donec contrarium probetur. vt dicit Areti. insti. eo. §. post alios. & ita consuluit Ang. de Vbal. inter consi. cri. in consi. 22. in to. primo.

Relaxandus.

ILLE statui est relaxandus, cui est facta concordia. quæ tollit totam maleficij pœnam, ex forma statuti. si detinebatur, nec poterat dare fidejussorem. ut declarat Bal. in l. neq; libellus. §. qui. ff. de in ius uocan. Quando quis est relaxatus, & liberatus à carceribus pro nunc, præstita fideiussione, &c. vide Cuma. inter. consi. crim. in consi. 36. in tomo 1. vide quæso. & vide Iul. Clarum. in prac. crimi. in q. 63. vbi hr̄ ēt de iuramento purgationis. & vide. supra. uer. carcer. Et no. ꝙ comparens in causa criminali, ut relaxetur, etiam dando pignora in communi de nocte est relaxandus. secundum Angel. in l. more. ff. de ferijs.

Remissio.

STATVTVM potest remitterre pœnā delicti. l. Gracchus. C. de adulterijs. Et potest facere statutum, quòd maleficiū futurum impunè committatur, nec sub maleficij nomine cōprehendatur. secundum. Bal. in l. 1. C. de hære. insti. igitur à fortiori, potest remittere maleficium de præterito. ut ait Sozi. in consi. 108. sub nu. 4. in 4. uol.

Si ego incussi duo vulnera in eodem loco, & tempore, & in eadem rixa, & accusor de uno coram Potestate, & de alio coram Capitaneo, & peto me remitti ad eundem iudicem. Quid iuris? an sit electio Rei, uel actoris. ad quem remitti debeam? An debeam remitti præcisè ad eum iudicem, qui prius cœpit cognoscere? resp. Bal. super feu. in titulo Si fue,

con.

con.feu.inter pares.in fi.quòd fic.

An debeant fieri remissiones reorum declarat Milleus in prac.crimi.pag.36.in glo.uer. iudex.sub nu. 63.& ibi pagi..63.in glo.in uer.remissus.litera B. & pagi. 73. nu.10. vbi tractat etiam de clerico malefactore remittendo. & Lucas de Penna in l. 1.C.de diuersis officijs lib.xij.& Bossi. in prac. crim. in titulo de foro compe. sub nu. 53. & Grammaticus in decis.Neapoli. 26.& Boeri. in decis.29.& Oldra.in consil. 124.& Abb.in consi.24.parte 1.vbi dicit post Bar.in l.sepulchri.ff.de sepulchro violato.quòd consuetudo habetur per totam Italiam, quòd non fiant tales remissiones. & Bal. idẽ dicit.in consil.209.in fi.in 2.vol.& in consi.458.& Grammati.in consi.27.& seq.& Cassane.in consue.Burgun. pag.304. col.2.& Follerius in prac. crim. sub titulo Audiantur excusatores.& Iodocus in prac. crim.cap. 147. & Iulius Clarus in prac.crim.q.38.uer.est autem tantæ potentiæ. limita autem, ut ibi per eum.& Diaz.in regu.642.& Viuius in tracta. communi.opi.uer.iudex domicilij & Alex.de Neuo in cons. 93.& Didacus Couarru. in uariarum quæstionum. cap.xi. & Lauren.de Rodulphis inter consi.crimi.in consi.15. in tomo 1.& Bernardinus de Plotis. inter consi.cri.in consil.133. & Portius in suo tracta.communium opi.lib. 4.conclu.4. & Franc. Mar.in decis.parla.Delphina.q.83.lib.2.& Antonius Gabriellius in suo tracta.communium conclu.lib.7. conclu. 25.In contractibus autem etiam regulariter non fit remissio. l.hæres absens.§.1.ff.de iudi.& Grammat.in consil.27.nu.7. Sed limita, nisi fuerit renunciatum fori priuilegio. ut dicit Ias.& alij.in l.1.ff.si quis ius dicen.non obtempe. vbi traditur hoc per glossam,quam usu iudiciorum esse receptam fatetur Alberi.ibi.& Saly.in auth.si uero.contigerit.C. de episco.& cleri.& Specula.in titu.de remissionibus.& Bar.in l.1. ff.de operis no.nunc.& Roma.in sing.279.vbi dicit commu nem. & Iaffredus in decis.5.& Bar.& Apostill.in d.l. hæres absens.& ibi Paul.de Castro.& Apostilla. & dicit commu-

nem

nem. d.m. Alcia.in tracta. præsump.in regu.3. præsump.36. nu.12.vide Barba.in consi.52.in 2.per totũ.& Boeri.in consi. 50.nu.21.vbi dicit, quòd quando est renunciatum priuilegio fori,& iuratum,habet locum remissio.Et de consuetudine hodie non fiunt remissiones delicti, ubi delictum fuit. licet communis opinio de iure sit in contrariũ. ut ait Michael Grassus in suo tracta. communium opin.lib.2.cap.x.q.3.

Represaliæ.

REPRESALIAE quandoque conceduntur per statuta: siuè Clarigationes,uel pignorationes. De quibus tractat Alber.in qq.ad statu.q.52.& seq.& Scodobius in auth. habita.super uer.Hæc ob alterius.fol. 124.& Bar.in trac.represaliarum.& Cuma.in consi.141.& Bal. in consi.98.in 3.& in consi.156.in 5.vol. & Zabarella. in consi.73.& Lucas de Penna in l.graue.C. ut nullus ex vicaneis lib.xi. & Bossi. in prac.cri.in titu.de iniurijs. sub nu. 35.& seq.pag.227. & Deci.in c.dilecti.de priuilegijs.& Zasi.in consi.15. sub nu. 74.in 1.vol.ubi ex Tito Liuio & alijs Clarigationes nuncupat. & Scodobius ubi supra vide Gui. Pap.in consi. 219. & Alex.de Neuo in consi.34.& Franc.Mar.in decis. parla. Delphina.q. 332.lib.2.Quæ requirantur,ut concedantur Represaliæ,ponit Deci.uel quis quis ille fuerit.in c.dilecti.nu.12.de priuil.

Representatiua persona.

STATVTVM pœnale loquens de persona uera, non ligat representatiuam.secundum Butr.in c.graue.in 3.nota. de præben.

Responsio simplex.

STATVTVM vult,quòd respondeatur simpliciter positionibus.Pone,quidã fuit captus pro homicidio,& iudici respõdet,non occidisse, & quatenus constaret, se occidisse,fecisse ad sui necessariam defensionem. An erit satisfactum statuto?respon.Fely.in c.preterea.de offi.delega.quòd sic. & Bal. in qq.

in qq.ad statu.uer.simpliciter,& Bar.in extrauag.ad reprimē dum.ver.simpliciter. clem.sæpe.ver simpliciter. de ver. sign. vbi & Lanfran.de Oria.& Bald.in qq.ad statu.ver. responde re,& in l.Gallus.§.quidam rectè,col.2.ff. de lib. & posthum. uer.No. etiam relata glo. ad tex.quòd interdum simpliciter dicitur fieri, quòd fit conditionaliter,quando conditio inest de natura actus, & etiam istud multum no.dicit ibi Bal. Nã si caueatur statuto, quòd debeat positioni simpliciter respō deri,potest tamen remissio conditionari secundum naturam rei, uel actus. Plura ad propositum collegi in meo tracta. de argumentis.in loco Simpliciter ad simpliciter.

Restitutio.

SI iudex errat in criminalibus,Non poterit fiscus petere restitutionem in integrũ,et in publicis pœnis, quia in criminalibus non datur restitutio in integrum.l.auxilium.ff.de minoribus. & Cremensis in singu. 32. & 22. vnde statutum, per quod in criminalibus denegatur restitutio in integrum, & appellatio intelligitur,quo ad decisionem totius litis.Secus in eo,quòd totã litem nõ dirimit, puta in interlocutoria. secundum Guiliel.ex no.in l. si ex causa. §. nunc uidendum. ff.de minoribus.vbi no.ꝙ licet minor non restituatur aduersus delictum,tamẽ restituitur, si omisit trãsigere, cum possit, uel si negauit,cũ debuit cõfiteri.prout tenet Bal.in d.§. nunc vidẽdũ,& in qq. ad statu.sub ver. appellare. Itẽ ex clausula generali. Si qua mihi iusta causa esse uidebitur, competit restitutio,quoties statutum diceret, quòd si accusatus non comparet infra tot dies,habeatur pro confesso,& tanquã con tra confessum,& in omnibus cõtumacem procedatur ad sen tentiam.& iste esset nimis paruus terminus,propter quẽ non potuit comparere.Nam si post lapsum termini banni uult cõ parere,restituitur per illam clausulam.ut inquit Bal.in qq.ad statu.uer confessio.& Alberi.in l.consensisse. §.conuenire.ff. de iudi. Itẽ forensis potest petere restitutionem in integrum

aduersus statutum, qđ probabiliter ignorauerat.ex d. clausu la generali.vti dicunt Ioan. Inno.Anto. de Bu.& docto.in ru bri. de consuetu. Quis nam autem dicatur forensis,& distri-ctualis, declarat Dec.in consi.661.nu.5.in 5.uol.& 358.nu. 5.in 3.uol.& in consi.550.num.8.in 4.uol.& 352.in 3.uol.Et de minore.Albe.in qq.ad statu.q.32.in 1.par.

Restrictio.

QVANDOCVNQVE in generali statuto, habente scriptam rationem,vel non, sit cautum seruari debere illud statutum,pro vt iacet ad literam. Tũc per rationem non potest restringi.l.prospexit.ff.qui & à quibus. quæ hoc modo intellecta habet spiritum. secundum Euerar. in centu. in loco á ratione legis stricta. Et cum ratio non sit expressa in statuto,si diceretur hanc fuisse præcisè statuti rationem,hoc non careret diuinatione.quæ diuinatio reprobatur.l.si putator.ff.ad l. acquiliam.c.vt nostrum.quod est vnicum. in titulo vt ecclesias bene. sine diminu. conse. Nam si talis fuisset statuti ratio, facilè fuisset illã exprimere. vt dicĩ in l.1.§. sin autem.C.de cadu.tollen.c.audientiam de decimis. Dec. in c.suggestum.de appella.& Alex.in consi.48.col.2.uer. & cũ nulla alia ratio.in 1.vol.Et statuta terrarum communiter consistunt in constituentium voluntate. vt dicitur in versu.

Sic volo,sic iubeo,sit pro ratione voluntas:

Vt inquit Sozi.in consil.108.nume.septimo in primo uol. quia scriptum est per quam durum est, sed ita lex est scripta.& licet sit iniqua, tamen valet. secundum Alexand. in l. hoc ædicto.ff.quòd quisq; iuris.num. quarto. quamuis sit dura.vt ait Ias.in l.filio pater.nu.7.ff.de lega.1.& in l.Gallus.§. si eius.num.16.in fi.ff.de libe.& posthu.& Deci. in l.si fugitiui.nu.69.C.de seruis fugiti.& Sozi.in rub.quod quisq, iuris. num.5.& Euerar. vbi supra in loco ab opinione uulgi.& Bal. in auth.præsente.C.de fideiusso.& Alcia.in lib.de uer.signi. in 1.pagi.& Deci.in consi.64.col.5. & Fely. in c. si quando.

col.8.ver.circa rationem.de reſcrip.& Sozi.in conſi. 172. & Stepha.de Federi.in tractatu de interpretatione iuris.num. 150.in 1.parte,Et nota,quòd uerba per quàm durum. in.d.l. proſpexit. ff. qui & à quibus exponi debent, ideſt nimis du rum.vt interpretatur Spiegell. in lexico.hoc idẽ verbum.& vide c.in memoriam.9.diſt. & facit, quod ponit Gammarus in tracta.de veritate & excellentia legalis ſcientiæ.in 1. col. ad fi.& Orianus in trac. de interpretatione ſtatutorum.num. 22.& Gammarus in tractatu de extenſionibus. num. 26. vſque ad 32.

Rixa.

STATVTVM loquens de rixa. intelligitur de reali rixa, & non verbali.vt no.Docto.in l.ſi ex plagis.§.1. ff. ad l. Acquiliam.& Bal.in l.ſi quis.quæ eſt.l.fi.C.de interdic.matri.in ſummario.vbi lex pœnalis intelligiť in caſu uero,& nõ ficto.

Robaria, quod furtum latine dicitur.

STATVTVM loquens de robaria. intelligitur groſſo modo.ſecũdum quod vulgus intelligit. vt inquit Bal.in auth. ſed nouo.C.de ſeruis fugiti.in uerſ.quæro quomodo. & allegat.l.labeo.ff.de ſuppellectili lega.& iſdem Bal.in l.ſi quis in tantam.C.vnde ui.Et verbum robare, non poteſt aliter intelligi quàm vulgus intelligit.vt tenet Calcane.in conſi.77.ſub nu.22.Et robaria ac furtum ſunt ſinonima,& idem ſunt.& ſtatutum de uno,habet locum in alio de iure.licet aduocati ſeruent contrarium.ut inquit Bar.in l.trãſigere.in 4.col.in prin. uerſ.ponamus, ꝙ ſtatuto.C.de tranſac.licet contrarium dicatur.in l.ſi à te.C.de infami.& in auth.ſed nouo.pen.col.C.de ſeruis fugiti. & 14.q.5.c.pœnale.

Statutum,quòd commune teneatur pro robaria,uel latrocinio,Non habet locum, cum robaria,uel latrocinium ſit in hoſpitio cõmunis.Nec hoſpitator poteſt habere regreſſum contra commune. ex eo, quòd ipſe ſoluit damnum paſſo,in eius hoſpitio,eo,quia à iudice fuit condemnatus ad ſolutionem

nem damni. ut inquit Paul.de Cast.in consi.267.in 1.uol.

Si dicat statutum, si quis robauerit rem alienam, puniatur certa pœna. Pone, quidam accepit ad affictum quandam possessionem, & alius fructus secauit. uult Coptimator accusare, An poterit? respon. Bar. q non. per tex. in l. si fur. ff. de usufruc.

Quidã dudũ, uidelicet iam ẽ annus, cœpit robariã exercere, & continuauit illam in tempus cognitionis. quæritur, An potestas possit illum bannire, stante statuto, quòd de robaria commissa per annum ante, non possit cognosci? respon. Nellus in trac. bannitorum. q.4. sub num.4.2. par. prin. quòd sic. distinguendo, ut per eum. uide omnino Plotum in l. si quando. nu.709. C. unde ui. ubi fusissimè hoc tractatur.

Rubrica.

STATVTA debent recipere declarationem à rubricis eorum. l. Imperatores. ff. de in diem addictione. glo. in c.1. de offi. delega. in 6. Bal. tradit de rubricis statutorum. in l. 2. ff. de statu homi. & Perusi. in c. fi. de appella. sub nu.152. Et no. quòd rubricæ statutorum possunt allegari ad decisionẽ causarum. & ista est communis opinio. vt ait Grassus in trac. suo cõmunium opinionum. lib.1. in ver. statutum. q.1. pagi. 13.

Rumor.

STATVTVM uult, q si quis faciat rumorem, tali puniatur pœna. Pone, aliquis percutit suum inimicum, ex quo incidenter sequitur rumor. An punietur statuto? respon. vt per Arno. in soliloquio.56. q non. & Carreri. in prac. crimi. in §. homicidium. sub num.6.

Dicit statutum, quòd pro certo crimine sit pœna centum. Aliud est statutum, quòd si rumor sit factus in populo, sit pœna arbitraria, quæro si pro crimine, pro quo potest imponi pœna centum, actum est cum hac qualitate, ex qua rumor potest sequi, An poterit fieri maior condemnatio? respon. Bal. in l.1. C. vt infra certum tempus crimi. qq. terminentur. quód sic. quod fusius prosequitur.

Titius fecit insultum cum baculo uel fuste cõtra aliquem, & eum fuste percussit, propter quod rumor est factus in populo, An punietur statuto? Dic, quòd punietur de percussione, & etiam de concitatione rumoris, ex forma alterius statuti, volentis quemcunq; concitantem homines ad rumorem, seù clamantem ad arma, puniri. quia non confunditur unum crimen cum alio. l. quàmquam. de priua. delic. l. qui de crimine. C. qui accusa. l. qui sepulchra. de sepulchro viola. in uer. geminum facinus. & per ea, quæ no. Bar. in l. senatus. ff. de accusa. & no. in l. si quis ingenuam de raptoribus. & Bal. in rub. C. de proba. ver. forma, & in l. ea quidem. C. de accusa. ubi dicit, quòd rumor est instantaneus clamor. & Alex. in consi. *96*. in 4. vol. uide supra in uer. fama.

S.

SACRILEGIO.



Statutum puniens sacrilegium, si fuit commissum a laico, intelligitur sacrilegium, prout consideratur à iure ciuili. si autem ab ecclesiastico, & tunc intelligitur, prout considerat ius pontificiũ. vt ait Bal. in l. si mundum. C. de fur. & Bar. in trac. de potesta. Card. in 4. q. basilica. in par. 1. sub nu. 8. & Dec. in auth. si auię. C. de successorio edicto. & Bossi. in pract. crim. titu. de sacrilegijs, vide Iac. Butr. inter consi. crimi. in consi. 1. in tomo 1. & uide Menochium. in tract. de arbitrio iudicis. in casu. *389*.

Sagittans.

Statutum puniens aliquem sagittantem contra alium, comprehendit existentem in uno loco, & sagittantem in alio. vt declarat Alex. in consi. 216. sub num. 10. *6*. vol.

Sal.

Si sit statutum disponens, quòd priuatus vendens sal puniatur pœna capitali. Si priuatus vendidit, & antequam accu-

accusaretur, factum sit aliud statutum, quod puniatur vendens sal. in lib. 30. Si priuatus accusatur, qua pœna venit puniendus? respon. ut per Ias. in l. si is, qui pro emptore, nume. 334. ff. de vsuca.

Saltuarius.

SI aliquo ciuitatis statuto caueatur, quòd de damno dato credatur dicto saltuarij. & saltuarius falsum denunciat. An credatur sibi? respon. Bal. in l. si post. & in l. 1. C. si aduer. lib. & in l. contra negantem. C. ad l. aquil. & dicit Azo. C. ad l. Aquil. quod si per inspectionẽ iudicis, uel sui officialis apparet nullum damnum esse datum, quòd ista est efficacissima excusatio ad impediendam condemnationem. §. fi. insti. de gradi. in ver. sed magis veritas oculata fide, quàm per aures animis hominum infigitur, & l. si. irruptione. ff. fin. reg. ibi in uersi. oculis suis subiectis locis. & Flacus.

Certior aure arbiter est oculus.

Et Dec. in l. certum. sub nu. 5. ff. si cer. peta. & l. lex, quæ tutores. C. de administrat. tutorum, in uer. testatione operis. Et ait comicus.

Pluris est testis oculatus quàm auriti Deum:

& isdem comicus.

Sepre oculatæ nostræ sunt manus, credũt, quod vidẽt:

& alibi.

Qui vident, planè sciunt.

Nam statur dicto saltuarij, donec contrarium probetur. vt inquit Pau. de Cast. in l. sed alio iure. §. 1. in fi. ff. si ex noxa. causa agatur. & Plotus, in l. si quando. C. unde vi. sub num. 777. ubi habetur fusius, & supra dixi in uer. damnum datum. & de saltuarijs tractat plenè Cassaneus, in consuet. Burgun. in §. 6. maximè. pag. 66. & habent ferrarienses tale statutum. sub. rubr. de officio saltuariorum uillarum districtus. lib. 4. in uer. 5. Et an saltuarius teneatur iurare, &c. uide Barb. in trac.

de

de Cardinalib. legatis à latere. in 2.q.basilica, num.3.

Statutum, per quod cauetur, ut damnum datum probetur iuramento damnum passi, uel saltuarij accusantis, Locum habet, & restringitur, quoties agitur contra eum, qui dicitur dedisse damnum. secùs est, si agatur contra tertium obligatum pro tali damno, vt si agatur contra uillam, obligatam ad emẽdationem damni ex forma statuti. uti inquit Bar. in l. ne quid. ff. de incendio ruina, naufragio. & in l. 1. ff. de furtis aduersus nautas. & Bal. & Saly. in l. si quando. C. unde ui. & Crauetta in consi. 196. ad fi.

Domini terrarum, & castrorum tenentur custodes deputare omni tempore, ne damna aliquo tẽpore fiant. ut dicit Ange. in l. ne quid in prin. ff. de incen. rui. naufra. & Bal. in c. 1. §. conuenticulam de pace iura. fir. argu. l. si ita legatus. §. si dominus. ff. de usu & habita. & Cassane. ubi supra. & dominus Herony. de Mõte. in trac. de finibus regẽ. cap. 57. sub nu. 6. ĩ fi.

Pone, statutum dicit, quòd saltuarius denunciet maleficia. An tenetur denunciare maleficium non punibile? respõ. Bar. quòd sic. in l. fi. §. diuus. ff. de publica. quia cognoscere. an maleficium sit punibile, nec ne, est iudicis officium, & non ipsius saltuarij. vt inquit Franc. de Are. in l. cum quidam. ff. de acqui. hære. vide Alberi. in qq. ad statu. q. 62. in 2. par. vbi, dicitur, quòd si saltuarij tenentur denunciare maleficia infra decem dies, licet aliquis præocupauerit, uel iudex ex officio procedat, nihilominus etiam tenentur denunciare.

Si statutum dicit, quòd saltuarius debeat dennuciare maleficia, nec apponit terminum, Intelligitur incontinenti à tẽpore scientiæ. non tamen cogitur den unciare præcipiti festinatione, sed inquisita veritate facti. ut inquit Bal. in l. cum ancillis. C. de incestis nup. & in qq. ad statuta. uer. syndicus.

Statutum dicens, quòd stetur dicto saltuarij, vel syndici, Intelligitur in dubio, & alijs probationibus deficientibus. secũdum Ros. inter consi. crim. diuersorum per Zilettum. in cons. 141. num. 10. vol. 1.

De

De ſaluo conductu, quod latinè dicitur fides publica.

SI quis habet ſaluum conductum, & ſecuritatem à republica pro delictis per eum commiſſis, & nouum committat delictum, quo certe caſu reſpublica offenditur. l. illicitatio. §. quòd illicitè. ff. de publica. non per hoc ſecuritas data rumpitur. ſecundum Dec. in l. cum proponas. in 2. col. ad fi. ſub nu. 6. C. de pactis. Qui ſcienter frangit ſaluum conductum, tenetur leg. Iulia maieſtatis. ſecundum Ange. in l. vltima. ff. de ſepulchro violato. & Bar. in l. 3. §. transfuga. ff. de ſiccar. & l. neminem. C. de ſuſcepto præpo. & archa. An autem iudex poſſit dare ſaluum cõductum hoſti, vel rebelli. tradit Afflic. in deciſ. Neapoli. 4. De ſaluo cõductu, quod fit debitori. vide per Marti. Lauden. in trac. de crimine læſæ maieſta. in 6. q. & Corne. in conſi. 45. in 1. uol. & Cataldi. in trac. ſyndica. num. 92. Et ad impediendum ſaluum conductum. uide Ferra. in c. 55. De ſaluo conducto plura tradit Herculanus in tracta. de cautione de non offendendo. cap. 37. Et de ſaluo conducto à iudice reo dãdo, tractat Placa. in Epito. delic. cap. 37. & Bal. in conſi. 490. in 1. ubi etiam ponit formam ſalui conducti. & in concilio tridentino. & uide Mandoſium in practica ſignaturæ gratiæ. ubi de ſaluo cõducto agit. fol. 74. pagina 2. cum ſeq. Et ſi bannitus petijt ſaluum conductum pro decem diebus, & fuit ſimpliciter conceſſum, intelligitur pro decendio, iuxta petitionẽ. ut dicit Bar. in l. 1. ff. ad legẽ Iuliam maieſta. de quo etiam uide Ioan. Selua. in tracta. de beneficio. par. 3. q. 12. num. 99. vbi tractatur fuſius de ſaluo conducto. & tractat Horatius Lucius inter conſi. crim. in conſi. 167. in tomo 1. & Rolan. à Valle in conſ. 68. nu. 13. in 2. & Claudius in regula criminali 17. num. 8. uide omnino Menochium in tracta. de arbitrio iudicis. in caſu. 336. 337. & 338. & Magalotũ in tractatu de ſaluo conducto. Quæ omnia ſupradicta nota ad ſtatu. Ferr. ſub rub. de habentibus licentias, vel ſalua conducta.

ducta.&c.Et dic,quòd saluum conductum,ne quis molestetur à creditoribus non comprehendit creditores ex delicto. vt inquit Roma. in singu.183.& 179.nec ex contractu iurato. secundum Fely. in c.constitutus.uer.statuta iurata.de rescriptis.

Sanguis:

SI contra aliquem ex statuto formatur inquisitio,uel accusatio cum sanguinis effusione.& probatur de uulnere tãtum. debet sequi condemnatio de simplici uulnere, quia omnino testes tendunt ad probandum delictum. ut ait Paul. de Cast. in l.si commune.§.si is,qui aquam.ff.quemadmo.serui.amitta.& Bal.in practi.crimi.in qq.circa probationes. in q. vtrũ, si probetur plus.&c.

Si statutum dicit,quòd extrahenti sanguinem in palatio, amputetur manus,non comprehendit barbitonsorem.secundum Iaco.Butri.in l.quamuis. C.de in ius vocan.

Si statutum dicit,quòd si quis extraxerit sanguinem in platea amputetur illi manus,nisi soluerit centum.Vsq; ad quantum tempus poterit soluere ista centum? respon.Bar.in l.1.ff. de penu.lega.pro ut est in l.item ueniũt.§. 1.ff.de pet.hær.!& ibi innuit, quòd usq; ad sententiam.idem tenet etiam Bar. in l.seruus quoq;.ff.de hære.insti.

Statutum imponens pœnam effundentibus sanguinem, Non habet locum in parua sanguinis effusione. ut tenet Corsetus. in singu. uer. effusio.& in tracta.de minimis.in glo.in ver.effusus.in prag.sub titu.de electio.pagi.30.An id statutũ habebit locum in guttę sanguinis effusione? responde, vt per Ange.in tracta.malefi.in glo.sanguis exiuit. & uide Tiraquellum in suo tracta.de iudicio in rebus exiguis. pagi. 34. vers.decimo & undecimo.& Dec.in c.tuarum.de priuilegijs uum. 9. & Abb. in c.proposuisti.in 2.no.de consecra. eccle. uel altaris.& Ias.in l.sciendum. num.13.ff.qui satisdare cog. & tradit Vasquius in tracta.desuccessionibus.lib.1.ultimi libri

bri principalis.§.7.num.35.ubi etiam dicit, quòd ex modica ſanguinis effuſione, eccleſia non debet reconciliari. & Alberi.in dictionario.in uer.effuſio, & ibi Caſtellioneus addit,uide etiam Bal.in eius practica, in q. vtrum pro effuſione modici ſanguinis quis puniatur? ubi dicit, quòd dictus caſus, iudicis arbitrio committitur, ut not. de ſen. excommu. c.cum illorum,uer.nos inde.in glo.quid ſi modicum?& vide Menochium in tracta.de arbitrio iudicis.in caſu 277.num.8.

Satiſdatio.

STANTE ſtatuto, quòd quis non admittatur ad excipiendū in cauſa criminali,niſi prius p̄ſtita idonea ſatiſdatione. Dic tamen, quòd poteſt implorare iudicis officium.Cum officium et exceptio differant realiter,& eſſentialiter.ſecundū Ange.in l.planè.ff.de pet.hær.vide omnino Grammat. in cō ſi.1.incip. poſt deciſiones. vbi ex forma ſtatuti quis tenetur ſatisdare, antequam acceptet officium alicuius prætoriatus, uel poteſtariæ. Certæ, ſi eſt idoneus, creditur ſoli cautioni,cum generali hypotheca bonorum ſuorum. vt tenet Bar. in l.quicunque.C.de fundis patrimo.lib.x.ubi & Apoſtil.Et ibi, Alex. dicit in Apoſtil. quod ſtante ſtatuto, quòd iudex teneatur in ſyndicatu, ſi non recipit idoneos fideiuſſores. Non tenetur, ſi minus Idoneum recipiat, quando principalis eſſet idoneus ad ſoluendum. ſecundum Bar. in l. quoties. C.de dignita.lib.xij.ubi etiam Apoſtillantes hoc firmant.

Scienter.

VBICVNQVE ſtatutum requirit,ꝙ actus fiat ab aliquo ſciēter,Debet libellari de ſciētia,& probari.vt ait And. in c.viceſimum de offi.delega.qui ponderat illum tex.in ver. ſcienter.& Corſetus in ſingu.ver.ſentētia, vbi fuſius hoc tractatur.quod no.ad ſtatutum Ferrariæ.ſub rub.de pœna recipientis rebelles & bannitos, &c. An autem quis ex ſola delicti ſcientia committendi puniatur? vide omnino Iuli.Clar. in prac.crim. q.87.per totum.Et no.quòd non incurritur pœ-

na ex facto negatiuo, quod quis quid non fecerit, nisi probetur scientia. Puta si accusator villæ, malefactorem non cæperit, prout tenebatur ex forma statuti, debet deduci, & articulari, quòd sciens non cæperit, & sic, quòd sciret maleficium esse commissum, & etiam ipsum maleficium intelligeret. ut ait Crauetta, in consi 260.col.2.uer. igitur ad probationem. in 2.vol. vbi alia ad rem scribit. vide etiam Marsil. in cons.87.num.15.& per totum in 2.& omnino Nattam in consil.225.num.2.in 1.uolum.

Scholaris.

SCHOLARES præsumuntur ignorare statuta loci. quia principaliter uacant studio. vt inquit Abb. in c.1.num.8. de loca. Et ideo statutis non puniuntur. ut tenet Scodobius in auth. habita. C. ne filius pro patre, & Bologni. ibidem.

Si statuto cauetur, quod Scholaris non possit pulsari, & conueniri coram alio iudice, quam rectore. Intelligitur, pro causa ciuili, & criminali. pro ut tenet Bar. in l. ex eo. per illum tex. C. de agentibus in rebus lib.xij. vide supra in uer. rector. & intellige statutum, donec sch olaris est in ciuitate, in qua degit ad studium. & ad sit tale statutum. sed extra ciuitatem per alium iudicem conueniri poterit. Vide Corsetum. in singu. ver. statutum.

Si scholares iurant seruare statuta, quæ dicant aliquid debere fieri, uel non fieri, sub certa pœna, & contraueniant statuto, non incurrunt periurium, nec peccatum mortale. quia intentio condentis statutum, videtur limitasse suum præceptum, quo ad illam pœnam, quod dicit Iason esse notandum, in. §. item si quis. insti. de actio. sub num.79.

Secta.

SECTA capitur in bonam partem. ideo, si plures communicato cōsilio ad finem boni, sub nomine sectæ conueniūt, vel se colligunt, non possunt puniri, uigore statuti prohibē-

tis

tis sectam fieri. ita tenet Apostill. ad Bar. in l. 2. C. de delato. lib. x. & Bossi. in pract. crim. in titulo de unionibus, & colligationibus, vbi plenè de hoc habetur. & Iul. Clar. in prac. crim.

De securitate præstanda per eum, de quo timetur.

AD statutum de securitate præstanda per eum, de quo timetur, De quo apud Ferrarienses est statutum in libro statutorum 3. uide Abb. in consi. 61. in 2. par. vbi dicit, quòd si quis promisit te non offendere. Ista promissio intelligitur nisi causam offensionis dederis, & subscribit Fely. in rub. de treuga & pace, & Apostill. ad decis. Tholosa 489. & Ange. in l. dies. ff. de damno infect. & Alex. ibidem. sub num. 5. ubi dicit, quòd nō est prestanda cautio de nō offendendo in perpetuum ei, qui propter inimicitiam timet offendi, sed est moderandum iudicis arbitrio. l. de die. ff. qui satisda. cog. & idē dicit Deci. in consi. 100. sub nu. 7. in 1. vol. & decis. Tholosa. de qua. supra. in addi. vide Castrense in l. Valerianus. ff. de prætorijs stipula. nu. 3. ubi dicit, quòd tunc iudex potest apponere longum tempus, puta decennium. aliàs in l. seruus. C. de pœnis. iudex protulit sententiam contra seruum, & cōdemnauit eum in uinculis. dicit lex, quòd intelligitur in perpetuum, ex quo tempus non est limitatum in sententia. Sed hoc est arbitrarium iudici, ut quis præstet fideiussionem pro securitate. ut inquit Melchior de facinis. inter consi. crim. in consi. 78. nu. 20. in 1. parte. qui est omnino uidendus. & vide Alberi. in l. non est uerisimilè. ff. quòd metus causa. vbi dicit, quòd si quis iurat se non inuenire fideiussorem, & ex qualitate personę iudici uideatur, quod uerum iuret, committitur iuratoriæ cautioni. ut etiam idem Alberi. notabiliter dixit. in l. 1. ff. qui satisda. cog. & in auth. generaliter. C. de episco. & cleri. uide eundem Alberi. in l. denunciamus. C. de ijs, qui ad æccle. confu. & Marsil. in l. 1. §. fi. sub nu. 111. cum seq. ff. de quæstio. & Alberi. in l. 1. §. ne potentiores. 2. & 3. col. ff. de

offi.præſi.ubi etiam per alios hoc tenetur.& Firma.in uer.ſecuritas.& Marſil.in d.l.1.§.prætereа.ſub nu.75.Et ſi tu petis à me cautionem prædictam,non teneor eam præſtare, niſi ẽt tu caueas de me non offendendo,quando etiã ex parte mea eſt timor iuſtus, ſecùs ſi uanus. ut inquit Bar. in l.qui bona. §.ſi quis.circa fi.ff.de damno infect.& Fely. plenè de hoc tradit in rub.de treuga,& pace.ſub num.11.in 6.declara.& uide Pari. de Puteo in tract.ſyndica.in §.ſi ſunt.pagi.134. in tom. 14.ſub nu.2.& Pariſi.in conſi.168.in 4.ubi tractat,an & quando quis teneatur ad dictam cautionem de non offendendo? & Iodocus tractat in Practica crim.cap.107.in tit.de publicę fidei, ſalują guardiæ,ſiue ſecuritatis uiolatione, & Caſſane. in conſuetu. Burgun.§.5.pag.60. in 26.caſu. & pagi. 103.& Ioan.Sanxon in conſue.Turonen.in titu.des crimes. articulo 3.& Foller.in prac.crim.in fragmentis,ad fi.ubi de fideiuſſoribus agit.& Boſſi.in pract.crim.in titulo de remedijs ex ſola clementia principis contra ſententiam, per diſcurſum.ubi tractat plurima.quid ſi quis dixerit alicui coram, Ego te interficiam, an tenebitur præſtare fideiuſſionem de non offendendo,nec per ſe,nec per alium? uide per Albericum in d.l. illicitas. §.ne potentiores,col.2.ad fin. Et ſi propter culpam alicuius potentioris interuenerit inimicitia cum aliquo. ille talis poterit cautionem petere, ut inquit Alex.in l. hoc amplius.§.ſi quis.ff.de damno infect.uide omnino.dom.meum Cephalum in conſi. 190. in 2. & vide plenè de hoc per Iuliũ Clarum in pract.crim.q.47.& Herculanum in tracta.de cautione de non offendendo. & Moronum in tract.de fide,treuga,& pace.& Pariſi.in conſi. 168.in 4. & Placam in Epitome delicto.lib.1.cap.7. & ſecuritatis tractatum Gulielmi de Cuneo, qui eſt inter tractatus de aſſicuratione diuerſorum,pag. 451. Et ille proprie dicitur ſecurus, qui habet efficacem & inexpugnabilem ſecuritatem, quicunque.n.poteſt impugna gnari, non dicitur proprie ſecurus. ut inquit Bald. in l. prima.in fin.C. ſi aduerſus ſolutionem. ubi dicit hoc eſſe notandum

dum pro instrumētis & statutis. Et statur sacramento illius, qui petit securitatem sibi fieri, & dicit se timere, ne offendatur. prout dicit Ioan. Sanxon. ubi supra. & hoc dicit esse de consuetudine. Et quando metus probetur, ponit Plot. in repeti. l. si quando. C. vnde vi. sub num. 76. & num. 108. Et potest impetrari dicta securitas etiam pro amicis. ut tenet Ioan. Sanxon. vbi supra. & Cassan. ubi supra. Et si forensis est meus inimicus, si multum conuersatur in hac ciuitate, possum ab eo petere cautionem, ne me offendat, secùs, si non multum cōuersatur. l. 2. C. vbi de crimi. agi. opor. & quod ibi no. Bar. & idem Bar. in l. si susceperit. §. si ea res. ff. de iudi. Et si pater præstitit cautionem pro se & filijs de aliquo non offendendo, non tenetur ex offensa facta per filium naturalem. secundum Cy. in l. cum pater. §. nolo. ff. de lega. 2. & Fely. in c. in præsentia. de proba. sub num. 22. Et verba ista, promitto non offendere te, & illos, qui sunt de parte tua, comprehendunt omnes, qui pro te acceperunt arma. secundum Specula. in titu. de treuga & pace. de quo Bal. in l. omnia. §. cum patronus. ff. de offi. præfec. vrbis. Et quis non præsumitur inimicus, nisi probetur. quia hoc consistit in facto. l. 1. C. de emen. propinquo. c. cum in iure. de offi. de lega. c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testa. & in additamento ad decis. Tholosa. 489. Et securitas data patri, intelligitur, etiam data filio. l. si ita stipulatus fuero per te non fieri. ff. de uer. ob. cum simi. de quibus uide per Afflic. in tracta. de iure prothomis. §. 1. num. 19. Et vxor non tenetur redire ad virum, nisi ei uir caueat de non offendendo. vt tenet Caccialupus. in trac. l. si quis illustris. col. 12. C. ad orficia. & Bal. in cons. 176. in 1. parte. Etiā, si culpa sua à marito discessisset. c. 1. vbi Marianus. in 9. no. de litis contest. Etiam si steterit cum amasio, & non auderet redire ad maritum. vti inquit Bella pertica. in q. 447. & Bal. in d. consi. 176. vbi etiam ponit casus, in quibus vir tenetur præstare cautionem vxori de non offendendo, & casus, quibus non tenetur. vide per Rolan. à Valle in cons. 27. in 3. per totū

&

& Anto.Gomez.in trac.de delictis. in tomo 3.ca.16.nu.16.
Et propter nimiam sæuitiam viri, contra quam mulieri idonee caueri non potest, posset fieri separatio, quo ad thorum. c.literas & ibi Panor.& docto.no.de resti. spolia. & idem Panor. in c.1.de diuor. & Euerardus. in centu. lega. in loco ab exceptione ad regulam.pagi.48.vbi dicit se pluries habuisse in facto, & idē respondisse. Et vxor non est restituenda marito, si non potest cum eo securè morari, absq; periculo personæ, nec remedio cautionis potest sufficienter prouideri. Immo hæc est sufficiens causa remouendi eam ab eo, & separandi matrimonium, quo ad thorum. vt ait Emilya. in conf.3. Et idem econtra, si mulier insidiatur marito, & eum veneno interficere tentauit, neq; vero simile sit, quod refrenari posset, potest eijci. ita dicit Abb. in c. literas. in vlti. no. de restitu. spolia.& in c.quemadmodum. §. illud in fi. de iureiuran. de quo. vide Gerar. in singu.65.& Aęmilyannum in consi.151. Et si uir expulit vxorem de domo, & postea vult eam recuperare, opportet, ꝙ maritus iuret, ꝙ eam non percutiet.l.fi.§. fi.ver.interuentione.super uer.interueniente.C.de ijs, qui ad eccle.confugi.& Guiliel.de ludo.in singu.isto.col.7. Et potest vxor agere actione iniuriarum contra uirum, quando atrociter eam verberasset. secundum Ioan.Andr. in addi. ad specula.in titu.de iniurijs.super rub.tamen putat melius esse, si vxor agat actione in factum, vt fama mariti illesa preferuetur.& hoc dicit Alex.in l.diuortio.in §.si uir.in 3.col. ff.solu. matri.se alibi non legisse. & putat, in rarissimis locis hoc reperiri.& attestatur se Paduæ consuluisse. & Arno. in Epitome. 26. verum est tamen, ꝙ correctio maritalis est permissa marito. etiam quòd prius præstitisset cautionem propter sæuitiam suam, de qua timebatur. vt inquit Abb. in c.quemadmodum.de iureiuran.& in c.ex transmissa.nu.2.de resti.spolia.& vide Archiepiscopum floren. in eius summa. in titulo. de diuortijs.cap.21.in §.vi.ad fi.parte.3.pagi. xxi. & Fely.in c.cum contingat.in fi.de foro compe. &Bal.ubi supra. & Pari.in

ti.in consi.54.in 4. par.sub num.34.& per totum. & Folleri. in prac.cri.in titulo.dentur capitula.quòd suffocauit uxorē. sub num.68.pagi.186.& ibi uide, An & quando maritum ac cuset uxor,& tamen tenetur stare cum uiro, etiam peruerso, quandoq;,& quandoq; non. ut ait Neuiza. in sylua nup. lib. 1.num.37.Et si maritus iussit uxori, quòd consentiret medi co, qui eum liberare nolebat, nisi cōsentiret,quòd eam carnaliter cognosceret, & ipsa consensit,non potest postea eam repellere.xxx.q.per Brixiensem.in qq. de quibus Alberi. in l. 1.col.2.C.de sponsa.Et potest maritus uxorem suam fugiti uam authoritate propria capere. ut dicit Crauetta in consil. 18.num.6.in 1.& Abb.in c.1.per illum tex.in 7.no.num.7. ut lite non contesta.allegat.c.benedicto.32.q.1.&. l. Nec timo rem.ff.quòd metus causa.Et quando mulier debeat,uel non debeat reuerti ad domum mariti, ponit Abb.in d.c. 1. num. 14.& glo.c.ij.de sequestra.poss.& fruc.& Deci.in l. fœminæ. num.8.ff.de regu.iur.& Crauetta.in d.consi.31.& Fely.in c. cum contingat.in fi.de foro compe. Et quoties uir uxorem repellit,tenetur ei restituere dotem.ut ait Sozi.in l.2.col.3. in fi.ff.solu.matri.Et quomodo maritus repetat dotem.tradit cum 1.in consi.1.& Bal.in consi.176.in 1.Et si mulier seorsum habitat à marito,potest ab eo expēsas petere.ut ait Sozi. ibi. & Alex.in consi.46.& 26.in 6.uol.per totum.& docto.in l.1. C.de lega.& Cy.in l.si uxor.C.de condi. insertis. & Bar. in l. cum satis.C.de Agrico.& censi.lib.xi.& Bal.in d.consi. 176. in 1.uol.Item si maritus est rixosus,cogitur alere uxorem extra domum,si cum eo non potest habitare.secundum Ray.de Forli.in l.Caio.§.fi.ff.de alimen.lega.l. si conuenerit. pro so cio.& Bal.in d.l.1.C.de lega. & decis. Tholosa. 87. Et no.ꝙ in eo,qui timet offendi,non sufficit nuda cautio. ut ait glo.in c.transmissa.& glo.in c.literas. de restitu.spolia.cum ibi allegatis per Deciū.& uide Areti.institu.de interdic.in §.in summa.col.fi.num.8.& Neuiza.in sylua nuptiali.lib.1.nu. 37.& Crauettam.in consil.31.in 1.Et plenissima securitas dicitur, quando

quando non potest peti restitutio in integrum. secũdum glo. in l. Ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. in uer. imputandũ, & est tex. in l. fi. C. de fundis patrimonia lib. xi. in uer. nullam molestiam, uel inquietudinem. & Alex. in consi. 151. & 163. uol. 2. & Sozi. in consi. 164. & 194. & Cur. in consi. pen. & Deci. in consi. 29. & in l. ij. C. qui admitti. & Gozadi. in consi. 68. Et qui securitatem promittit, hoc efficere debet, ut is, qui eã accipit, nullam incurrat læsionem. ut inquit Zasi. in consi. 14. num. 31. lib. 1. Et si quis non inueniat fideiussorem propter suam dolositatem, & corruptos mores, non debet credi iuramento istius, cuius mores sunt corrupti. Argu. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mili. c. per uestras. de dona. inter uir. & uxo. & C. de secundis nup. l. hac edictali. §. his illud. Nam uilium personarum dictum, & iuramentum nullum habet põdus, & quasi pro nullo & nihilo reputatur apud bonos, & graues, vt dicit Bal. in auth. cui relictum. col. 2. num. 8. C. de indicta uiduita. tollen. & vide Alex. in consi. 88. col. 3. lib. 7. ubi dicit, ꝙ si quis probetur dixisse. Ego vlciscar de tali. debet intelligi de vindicta licita per uiam iuris & iustitiæ. quemadmodum & in simili dicit Bal. in consi. 98. incip. Bettonus. lib. 1. quòd si quis iactauerit se de expellendo aliquem de possessione, ꝙ verba iactationis debent intelligi de expulsione legitima. per uiam iustitiæ. si quis tamen promittat aliquem non offendere, si postea ille fuit bannitus, potest offendere, nec dicitur contrafecisse statuto. vt ait Bar. in l. qui seruum. ff. de uer. obliga. & Deci. in l. fi. ff. de reg. iur. vide Mansueriũ in prac. ubi de asse curamento agit. pagi. 40. Et si quis offendat aliquem, potest ab offenso petere cautionem, si timet, ne vicem ei reddat. vt ait Bar. in l. qui bona. §. si iuxta. ff. de damno infec. licet Paul. de Cast. contradicat. per l. auxilium. in fi. ff. de mino. tandem residet in hoc. quòd iudex, vt obuiet rixis, & malis, ex officio poterit facere, vt ambo caueãt. l. æquissimum. ff. de vsufruc. & Alex. in d. §. iuxta. & Ange. & Abb. in c. 1. vt lite non con testa. & Maranta. in speculo. pagi. 107. nu.

13. glo.

13.glo.uer.pacis litera.c.in procemio prag.pagi.xi.vbi dicit, quòd licet mihi dederis securitatem,possum petere,ut sit mi hi licitum portare arma, cũ satisdatione maleuolus animus non tollatur.ut.ff.de suspectis tuto.l. quia satisdatio. & insti. eo.§.nouissimè.& dicit Guid. pap. in q.418.vbi etiam ponit, quando quis contra securitatem uideatur facere.vel eam frã gere. & q.489.ubi & Apostil. Si quis petat à D. Potestate eius familiam,dicens se timere, quòd inimici eum non offen dãt,ut eum associet,debet Potestas hoc facere. vt Alberi. ait in l.si cuius rei.§.si inter duos.ff.de usufruc.& in l. denunciamus.C.de ijs,qui ad eccle.confugi.ubi etiam dicit.quòd potest iudex etiam præcipere,quòd sub certa pœna eum non offendant.quod probat ex multis. uide omnino Gandy.in tracta.maleficiorum.in titulo.de trãsactionibus,& pactis in maleficijs. num. 18. ubi tractatur, quandò iudex possit cogere quempiam satisdare,uel quis alius priuatus. Et si petis à me cautionem de non offendendo,& ego peto à te, nisi tu mihi caueas,non cauebo tibi.l.qui bonæ fidei.§.si quis, quia sibi. ff.de damno infec.quod uerum esse dicit Bar.nisi ex una par te esset iustus timor,& ex alia vanus.tunc.n.non esset cauendum.ut.ff.si cui plusquam per legem falcidiam.l. hæc autem in prin.Et quæ sit bona securitas.tradit Rui.in consi.26.num. 5.& Marsilius.in l.1.§.præterea.num.75.ff.de quæstio. & plu ribus seq.numer.& ibidem num.112.& per Bal.in d.l.1.C. si aduer.solutio.Pone,quidam dicebat se per horrescere aduer sarium, & horrescentiam probauit, uel per testes, uel proprio iuramento.Aduersarius uerò uult,se admitti ad proban dum contrarium.An possit admitti?respon.quòd sic. ut habe tur in q.Tholosa. 236. & 489.ubi hoc traditur plenissimè. & uide Sozi. in consi. 93. in prin.uol.1.ubi ponit, quot modis quis securum facere aliquem uideatur. uide Guiliel.de cuneo.in tracta.de securitate. & Tiraquellum in suo tracta. de iure primigeniorum.q.66.sub num.13.ubi securitas data alicui ex statuto pro se,& socijs,iudęum etiam comprehendit.

& ait Ange.in l.Papinianus.§.si quis mortis.ff.de inoffi.testa. Eum cui data est securitas, nullo modo directè, uel per indirectum debere uexari. aliàs non intelligitur securus. & ad hoc probandum, allegat.l.1.ff.ad.l.Iuliam maiesta.& l.1.C. de præto.stipula.& uide ad rem Zasi. in consi.14.sub num.3. pagi.208.in 1.parte.& in consi.xv.pagi.244. vbi de securitate tradit, seu saluo conducto à principe dato.& ad statutum Ferrariæ.de quo supra.Dic, quòd requiritur speciale mandatum ad hoc, vt possit peti dicta securitas per alium.secundum Alex.in consi.78.col.1.in fi.vol.5.&, ꝙ exhibere debeat mādatum.vide Papiensem.in fine inquisitionis. & Ange. in tracta.de malefi.fol.91.col.3.versi.quid ergo. Et delegatus potest arctare ad securitatem.vt dicitur per Specula.in titulo de legato.5.sequitur.versi.quid ergo.Et istud statutum probat, ꝙ offendens potest hanc cautionem petere.&.idem est de iure.ut inquit Bal.in d.l.quod bona.§.iustum.de damno infec. & Anchara.in consi.52.& Fely. in rubri.de treuga & pace.in 8.clausula.Sed an cauebit de non offendendo, etiam pro familia, & coherentibus? responde, vt ait Ludo.Bologninus in repeti.§.Cato. in col.99. & vide plura ad hoc statutum per Fely.in d.titu.de treuga & pace.col.4.ver.qui timet. & Bar. in l.1.§.ne petenti.de offi.præ.uide etiam ibi an, & quid sit dicendum pro Amicis, & familiaribus.& uide Menochium. in tracta.suo de arbitrio iudicis in casu.140.num.6.ubi dicit, ꝙ quę iusta sit causa securitatis præstandæ, arbitrio iudicis est declaranda.& ibidem dicitur quanto tempore duret dicta securitas in casu.141.& Idem Menochius.ibidem in q.81. agit de saluo conducto dando à iudice reo inculpato.& uide omnino Nattam.in consil.616. ubi tractat, quando maritus, uel alius teneatur præstare fideiussionem timenti. in statuto nostro.in uer.Iuratoria &c.secùs de iure, ubi iuraret nec requirit fideiussionem, etiam à iudice, attenta qualitate personæ. quod uerum dicit Albericus.in l.fi.in prin.uer. sed vidi dubitari.ff.quod metus causa.in statuto ad finem. in uer. arbitrio

iudicis

iudicis &c.Dic, quòd omnia à iudice videntur bene facta, quando eius committuntur arbitrio, debitis circunstantijs concurrentibus, vt inquit Bal. in l. edita. in 2. repeti. C. de Eden. allegat. Inno. in c. innotuit. de eo, qui fur. ordi. suscepit. videndus est etiam Paris de Puteo. in tracta. syndica. vbi agit de officio syndicatorum. col. 2. num. 8. & in §. Potestas. pagi. 90. Et de iure quis prohibetur in carceribus macerari. l. 1. &. l. de his. C. de custo. reorũ. & dicit Paris. vbi supra in §. licet. Et qui potest ex officio aliquid facere, & nõ facit, non tenetur parti ad interesse, nec in syndicatu. vt dicit Ange. in l. iusti tia. ff. de iusti. & iure. quia in commissis iudicis arbitrio non potest appellari. vt plenè no. in c. ij. de iuramen. calum. & Ioã. de Imola dicit in l. 2. de publi. iudi. & Paris de Puteo. ubi supra. in §. iudex, qui potest. vide omnino Alberi. in d. l. denunciamus. C. de ijs, qui ad eccle. confugi. & ait Bal. quem sequitur Areti. in tractá. malefi. in uer. quas, si non soluerit. qđ in arbitrarijs debet iudex in partem mitiorem inclinare. c. de causis. de offi. de lega. Et an istud arbitrium trãseat in successorem iudicem in officio? respon. Iulius Clarus. in prac. cri mi. q. 71. ad fi. ꝟ sic. In fine statuti uer. volente & instante banniatur, & extra territorium stare compellatur. Dic. quòd magna pœna est hominum commercio priuari. ut dicit glo. in c. ex eodem. de sententia excommunica. in vi. ver. dignoscitur. nam

Dulcis amor patriæ, dulce videre suos.

Vt refert Neuiza. in sylua. lib. 4. pagi. 133. in paruis. quoniam priuari patria grauæ est. ut no. in l. fi. C. de seruis expor tandis. & quod ibi glo. & Natta. in consi. 597. num. 19. in 3. ubi dicuntur plura. & Deci. in consi. 283. in 2. num. 9. & Boeri. in consi. 10. & in Tusculanis Cicero. & Sceuola. in l. qui ha bebat. ff. de lega. 3. in uer. dulcissime patriæ. & Ouidius.

Rursus amor patriæ ratione ualentior omni:

Et Idem in Ponto.

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

Hinc Virgilius:

Vincit amor patriæ:

Et est tex. in l. veluti. ff. de iusti. & iure. in uer. dulcissimis patriæ finibus. hinc Maro.

Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua:

Nam patria, ut inquit Scobeus in serm. trigesimoseptimo, est uelut alter quidam Deus, & primus, maximusque parens, quo fit, vt qui nomen ei imposuit, à re ipsa non temere patriam nominauit, vocabulo si quidem à patre deducto, pronunciato tamen fœminina terminatione, ut ex vtroq; parente mixtum esset. plura de hoc ait Placa. in Epito. delicto. cap. 22. & cap. 27. & 28. Et dicitur patria quasi parans tria. vide glo. in d. l. veluti. ubi plura congeruntur per Alberi. num. 12. Et licet ingrata quandoque sit patria. pro ut Ferraria Felyno. qui dicebat, ingrata patria nunquam habebis ossa mea. & Cicero ad Marium. Nam (inquit) multi suam rem bene gessere, & publicam patria procul. Multi, qui domi ætatē agerent, propterea sunt improbati. & Sophocles dicebat, manendum esse domi, cui cuncta sunt prospera. leuiter tamen ferendum est. vt de Scipione Affricano Romæ totiusve Italiæ liberatore dicitur. de qua re fusius. D. Asinius tractat in titulo. ff. de religiosis & sumptibus funerū. in l. minime. sub nu. 22. & seq. pag. 317. & Cicero ad Sulpicium, non ne mauis sine periculo domi tuæ esse, quàm cum periculo alienę. Notū est apud Ciceronem cæleste illud Affricani dictum. omnibus, qui patriam conseruauerint, auxerint, adiuuerint, certum esse in cœlo definitum locum, ubi beati æuo sempiterno fruantur. De quo sic. F. Petrarcha in epistolis familiaribus. lib. 1. epistola 38. vnde ipse Petrarcha de remedio vtriusque fortunæ. dialogo. 4. lib. 2. conqueritur. quòd patriam deseruerit,

seruerit, & tot mala passus fuerit. & quia de his satis.

Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.

Plura quandoq; scribam in meo tractatu de argumentis in loco. à patria.

Sedere.

SI sit statutum, quòd iudex horis iudicij debeat sedere ad banchum singulis diebus. Dic, quòd ipse iudex debet facere constare ex actis, quòd singulis diebus illic sedit. Alias haberet in syndicatu controuersiam, & damnum per syndicatores. et maximè Tergestinos, qui ut plurimum quærunt id, & alia scrupulosè contra officiales. ut tradit Pau. de Castr. in auth. si quis in hoc. C. de episcop. & cler. & Claudius in regu. crim. 28. verum est, quod nec hora incongrua, & post horã determinatam magistratus debent sedere pro tribunali, & est eis verecundia sedere in solito tempore. & ideò statuta terrarum determinant horas, ut dicit Bal. in l. 2. §. & quia magistratus. in 2. lectura. ff. de orig. iur. & Bal. in l. si cũ ipse. ff. de excusa. tuto. vbi inuehit contra iudicem festinanter descendentem de bancho, quem refert. Fely. in c. ecclesia S.M. de constitu. num. 35. Et actus, qui per iudicẽ sedere debentem pro tribunali, non possunt expediri de nocte. vide omnino per Fely. in c. consuluit. sub num. 19. de iud. vbi etiam ponit alia quàm plura talia, quæ non possunt expediri de nocte. & uide Iaffr. in decis. 412. & Lucã de Penna. l. 2. C. de iure fisci. lib. x. Et sententia plata prima hora noctis non tenet. ut ait Anch. in cons. 52. per totum, uide omnino Blanchum in trac. de compromissis. in q. 9. ubi de effectu sententiæ agit. sub nu. 47. in tomo xij. pag. 192. Et not. quòd iudicis decretũ debet interponi iudice sedente pro tribunali aliàs est nullum. vt inquit Bal. in l. tutores. §. naturali. ff. de confirman. tuto. Quando autem iudex dicatur sedere pro tribunali, ponit Carrer. in prac. crim. pag. 9. sub nu. 45. Et licet potestas, uel iudex horis statuti pro tribunali non sedeat, quia nulli adsint litigã

tes

tes requirentes iustitiam,non dicitur facere cõtra statutum . vt inquit Rui.in consi.12.num.4.in 5. uol. Et qui contrarium diceret, ꝙ scilicet adessent,probare tenetur. ut dicit ibi Rui. Et no. quòd iudex non cogitur audire, nisi palam ante tribu nal.l.iubemus.C.de episco.& cleri. in fi. & Bar. in constitu. ad reprimendum.in uer.sine strepitu.sub num. 2. quòd nota contra importunos.& morosos.

Sententia.

SI sententia esset contra formam statuti,& iudex reducit illam ad statutum,ualet.ut ait Bal. in l.non dubium. col. 9. uers.sed iuxta hoc.C.de legibus. Et de sententia criminali. tradit Claudius.in regu.crimi.154.& Iulius Clar.in prac.cri mi.q.93.& seq. qq. usq; ad fi. & ibi uide de earum executione. Et quando quis absoluitur eo, quia crimen non commisit, fertur sententia absolutoria simpliciter & diffinitiuè. ubi uerò absoluitur, quia non est probatum. semper apponitur clausula.Rebus sic stantibus.uel stantibus rebus, pro ut stãt. ut inquit Iulius Clarus in prac.crimi.q.57. uer. sed hic quæro. &. q.62.uer.forma autem.ubi etiam subdit,quòd debet inquisitus ita absolutus,stantibus rebus,pro ut stant,præstare fideiussores,de stando iuri. & se præsentando toties,quoties fuerit requisitus.

Statutum,quòd contra non citatum sententia ualeat, non ten et.uti no.Bal.in l.1.uer.sed hic quæritur. C. quomodo & quando.& Roma.in consi.145.& Deci.in consi. 681.

Sententia criminalis in tribus casibus absq; principis con sultatione retractari potest.Primo, quãdo lata est ex præsum ptionibus, & fortiores aliæ superuenerunt, quàm ex quibus fuit prolata.d.sententia.Item quando constat notorie de iniquitate,puta, quando Titius uiuit, & quis fuerit accusatus, eum occidisse.Item ex probatione, quæ licet de iure non teneat, est tamen ualida priuilegio statuti, uel consuetudinis, puta,quòd contumax habeatur per confesso. sententi a.n.lata ex

ta ex probatione priuilegiata, non transit in rem iudicatam. vt ai Fely.in c.consanguinei.in 2.col.sub num.8.de re iudi.& Paul. de Cast. in l.& si seuerior.C.ex quibus cau.infamia irro.& Abb.in consi.73.sub num.2.in 1.vol.& 92.nu.3.& Deci.in l.& si nihil.ff. de regu. iur.Et si iudex maleficiorum tulit sententiam in palatio ad tribunal vicarij, uel alterius iudicis, non tenet.ut ait Alberi.in l.ius pluribus.ff.de iusti.& iure.Itē si iudex in sententia dicit. Titius furtum commisit, per hoc cēsetur eum condemnare ad pœnam statuti pro furto, ut inquit Crauetta in consi.79.num.4.in 1.

Si statutum dicit.quòd reportans sententiam cōdemnatoriam contra reum, soluat intra decē dies à die sentētiæ duos denarios pro libra, aliàs non teneat sententia.Pone modò, ꝙ sit lata sententia sine certa quantitate in expensis, vel in generali, uel in uniuersali iudicio.quæritur, quando incipiet tempus decem dierum?respon.Bal.in addi.ad specula. in extrauag.§.qualiter.à die taxationis expensarum, & à die declarationis in iudicio uniuersali.

Statutum dicit, quòd in sententijs criminalibus debeant interesse duo priores. An ualet sententia eis absentibus? respon.Bal.in l.cum sententiam.ad fi.C.de senten. quòd non. quia sunt testes deputati à lege & si non tam cito uenerint, debent expectari, & si nolent interesse, debent sub rogari duæ aliæ publicæ, & authenticæ personæ eorū loco.ne propter absentiam eorum publica uacillet authoritas.

Si statutum dicit, quòd sententiæ in Arengo latæ non possint reuocari. Non militat in sententia lata contra clericum. ut ait Ias.in consi.121.in primo vol. per totum. Et sententia lata super substantia delicti, non facta mentione de qualitate tenet, ut ait Bal.in l.2.C.quibus res iudica.non nocet.

Si sit statutum, ꝙ sententia non uitietur, quamuis reus ad sententiam non fuerit citatus, quando de crimine, seu ueritate rei constat, quia sublata sit defensio per liquidationem facti, statutum nihil continet iniquitatis.vt ait Bal.in l. cūctos.

C.de ſum.Trin.& fide cathol.de quo meminit Alex.in conſ. 225.vol.6.ver.corroboratur.

Sententia lata de falſo contra notarium abſentem ex forma ſtatuti,excuſat eum ab infamia. ſecundum Specula.in titulo de ſententia.§.1.uer.quid de iſtis.l.fin.C.de requi.reis. & Guido Pa.in ſingu.330.

Si ſtatuto aliquid ſit prohibitum ſub certa pœna,contrauenìens non poteſt grauari ad ſoluendum illam pœnam,niſi ſuper ea ſequatur ſententia declaratoria iudicis. ut per Marſil.in pract.crim.§.aggredior.ſub num.108.& ſeq. pag. 139. uide Barba.in conſi.70.in vltimo volum.vbi de ſententia criminali agit, & plura de ſententijs criminalibus,& plura contra ſententiam, ponit Boſſius in pract. criminali in locis, de quibus in eius indice potes uidere.

Sæpius.

AD ſtatutum, quòd utitur dictione ſępius. vide Alex.in l.ſi idem.ff.de iuriſ.omn.iud.vbi dictio ſæpius ucrificatur,etiam in bino actu.

Syndicare.

SI DICIT ſtatutum, quòd talis officialis non debeat ſyndicari, nec ſuper eo inquiri. Intellige, niſi pro reliquis ex eo,quòd renuntiaſſet penes eum de bonis communis. ut ait Bar.in l.dominus Sticho.per illum tex.ff.de peculio lega. Et durante magiſtratu, poteſt iudex ſyndicari, quãdo ſententiã uenalem proferret,uel quid doloſe ageret. vt inquit Roma. in conſi.415.per totum. Et condemnatus in ſyndicatu, non redibit ulterius in officiũ.l.ſi aliquid. C.de ſuſcep.& Archa. lib.x.ubi hoc fuſius tractat Bar.& Fely.in c.ex literis.ſub nu. 11.de conſtit.& Boſſi.in pract.in titu. de officialib.corruptis. iniuſtiſque iuſdicentibus.& in tractatu de ſyndicatu. Et no. quòd non eſt de more doctorum, conſulere aduerſus officiales in magiſtratu,quando ſyndicantur,vt dicit Alex.in conſ. 70.in 1.col.in fi.in 1.volum.Item not.quòd de conſuetudine

officiales

officiales non syndicantur,nisi de dolo & barattaria,& illicitis extorsionibus. ut inquit Iulius Clarus in practica criminali.in q.73. ver.item iudex.

Sodomia:

SODOMIA absque dubio est grauissimum crimen. ut dicitur in auth.ut non luxu.contra naturam. Nam ex isto crimine ciuitates cum habitatoribus pereũt. & propter tale delictum & fames, & terremotus, & pestilentiæ fiunt,ut ibi dicit Imperator. Et ideò iura armantur gladio. l. cum uir nubit. C.ad l.Iul. de adult.& in §.item lex Iulia de adulterijs. & instit.de pub. iud. Et hoc crimen apostasiæ nuncupat Lucas de Pẽna.in l.3.& seq. C.de exacto.& excep.lib.xij.& Barba.in consi.vlt.in 1.vol.& Petr.Rebuff.in praxi beneficiaria. lib.3.in prin.sub num.38.Proinde angeli pessimi fugiunt, & dum vident,oculos claudunt.Et est summũ nephas, & scęlus pessimum.ut legitur in libro Genesis.Et in ore habere est turpissimum extimatum per Paulum apostolum in c. primo ad Romanos.Et sunt,qui scribunt,Orpheum Thraciæ principẽ omnium tanti scęleris,& libidinis de testandæ repertorẽ fuisse.vt tradit Cęlius Rhodigi.in lectionũ antiquarũ.lib.8.cap. 30.ubi de hoc dicit latè.Dicit tñ Augustinus. in sermone de sodomitis,& Gomorreis,ortũ habuisse à mulieribus, & homines postea ipsæ docuere. pro ut eũ sic refert Bossi. in prac. crimi.in titulo.de stupro de testabili in masculos.num. 4. & ibi fusius habetur de hoc &.D.Bursatus dicit in consi.66.nu. 38.ad fi.cui plurimmum debeo,pro eius consi.18.& Bermondus.in tracta.suo. de publicis concubinarijs. vbi de peccato sodomitico scribit.fol.117.& Ficinus in commento conuiuij Platonis de amore.in v.oratione.c.13.in fi. probat sodomiæ delictum esse speciem homicidij ex proprijs liberis. & Aristoteles in 7.moralium loquens de feritate,sic scribit. Vt dicitur,de quibusdam efferatis gentibus circa pótum. Alios crudis delectari. Alios humanis carnibus. Alios inuicem tra-

dere natos,vt in conuiujis commedantur.Præterea (inquit) coitus masculorum feritas est,& mala consuetudo . illos . n• qui malignitate cæteros superassent hac infami appellatione notabant antiqui . vt tradit Petrus Marsus.in commento ad Sylium.lib.1.super carmine illo.

Et fructus regni feritas,erat asper amore :

De hoc vitio,& eius d etestatione latè scribit Cassaneus. in consuetu.Burgun.pagi.234.sub num.4.Et hoc est crimen publicum.ut inquit Paul.de Cast.in consil. 400 . in 1 .& Archiepiscopus floren.de eo.in summa.in titu.5 . in 2.par.& in titu.14.cap.4.vbi agit de decalogo.§.x.vbi tractans de sexto præcepto ad fi.de sodomia loquitur.in parte.1. & reffert Augustinum post aliqua de sodomia,& alijs vitijs luxuriæ dicétem,horum pessimum est cótra naturam. si quis membro mulieris non ad hoc concesso, vti voluerit.& ait Archiepiscopus.vbi supra.lib.3.in titulo.de satisfactione pœnitétiæ, hoc vitium esse maius,q̃ si quis matrem cognosceret.37.q.7.Coitus nanq; contra naturam est triplex,cum matre, filia,& masculo,item,quòd fit cum brutis.ut ait Girlan.in tracta.de pœnis omni fariam coitus.q.8.vbi fusius.de hoc tractatur. Etenim,qui cum brutis coierit, plusquam per septem annos pœniteat.23.q.2.c.hoc ipsum . cum seq . & Archiepiscopus flo. vbi.supra. in titulo de satisfac.pœni.sodomitas itaq; Lactan. Firmia.lib.5.cap.23, diuinarum institutionum. appellat impios parricidas.& Cassane.in consue.Burgun.in rub.sub.nu. quinquagesimosexto.& ibi dicit Cassaneus,quòd huius delicti sciunt Itali practicam , sed fortè illos expertus loquitur. Masculorũ auté cócubitores appellat Apostolus Sodomitas, vt ait Corrasius.in l.si testament o.num.23.vide Fęlicem Malleolum in tracta.de matrimonio.in prin.num. 4 . vbi quidam Canonicus appellat (menties tamen) Italos Macarellos, siue Busurones maledictissimos,quos inter,licet aliàs sint mulieres honestæ, tamen propter crímina virorum, in eorum

despectum

despectum sunt infinitę meretrices.& ij filij diffidentiæ sunt. vt inquit Cassane. vbi supra & est notabile dictū glo. in uer. diffidentiæ.in c.clerici de excessibus prælatorum. vnde Paulus Apostolus ait,masculorum concubitores non intrabunt in regnum cœlorum. Et nocte illa, qua natus fuit Christus, omnes sodomitæ mortui fuere. vt ait Afflic. super constitu. regni.lib. 3.in titulo de adulterijs. num.11. & seq. super uer. legum asperitate.De iure ciuili pœna sodomitæ est gladius. sed de iure canonico, debet ex communicari. vt inquit Zanettinus in tracta.de differentia inter ius canonicum & ciuile sub.nu.226.& seq.vbi etiā dicit,ꝙ Iudex ecclesiasticus propter hoc crimen habet in sodomitas iurisdictionem, licet sint layci,qui deliquerunt sodomiticè. Clericus verò sodomita deponitur,& in monasterium detruditur, & perdit beneficia, etiam si sit occultus sodomita. ut inquit Alex. de Neuo.in consi.53.& si sit in corrigibilis,debet ad perpetuam pęnitentiam peragendam tradi. quemadmodum ait Archiepiscopus flo.in parte.3.suæ summæ. in §.5.col.1.in titulo.de satisfactione pœnitētiæ.Mediatores autem huius criminis debent decapitari. l. qui abducto.C.de pœnis.& qui commodat domum etiam,vt id scœlus committatur,debet decapitari.l.qui puero.C.de extraordi.crimi.Sodomita ipso facto est infamis.vt inquit Deci.in l.si qua mulier. nu. 7.C. de secun. nup. Et ideo conuictus non potest esse Atronatus (vulgare est Anglicorum) quod sonat procurator in latino idiomate, vt dicit.Alberi.in dictione Atronati: & Archiepiscopus flo. in eius summa.lib.2. ad fi.in titulo.de vitio contra naturam. Et ipso facto intelligitur sodomita priuatus bonis,nec de eis testari potest.vt tenet Dec.in d.l.si qua mulier. & vide consilium Anastasij Plati, ad quem scribit Epistolam Georgius Merula in commendationem. vbi probat sodomitam ipso iure & facto,absq; condemnatione esse in testabilem.quod cōsilium est inter consilia Barba. consi. 64. in 1. vol. & Corrasius.in d.l.si testamento. vbi etiam dicit Corrasi. quòd sodo

mita filio pupillariter substituere non potest.ut ait Deci.in l. si qua mulier.num.7. C.de secundis nup. Licet cum muliere uideatur pollutio extra ordinaria coitus extra vas debitũ. ita aliàs consuluit Maria.in consilio.incip.utrum cum muliere.& allegat Archidiaco. 36. q.3.in c. extraordinaria pollutio.& quia iura præcisè dicunt cum masculis . in §. item lex Iulia.insti.de publicis iudi.&. l.cum uir.cum glo.C.de adulte.Et dicit summa Angelica.sodomia est turpitudo in masculum facta. 32. q. 7.c.vsus.verius tamen est et esse cum muliere sodomiã,& contra naturam.ut probat Deci. in d. l. si qua mulier.& probat Archiepiscopus florenti.vbi supra & ita tenet post multos Couarru. in titulo desponsalibus & matrimonio.in parte 2.cap.7.§.5.num.7.& cap.4.col.fi.fol.7. col. 2.vbi allegat Augustinum, dicentẽ tolle meretrices demundo & sodomiam, totus efficietur reprobus,& ita se consuluisse attestatur Berthachi. in repertorio, in ver. sodomia,apud Asculum. vbi etiam dicit,agentem contra naturam cum fœmina dormiente sibi affine, post factum acclamante, teneri de raptu pœna capitis. vt ait Cotta.in tract.rerum memorabilium.uer.pedicones.& Follerius. in tract. de sodomia. Et mulier patiens coitum sodomiticum, non presumitur uoluntariè,sed coactè,& saltem metu reuerentiali. ut consuluit Sozin.in consi. 263.Et ideo potest episcopus punire sodomitã. vt est communis opinio, de qua Bermondus.in tract.de concubinis.de quo Iul.Clar.in pract.crim.q.37.uer.item quero. Quid si vir cognoscit uxorem modo inconsueto. An peccet mortaliter? Dic, ꝙ non, dummodo in uase naturali mulieris sperma fundatur.prout dicitur in summa confessionum. lib. 4.in tit.2.de matrimonio in q. 43. ubi etiam ponitur modus consuetus. & Alber. in dictionario, in uer. coniugalitas, & est sententia diui Thomæ, prout eum sic refert Nicolaus Plouein tract.de sacramentis, in fi. vbi dicit, quòd si uir præter consuetudinem,& modum à natura institutum, quantum ad situm,exigit debitum à coniuge prægnante,puta à parte po-

steriori,

steriori, uel ad latus, non semper est peccatum mortale, sed quandoque potest esse sine peccato, dimittere autem proprium uas, semper est peccatum mortale, & sodomiticum, quia est contra naturam coniugij. Hinc Augustinus. in c. nuptiali. 27. q. 1. dicit filiorum procreationi operam dandam, non canino more, sed honesto ordine coniugali. vide Anchar. in consi. 268. per totum. Et modus à natura institutus quantum ad situm est, ut mulier iaceat in dorso, & uir procũbat super uentrem eius, & hoc modo fit aptior conceptio. ut habetur in dicta summa confessorum. Igitur secundum Archiepiscopum florent. in eius summa lib. 3. in tit. de actu coniugali. §. 3. de mente Alberti Magni. in 4. dist. Nihil eorum, quæ facit vir cum vxore in actu coniugali, seruato debito uase, est de se mortale peccatum. sed potest esse signum mortalis concupiscentiæ, quando ei non sufficit modus determinatus. sed alium inuenit causa se delectandi, cum non subest causa infirmitatis, uel alia rationabilis, ex quo datur intelligi, quòd non impeditur generatio prolis, per tales modos idebitos, seruato debito uase. Durè ergo (inquit Archiepisc. Flo.) in tali expressu reprehendi sunt coniuges, & monẽdi, ut abstineant, cũ non subest causa. Nam de intentione viri exigentis qualitercunque, non habet mulier ipsa iudicare, ut per hoc possit ei debitum negare. nec de facili est præcipitanda sententia de tali modo, quòd sit mortale in se. vide eundem Archiepiscopum Florent. in d. summa. in 2. parte in titulo 2. & parte 1. in titu. 14. ubi de sodomia agit. & inter cætera ait quamplura de modis indebitis in usu matrimonij, quæ (seruato tamen debito uase) de se non sunt peccata mortalia. sed possunt esse mortalia ex inordinatione animi. ut ibi fusius prosequitur. & uide vbi de uitio contra naturam agit. per totum. ubi quoque dicit. Quod etiam aliquo modo dicitur vitium contra naturam, cum uir agens cum muliere, & si seruet debitum uas, non tamen debitum modum consuetum à natura, & magis aptum ad generationem. Vt

si mu-

si mulier uertat uiro dorsum,& non faciē.& quæ subsequitur Et pp hoc uitiū separaē mulier à viro sodomita.ut ait Barba. in cōs.64. in 1.vol.& Mōteleo.in prac.arb.pag.140.in fin.& seq.& oīo ēt pag.199. Et licet ex coitu illicito cōtrahatur af finitas,sicut p licitū. ut est gl.no.in c.discretionē,& in c. pen. & fin.de eo, qui cogno.consanguineam, & c. fi. de consang. & affin.& glo.27.q.2.in c.si quis desponsauerit.& Ioan. Andre.in arbore consangu.& affin. Affinitas autem impedit ma trimonium contrahi. c.non debet.de consangui. & affini.& Sozi.in consi.119.in 3.vol.non tamen per coitum extra uas, vel sodomiticum cōtrahitur affinitas.c.extraordinaria . cum glo.35.q.3.& Siculus. in c. fraternitati. de eo, qui cognouit consangui.vxo.suæ.&.q.Tholosa. 96. Et ideò fornicatio inter masculos, & illicitus coitus non impedit matrimonium inter sororem passi & agentem.vt per Brixiensem . in reperto rio suo.in uer.matrimonium.qui dicit se fuisse à maximo reli gioso interrogatum.& ꝙ nullus ponit istum casum,quem dicit multum frequentem. Faciunt multa, quæ ponit summa Pi sanella.in uer.quid si aliquis.versi.14.de qua.q . meminit uir sanè multæ litera turæ.d.m.D.Iaco.Cagnacinus,conciuis no ster,nunquam sine magna præfatione nominandus. in regula.c.non præstat impedimentum . de regulis iuris.in 6.Quid de duabus mulieribus se inuicem corrumpentibus,An est sodōmia?respon.quòd sic. vt tenet Boerius. in decisio. 316. sub nu. 14.& ideo pœna ambarum est ultimū supliciū. l. fœdissimam . in prin. C . de adulte.& ibi tradit alia quàm plura Boeri . & Firma. in reperto. in uer.stuprum.& ver.stupri pœna.& Zanettinus. in tracta.de differentia inter ius cano. & ci uile.sub num . 227.vide Grammati . inter consilia ciuilia . in consi.60.& Girlan.in d.tracta.de pœnis omnifariam coitus. & Iodocum.in prac.crimi. cap.96. ubi agit de peccato contra naturam.& Cassane. in consue . Burgun. pagi.21.& 234. num.4.& Plot.in repeti.l.si quando.C.vnde ui .num.311.pa gi.140.& crimen sodomiæ non probatur per au ditum. vnde dominus

dominus noster omnipotens noluit peccata sodomorum pu nire ex auditu, licet sciret etiam tanquam deus, nisi prius eos conueniret, tanquam iudex. c. deus omnipotẽs. 2. q. 1. & Cassane. ubi supra. ex Marsilio. & vide Marsilium. in consi. 28. & Grammati. in decis. Neapoli. 28. sub num. 14 & decis. 40. sub num. 15. & seq. & Marsil. in consi. 29. & in singu. 597. & Grammati. in consi. cri. 65. per totũ. & Parisi. in cons. 163. in 4. vol. Quid igitur sit probandum, quando commissum est stuprum in puerum per marem in marem, vt constet delictum in genere, tradit Follerius in practi. crimi. sub titulo. capiant informationem. sub nu. 13. pagi. 19. & Paul. de Cast. in d. consi. 400. in 1. vol. & Anto. Gomez. in tracta. de delictis. cap. xij. num. 16. vbi dicit, quòd etiam per socium criminis probatur sodomia. & quomodo probetur sodomia, respondet Calcaneus. in consil. 119. sub num. 6. in 7. vol. & Anchara. in cõs. 268. & Alex. de Neuo. in consi. 85. per totum. & Parisi. in cõs. 163. in 4. uol. vbi excusat etiam quempiam imputatum pro sodomia. & ibi probat. quòd patiens non est idoneus testis ad torturam dandam. Et si delinquens moritur ante condemnationem, non punitur, nec eius bona publicantur. ut ait Butri. in consi. 58. per totum. Et si minor sit cõfessus, se deliquisse contra naturam, debet in integrum restitui, & absolui. secundum Anto. Gomez. in titu. de delictis. in tomo. 3. cap. 1. num. 66. fol. 337. vide tamen Beroium. in q. penultima. num. 3. Et licet quis esset infamatus ab alio, quòd de nocte, dũ dormiret secum in lecto commisit sodomiam, & tortus confessus esset, ꝙ in somnis, dum cogitaret, ꝙ accedebat ad quandam mulierem, accessit ad illum, tanquam ad fœminam, sed non deliberatè, & in sua mente, certè non debet puniri morte ordinaria, cum non constet de veritate, aliter quàm per suam confessionem qualificatam. vt dicit Anto. Gomez. in tracta. de Homicidio. num. 26. ad fi. vbi dicit sic euasisse quendam, qui ita fuerat infamatus. Memini cũ assiderem pro prætore & locum tenente Cęsareo in ciuitate Tergeste, quòd ex

commissione

commiſſione Cęſarea me tranſtuli ad ciuitatem Goritij, examinandi cauſa quoſdam teſtes, & dum ibi adeſſem, apparuit quidam hębreus fęnerator in loco, & accuſauit quendam iuuenem mercatorem, ꝙ commiſiſſet ſodomiam cum fratre ipſius hæbrei, in quodam hoſpitio. & conuentus mercator ille, qui erat Chriſtianus, fuit palam in foro, & pro tribunali in platea ualde reprehenſus á dominis iudicibus, ad quos ſpectat regere nobiles Goritij. qui fuerunt ei interminati, quòd eum comburi facere uolebãt. Sed ille, cum ei mãdaſſent, ut faceret ſuas defenſiones, ſcælus nefandum commiſiſſe negauit, aſſerens Hæbreum calumniatũ ei fuiſſe &c.

Quid ſi quis non ponit priapum in anum pueri, ſed aliter illum polluit? reſpon. ꝙ punitur extraordinem, cum extraordinem polluerit. Sed ſi ponat priapum in anum, licet ſemen non emittat, punitur tanquam ſodomita, de iure. ita tenet Afflict. ſuper conſt. regni. lib. 3. titu. de adulterijs, num. 12. Sed ſecundum cõſuetudinem, ſi deuenit ad actum proximũ, minus punitur ex generali conſuetudine, ut ait Iul. Clar. in pract. crim. in §. ſodomia in fine. concordat tamen cum Afflicto. Et ait iſdem Afflict. ubi ſupra in titulo de repudijs, in rubri. quòd propter uitium ſodomiticum cum maſculis, poteſt fieri repudium. Itidem ſi maritus vult trahere vxorem ad ſodomiam. Plura de ſodomitis, vide per Marquardum. in tracta. de iudęis. Libr. 3. cap. 1. pag. 36. & Franc. Marcum in deciſ. Delphina. c. 891. & ſeq. lib. 2. Et minor xxv. annis mitius punitur in crimine ſodomiæ, quàm maior. ut tenet Soz. iunior in conſi. 7. volum. 3. & Rolan. a Valle in conſi. 77. uerſ. ſextodecimo. in 3. uolum. & uide Plotum inter conſi. crimi. 132. & Deci. in conſi. 90. in 1. & Boſſius in practica criminali. in titulo de iudicijs. ſub num. 160. & in titulo de ſtupro deteſtabili in pueros, pag. 194. & Marſil. in ſing. 597. & tractat. Viuius in ſuo tracta. communium opinionum, uer. ſodomita. & Couarru. in titulo de ſodomitis. & Alferius, inter conſilia crimi. in conſi. 143. in tomo 1. & Iul. Clarus in d. §. ſodomia, &

Me-

Menochius in suo tracta. de arbitra. iudicum in casu. 286. Et hodie sodomita, non solum debet mori, verum etiam comburi. vt inquit Duenyas in regu. 113. & Couarru. in trac. de sodomia. Et no. quòd sodomiæ peccatum etiam apud Gentiles est detestabile. 32. q. 7. flagitia. Nã Loth obtulit filias suas ad stuprum ut detestandum peccatum sodomiæ in alios impediret. d. 32. q. 7. c. offerebat. & ait Alber. in dictione sodomia. Et quatuor modis dicitur peccatum contra naturam. vt habetur in summa Angelica. in ver. luxuria. §. ij. num. 2. & 3. ubi Mastupratores etiam committunt peccatum sodomiti cum quando agunt. ut ille dixit.

Deposita falce fiet amica nonus.

Conclude igitur, quòd maior pars hominum quandoq; in sodomiticum uitium incurrunt, debachati luxuria. Mastupratores ergo omnes sunt sodomitæ. & est maledictus homo, qui spargit semen suum super terram.

Similibus ad similia.

IN pœnalibus statutis proceditur de similibus ad similia. & ista est communis opinio. ut inquit Ias. in l. fi. ff. de in ius uo can. & Ripa in tracta. de peste. num. 283. pagi. mihi. 52. Et an id sit perpetuum? tradit Bal. in usibus feudo. in titu. de milite uasallo. & in titulo quæ fuit prima causa beneficij amitten. in c. 1. §. porro. col. 3. & Ias. in §. ex maleficijs in glo. ibi. nu. 36. insti. de actionibus. ubi dicit hoc fallere. quando pœnæ imponuntur habito respectu ad priuilegium alicuius personæ. quia tunc non potest fieri extensio de similibus ad similia. vt ait Ias. ibi. nu. trigesimoseptimo. & Bal. in qq. ad statuta. ver. simili. uide omnino Euerar. in cẽturia legali. in loco à simili. & per Gammarum in dialectica legali. in loco à simili. vbi dicit quód in pœnalibus, & exorbitantibus, ac odiosis fit extensio ex rationis idemtitate de similibus ad similia. quod intelligit, quo ad legis prohibitionem, secus, quo ad pœnam. vt dicit Ioan. Andr. in c. dispẽdia. de rescrip. in 6. & ibi ponit, quã

do possit fieri extensio vidè per eundem Gamma. in eius tractatu extensionum. & Rimi. in consi. 59. ad fi. in 1. vol. nu. 14. & 15. & omnino Ferre. in tractatu. de militari iustitia. num. 225. & vide supra. in uer. extensio.

Simplum:

STATVTVM dicens, ꝙ quis condemnetur in quadruplũ. intelligitur, quòd in eo insit simplum. vt inquit Bar. in l. 1. C. de pœnis fiscalibus.

Solemnitas.

SI statutum dicit. ꝙ probato maleficio per confessionem, vel testes, potestas debeat reum condemnare, non obstã te aliqua solemnitate iuris omissa. De qua solemnitate intelligitur, an de solemnitate, quæ est ab benè esse? vel ad benè non esse? respon. Bar. in consil. 36. quòd intelligitur de ea, quæ est ad benè esse, & de solemnitate iuris ciuilis. quod probat. in 2. vol.

Soluens iusto metu.

ILLE, qui soluit alteri quàm creditori, metu statuti pœnalis, uidetur soluere iusto metu. vt ait Bal. in l. falsus. in vlti. col. C. de furtis. & Afflic. in decis. Neapoli. 150. vide tamen Bossium. in practica crimi. in titu. de principe. nu. 50. fol. 349.

Statutum.

STATVTA itaq; obligant suos authores. idest eos, à quibus constituuntur. ut inquit Egêdor. in l. 1. ff. quòd quisq; iur. Et non seruantes bona, & æqua statuta debent puniri. ut ait Bal. in vsibus feu. in titu. de pace tenenda. in §. post natale. per illum tex.

An iudex iurans seruare statuta, debeat pronunciare secũ dum statutum, quod non fuit allegatum in iudicio? An secundum consuetudinem? An secundum reformationem? An secundum statutum, nondum in vsu receptum per decennium transactum? An secundum statutum, quod defensionem denegat?

negat? An secundum statutum contra libertatem ecclesiæ? responde.ut determinat Paris de Puteo.in tracta.syndica.§.statutum.& Blancus.in prac.crimi.pagi.73.num.71.& Perusi.in c. cum sæpæ col.2.cum seq. de appella. ubi dicitur, quòd allegans statutum alterius loci, debet probare. secùs ubi causa agitatur.quia licet etiam nõ fuerit allegatum in causa, iudex tamen,qui iurauit ea seruare,tenetur supplere, & iudicare ipse met secundum ea statuta.Sed nunquid iudex, ubi habetur ius commune,& statutum loci,possit seruare,quod uelit? respondet Bal.ubi supra.in §.iniuria.fol.128.num.11. quòd debet seruare statuta iurata. quia statuta sunt præcisi iuris.& uide supra, quæ scripsi.secus si sint reformationes, seù decreta non registrata in uolumine statutorum.ut ait Bar. in l.omnes populi.circa fi.ff.de iusti.& iure.l.cum prolatis in prin. ff.de re iudica.uide.d.m.Alcia.in consi.55.in 2.lib.

Quando adessent duo statuta in eodem uolumine sibi cõtraria,quæ fœdere distinctionis conciliari non possent,Potestas,qui statuta seruare iurauit. ultimum seruare debet. tanquam correctorium prioris.ut ait Paul.de Cast.in 1.C. const. in §.quibus, & Alber. in qq.ad statuta.q.19.in 1.parte.

Sigillum superioris non est necessarium in approbatione statutorum. secundum Bal. in c.1.& 2.col. de pace constantiæ,& Ioan.de Prato.in l.si procuratorem.ff.de procurat. & Firma. in tract.de episco. Contrarium vidi seruatum in ciuitate Tergesti in reformatis statutis,missis ab Imper. Ferdinando illi Magnificæ ciuitati,quia extabat ad uolumen statutorum reformatorum, appensum cæsareum sigillum magnũ.

Si duo extant statuta, vnum, ꝙ forensis non possit acquirere, aliud, quòd dos mulieris,committentis adulterium applicetur marito, Nempe uir,qui habet uxorem Taruisij,quæ multa bona habet in dote,si adulterium committit,potest acquirere. prout tenet Stepha.de Feder. in tract. de interpret. iuris in 2.par.sub num.52.

Si statutum dicit,quòd statutum non recipiat extraneum,

uel subauditum intellectum, Dic, q in eo cessat argumentum à contrario sensu. statuti & ita cessat dispositio, & est casus omissus, qui remanet sub dispositione iuris communis. l. qui commodissime. ff. de lib. & posthu. & tradit Bal. in qq. ad statuta in uer. arbitrium.

Si statutum dicit, quòd uerba statuti debeant intelligi uerè & propriè, & non recipiant extraneum sensum, Dic, q nõ excludit sensum datum à iure. ut declarat Bal. in qq. ad statu. ver. statuere. & l. fi. C. de hære. insti. & Fely. in proœmio Grego. num. 15.

Statuta non sunt iudaicè intelligenda, & secundum corticem uerborum, sed secundum rationem, & secundum ius commune. ut dicit Bal. in l. quicunque. C. de seruis fugiti. & Bal. in usibus feu. in titulo de feudo. M. Duca. in fi.

Statutum emanans contra iuris dispositionem, est strictissimè intelligendum. nam recedendum est à terminis iuris cõmunis quantominus fieri potest. ut inquit Abb. in consi. 18. l. 1. §. hæc uerba. ff. de nego. gesto. l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrimonio.

Statuta non sunt trahenda de una persona ad aliam. secundum Bar. in l. omnes po. in 4. q. de iusti. & iure, & in l. iura. ff. de legibus.

Statutum à statuto potius interpretationem recipit, quàm à iure cõmuni. ut inquit Soz. in l. gallus. §. 1. ff. de libe. & post hu. & Bal. in qq. ad statu. uer. interpretationem, ubi hoc tractatur fusius. & Lanfran. in tract. de interpretatione statutorum. & Marsil. in pract. crim. in §. ult. sub num. 35. & in §. aggredior, ponit plures qq. ad statuta. uide omnino.

Statutum imponens pœnam pro aliquo actu, uel facto, nõ propter hoc uidetur annullare actum, uel factum, quando illa annullatio actus, non tenderet ad præiudicium illius, cui pœna imponitur, sed ad præiudicium alterius. ut probatur. in l. filius. §. fi. ff. ad l. Cornel. de falsis. & Alex. in consi. 24. in 6. vol. ubi plenè tractat hoc Bernar. Diaz in regu. 425.

Statu-

Statutum ciuitates communes ligans, quòd teneantur ad delicta in eorum territorijs commissa; non est odiosum. immo fauorabile, quia ad illas pertinet, circa terras & itinera diligentiam adhibere, ut malis priuentur hominibus. ut inquit Calcane. in consi. 64. sub nu. 12. & in cons. 2. sub nu. 25.

Statutum exorbitans à iure communi, debet strictè intelligi, ut quantum sit possibile saluum remaneat ius commune. vt inquit glo. in c. dilectus. de consue. & Cæpolla in consi. ultimo ad quod consilium, uide Dec. in l. non uult hæres esse. ff. de regulis iuris. Et dicit Grammaticus in voto 8. sub nu. 12. quod omnia, quæ in d. consi. posuit Cæpolla, credit, quòd furto subtraxit è d. Franc. de Albergotis. & Abbate in consi. 1. col. pen. in princ.

Vbicunq; statutum loquitur discretiuè, idest per se de masculo, & per se de fœmina, Tunc nunquam masculinum concipit fœmininũ. quia expressum facit cessare tacitum, & præsumptum. l. si ita. de libe. & posthu. & tenet Bal. in l. in multis in fi. ff. de statu homi.

Statutum in uno, non habet locum in alio in materia pœnali, quando de uno ad alterum peruenitur. secundum Dec. in c. ad hæc. de postula. prelato. num. 45. & Paul. de Cast. in l. in posthu. num. 2. ff. de libe. & posthu.

Statutum dicit, quòd pro maleficio certo imponatur pœna centum, si aliud statutum sit, quòd generaliter aliam imponat pœnam pro omnibus maleficijs, Est seruandum speciale statutum, quod certam determinat pœnam. l. si quis procurator. ff. de procura. cum simi. vt traditur per Gandy. in rubrica de multis quæstionibus de pœnis. sub num. 30.

Statutum, ꝙ vnus de familia teneatur pro delicto omniũ de familia, valet. secundum Bar. in l. iure. C. de fabri. lib. xi. & Deci. in consi. 64. col. 2. ver. quãtum. & Ias. in l. si quis in suo. num. 6. C. de inoffi. testa.

Statuentes, habentes statuendi potestatem, pro bono publico possunt statuere, quòd nobiles alteri in alteros digladiantes

diantes puniantur tali pœna.vt docet Imola. in rub. ff. solu. matrimonio. & Bar. in l. ambitiosa.ff.de decre.ab or.faci.in 3.q.vbi dicit,quòd propter publicas seditiones hoc tolleratur.& tenet Sylua.in consi.43.in 1.vol.argu.l.2.ff. de iurisdi. om.iudi.& in l.ad rem mobilem.ff.de procura. Et no. quòd illi, quibus statuendi facultas demandata est, non poterunt statutis pœnā adijcere,nisi hoc eis specialiter sit concessum. vt inquit Bal.in l.1.ff.si quis ius dicen.nō ob. vbi idem tenet Alex.sub nu.15.quod dicit esse notandum contra Bar.

Statutum,quando factum,& quando pœnam respiciat,ponit.d.m.Alcia.in rub.extra.de iudicijs.nu.35.

Statutum puniens delictum pœna pecuniaria, non debet amplius aggrauare.quia qui soluit,habetur pro absoluto. secundum dominum meum Alcia.in rub.extra de iudicijs.sub num.34.

Statuta disponentia in certis casibus filium teneri pro crimine patris,nō habent solum illam rationem, quòd illud sit, eò ꝙ pater facilius abstinebit à tali delicto, si filios suos uideat etiam puniri. ut per Bar. in l. iure prouisum.C. de fabri.lib.x.& Anchara.in repeti.c.1. de constitu. in xi. prin.q. sed etiam,quia præsumitur filium talia facturum. vt inquit d. m.Alcia.in tractatu.præsump.in regu.1.præsump. 24.

Si statutis loci inferioris deficientibus,statutum dicat,qđ recurratur ad ius commune,Recurritur primò ad statuta loci dominantis. quemadmodum ait Sozi. in consil. 81.num.3. in 1.vol.

Statutum potest afficere personam sibi subiectam, & subditam,etiam respectu eorum, qui in alio territorio existant. vt inquit Sozi.in cons.36.num.4.ubi allegat.l. rescripto.§.fi. &.l.munerum.§. patrimoniorū.ff.de mune. & hono. & quod no.glo.super rubri.C.de mune.patri.lib.x. & Fely. idem dicit in c.fi.de foro compe.

Si dicat statutum,quòd propter tale delictum tertia pars, vel dimidia bonorum veniat in fiscum.& residuum in filios

delin-

delinquentis.& aliquis filius familias habens liberos,& bona aduentitia.committat illud delictum, pater perdit illam portionem,quæ confiscatur, & etiam vsumfructum in illa, quæ conseruatur eius liberis, in pœnam filij, eiusdemq; patris.ut tenet Paul.de Cast.post Ange.in auth.excipitur.C.de bonis quæ libe.

Si statutum dicat, quòd qui emerit rem, si non facit eam allibrari.vel si non soluat gabellam,incidat in pœnam,Pone, aliquis fuit accusatus, quod non soluit gabellam,si petatur pœna, ipse potest euitare pœnam,si soluerit gabellam ante latã sententiam.secundum Ange.de quo Paul. de Cast. meminit in l.hoc edicto. ff. de publica. quod putat uerum, nisi statutum præfigat certum terminum, quia posteanon admitteretur purgatio moræ.l.magnam.C.de contrahen. stipula.

Statutum odiosum, puta contra usurarios,cessat cessante usura . Idem est in alijs statutis.secundum Fely.in c.ecclesia S.M.num.28.de constitu.Et iudex Laycus est iudex competens in materia usurariæ prauitatis.secundum Arno . in problemate . 13 . uide omnino Iulium Clarum.in prac. crimi.in §.usura.

Statuta, quæ sunt præter ius commune, non extenduntur ad casum fictum, sed cõprehendunt duntaxat casum uerum, nisi, etiam fictus exprimatur. ut tenet Paul. de Cast.in l.ait prætor.num.2.ff.de nego.gest.

Statuta pœnalia habent rationem motiuam. prout dicit gl.in l.unicus.C.de raptu uirgi.& Calcane.in cõs.48.in prin.

Statutum debet condi ad commodum publicum,& non ad commodum condentis.uti ait Ysernia.in prologo feudorum.in 6.q.in fi.in §.1.de pace tenen.iura.fir.& Neuiza.iu sylua.lib.4.sub.nu.74.

Statutum non tollit probationem,quæ fit per rei euidẽtiã. secundum Marsil. in prac.crimi.in §.secunda.nu.24.

Statutum factum in fauorem reipublicæ,Valet,etiam si sit factum contra clericos.secundum Marsil.in prac. cri.in §.aggredior.

gredior.num.73.

Ad hoc ut unum ſtatutum aliud tollat, neceſſe eſt, expreſſam fieri mentionem de primo. ſecundum Marſil.in §. quæritur.num.10.in prac.crimi.

Vbi ſtatuta ſunt diuerſa, Attendi debet, quod reipublicæ conuenit. ut inquit Marſil. in prac.crimi.in §.ultima. q. & §. quæritur.num.7.

In ſtatutis ſemper debet intelligi illa clauſula, uidelicet, ſaluo alio ſtatuto compatibili. ut dicit Marſil. in prac.cri.§.ultima q. Valet ſtatutum unius ciuitatis diſponens, ꝙ illud ius ſeruetur in ciuitate illa forenſibus, quod ipſi forenſes ſeruāt in ſua ciuitate, pro ut extat in ciuitate Tergeſti. & ita tenet Marſil. ubi ſupra. & in l. ſi quis uiduam. uer. & ultra prædicta, num.23.ff. de quæſtio.

Statutum, quod eſt iuſtius & æquius, debet attendi. Non obſtante prioritate. ſecundum Marſil. in l.1.§.ſi ſerui.nu.29. ff. de quæſtio.

Statutum in materia odioſa loquens in actore, non habet locum in reo. ut dicit Inno. in c. cum inter. & in c. ſignificauerunt. de excep. & Anchara. in c. canonum ſtatuta de conſtitu. & Nata. in c. quamuis de pactis. in vi.

Quoties ſtatutum tribuit ius agendi criminaliter, Tunc nulla oritur actio. quia cauſæ criminales expediuntur per actiones, ut dicitur inſti. de pub. iudi. in prin. ſed erit accuſatio ex illo ſtatuto. ſicut dicimus accuſatum ex lege Cornelia, uel iudicis officio. ſi iudex ex officio per inquiſitionē procedit. Errant igitur, qui dicunt, quòd condemnatus ex forma ſtatuti, ſit condemnatus conditione ex lege, quod falſum eſt. quia conditio ex lege eſt actio, quæ non habet locum in cauſis criminalibus. hæc Bar. dicit ad literam. in l. omnes po. col. pen. uer. circa ſtatutum. ff. de iuſti. & iure.

Quoties ſtatutum dicit, aliquem quidquam oportere facere, vel cognoſcere, uel expedire, non poteſt actū per ſubſtitutum expedire. ut dicit tex. in l. cum miles. ff. de aliena.

ma.

mu.causa fac.vbi idē dicit Alex.in apostillis ad Bar. litera b. & ille,qui non potest principaliter aliquod officium exercere,etiam in tali officio non potest subrogari, vel substitui . ut no.Bal.in l.parabolam.C.de episco.& cleri.fa.quòd no.Bar. in l.1.per illum tex.C.de prin.agen.in rebus.lib.xii.

Si statuto dicatur, quòd reus condemnetur propter tale delictum in centum, quæ si non soluerit, uel soluere non poterit,pes illi amputetur.quando dicatur illa conditio completa,si soluere non potuerit,& an adaptabitur ad leges;quę loquuntur de contractibus, an ad leges ; quæ loquuntur de vltimis voluntatibus?resp.Bar.amplius cogitandū.in l. suus quoq;.§.si filius in 2.col.ff. de hære. instituendis. & Alex. in consi.36.lib.4.vide Fran.de Aretio.in consi.89.

Dicit statutum, quòd Capitaneus non possit cognoscere de maleficio cōmisso ante tempus finiti officij sui per tres menses. Pone,decessit idem capitaneus. & commune prouidit,quòd eius filius deberet complere eius officium, an illi tres menses computabuntur à die, quo iste, qui illius mortui uicem gerit,cœpit gerere,vel à tēpore,quo incepit ille,cuius uicē gerit, vt sic, uel nunc de nouo incipiat, & sit officium per se,uel sit vnum officium una cum officio eius, cuius uicem gerit ? respon.Bar. in l.1.§.ij,quibus.ff.de lega.3.

An producens in iudicio statutum correctum, incidat in pœnā falsi?quod verū putat Bal.in rub.de Iusti. codice cōfir. Si statutum non facit ad causam,putà, quia quæstio determinatur per statutum vetus,& non per nouum, eo, ꝙ agitur de negocio ueteri,quod pertinet ad.l.antiquam, & non ad nouam . Nō incidet in pœnā.immo est licitū producere tale statutum, cum vigore eius,quantum ad causam illam nō sit sublatum.vt videtur esse tex. in auth. vt cum de appella. cogno. in prin.Nisi lex noua diceret expressè, quòd corrigit legem veterem in præteritis, & futuris, quia tūc nullo modo posset textus produci,vel allegari,secun.Bal.ibi.scilicet in iudicio.

Statuta artificum iurata ,quæ sapiunt monopolium, non

arctant iurantes.vt inquit Bal.in l.si ad excludendum. C. de rebus credi.

Statuta cassata à Principe,non valent,nec excusant transgressores à pœna.vt inquit Bal.in auth.nauigia.C. de furtis.

Si statuto ciuitatis dicatur, q̄ saltuarij villarum teneantur denunciare maleficia, & quædam villa stetit per centum annos,quòd in ea non fuerunt maleficia denunciata, tamen illa consuetudo est in ualida, quoniam illi de villa non habēt potestatem statuendi.Nisi ista consuetudo esset exprefsè approbata per superiorem.l.fi.C.de testa.& Bal.in l.de quibus. in 2.col.ff.de legibus.

Si statuta dicunt, quòd non debeat ius reddi, ad pœnam alicuius delicti,propter hoc nō tollitur naturalis obligatio. l.si pœnæ causa.ff.de condi.inde.vbi no.&.l.extat. ff. quod metus causa.& Bal.in l.si quis.§.ex hac. ff. si quis ius dicē. nō ob.& ff.quòd quisq; iur.

Seruanda est lex municipalis circa honores, siuè sit promissoria, siuè prohibitoria. vt inquit Bal. in l. illud. ff.quòd quisq; iur.

Statutum,quod distingueret iurisdictionem ciuilem & criminalem,quia coram iudice deputato ad criminalia, non potest intentari ciuilis,validum est,si non oriatur ex crimine. l. solemus.§.latrunculator.ff.de iudi.& Bal.in l. loci. §. si dicatur.ff.quod quisq; iur.

Vbi statutum non loquitur,cessat eius dispositio.l. furiosi. vbi.Bal.C.de nuptijs.l.illam.vbi Bal. ver.nulla constitutio. C.de collatio. & Ananias in consi.59.

Duo fratres,videntes inimicos trāsire ante suam domum, illuc accesserunt, & eos percusserunt fortiter,& in terram deiectis iniuriati sunt cum manibus & pedibus,qui postea corā iudice instant, vt percussores hi fratres puniantur ex forma statutorum loquentium de percussionibus. An ij rei debeant puniri bis,vel semel condemnari? respon. vt per Alberi. in qq.ad statu.q.32.in 2.par.& Nouell. in practi.crimi.in forma in-

ma inquisitionis pro insultu,& vulneribus.num.25.

Si quis habet ex priuilegio, quòd possit liberare certis diebus aliquos ex carceribus, & statuto caueatur, quòd nullus liberetur de carcere, nisi primo habuerit pacem cum offenso,& Titius blasphemauit deum,& ob id missus est in carcerem, si ipse habuit pacem ab eo,per remissionem,& confessionem,quam fecit simplici sacerdoti, poterit à carceribus liberari.vt ait Ias.in l.ait prætor.§.iurari.num.16. ff. de iureiu. & Bar. in consil.167.& Ferratius in cautela.25.& posui in meo repertorio cautelarum.

Statutum puniens diuersa pœna vnum, & diuersa alium. puta consulentem maiori. Tunc nedum pari,sed maiori pœna consulens puniretur,quàm faciens.vt ait Saly.in l.1.C.de rap.virgi.& Carreri.in prac.crimi.§.circa. nu.168.

Statutum dicit, quòd quicunq; accessit de tali loco ad talem,puniatur,Pone, sunt qui deponunt, qualiter titius iuit vsq; ad medietatem loci,& aliqui de alia medietate, An coniunguntur?respon.Roma.in singu. 204. post Bal. quòd non. uide etiam in singu.ult.& Matthesila.in singu. 84. & Cæpollam in cautela.12.

In statutis exorbitantibus,& correctorijs iuris communis, uerba debent accipi pro loco secundum communem usum loquendi regionis,non obstante,quòd in lege, aliter tale uocabulum accipiatur. l.cum de lanionis.§.asinam. ff. de fun. instruc.l.Labeo.ff.de suppellec.lega.& in c.ex iure il primo. de sponsa.l.1.in prin.ff.de suis & legiti.ubi Bar. & Matthesila.in singu.96. ubi dicit, quòd uulgò inter schòlares solet deriderì iudex, dictus Montolus,qui credidit famoso aduocato, asinum pro bestia non haberi,ad hoc alleganti rubri.quæ non habetur. C. de asinis & bestijs. quæ autem dicatur bestia?ponit Alberi.in dictione bestia, ubi dicit, quòd bestia dicitur quasi uastia à uastando.

Licet statutum iniquum de facto seruetur inter ciues, tamen istud statutum,non debet obseruari,quo ad forenses.de

gestis & commissis in territorio dictæ communitatis, aliàs il li forenses possent licitè concedere represalias cõtra dictos ciues. ut ait Stepha. de Federi. in tracta. de interpreta. iur. parte. 1. sub num. 116.

Statuta facta contra ius, non possunt firmari adiectione pœnę. secundum Bal. in l. scius. ff. ad l. Falci. & Seueri. in l. omnes populi. col. 24. uers. octauo quæritur. de iusti. & iure. & Henrich. Bohich. in tracta. de synodo. sub num. 48.

Illi, qui contraueniunt statuto, debent interpretari animũ proprium. ut est glo. no. in l. idem Pompo. in fi. ff. de rei uendica. & no. insti. de actio. §. sed istæ. & Anto. in trac. de con. in §. sed dubitatur. sub nu. 59. vbi etiam tradit, qualiter animus eorum interpretatur, qui contraueniunt statuto. & Pari. de Puteo in tracta. syndicatus. §. statutum.

Credendum est statuto in volumine statutorum redacto. licet non appareat manu publica conscriptum esse. Dummodo constet diutius tale statutum obseruatum fuisse. ut tenet Bar. in extrauag. qui sint rebelles? uer. data. de quo meminit Lauren. Syluanus. in tracta. de feudi recogni. sub nu. 49. in 1. q.

Dicit statutum, quòd à sententia syndicantium appellari nõ possit. An non subditus, Potestas tamen ciuitatis, qui profecto tunc ibi ciuis dicitur, appellare possit? respon. Paris de Puteo in trac. syndica. in §. an si statuto. quòd non. & in §. ciuilitas. & in §. statutum.

Ad statutum, quod mitigat certam pœnæ partem delinquentibus, vide Cataldi. in trac. syndica. sub nu. 124. cũ seq.

Licentia statuendi, non extenditur, quòd possit iniustè statuere, ut inquit Bal. in l. 1. C. de Monopolijs. & Afflic. in decis. Neapoli. 307. sub nu. 20. In pœnalibus statutis, sola causa quandoq; sufficit, licet non interuenerit culpa delinquentis, & eius, qui punitur. ut no. in l. quis quis. C. ad l. Iuliam maiesta. c. quoniam. §. si uero. vt lite non contesta. & c. ij. de constitu. & Deci. dicit plura. in consi. 64. in 1. vol.

Statu-

Statutum loquens de surripiente pecuniam, habet locum etiam in uno denario. secundum Ange. in l. si quis dederit. §. prætor. ff. de acquiren. hære.

Si statutum pœnale loquitur in consulente, Dic, quòd et ille, qui verbo suadet, dicitur consulere. ut inquit Bal. in l. quicunq;. C. de seruis fugiti.

Si loquitur statutum de subdito. Dic, quòd subditus proprie dicitur ratione domicilij. ut dicit glo. in clem. 1. §. eisdem de foro compe. & Dec. & alij. in c. ad nostram. col. 2. nu. 3. de appella. & Grammati. in consi. 27.

Statutum, quod loquitur de suburbijs, Intelligendum est de suburbijs, quæ habent uiciniam per se, nō de his, quæ sunt coniuncta cum contrata, quæ est in ciuitate. fa. l. qui continentibus. ff. de uerbo. signifi. & ita tenet Cæpolla in consil. 19. nume. 5.

Si per statutum imponeretur pœna stigmatis in fronte, nō tenet, nec debet seruari. ut tenet Ange. in addi. ad Bar. in l. cū die versis. ff. de religio. ubi & Asinius. & Maran. in prac. iudi cia. in 2. disti. 1. partis. sub nu. 9. pag. 28.

Statutum puniens vulnerantem, Etiam cōprehendit eum, qui studiosè se ipsum vulnerauit. ut ait Bal. in procemio de cre. & fusius dicit Grammati. in decis. Neapoli. 44. Idem si se percusserit. tenetur statuto de percussore. ut tenet Arnonus in epitome. 29. post Bal.

Statutum corrigens, & mitigans pœnam in casu maioris excessus, an dicatur corrigere in casu minoris? Puta, statuto cauetur, quòd committens adulterium in nolentem, solum castretur, An si in uolentem, castrabitur? respon. Saly. in l. conuenticulam. nu. 4. C. de episco. & cleri. quòd non.

Si nouo statuto m utetur pœna antiqua. tunc dicitur quis accusari ex lege an ti qua, non ex noua. ut ait Bar. in l. 1. col. pen. ver. Vlterius quæro. ff. de publi. iudi. & Tiraquellus in tracta. de legibus connubialibus. in xiij. l. sub nu. 21.

Si statutum dicit. Si quis studiosè percusserit aliquem pu

niatur

niatur tali pœna. Certè ille dicitur studiosè percutere, qui percutit certo proposito. Vnde si casu facta fuisset percussio, non teneretur statuto. vide addi. ad Bar. in l. vnica. C. de thesauris. lib. x. nu. 5.

Statutum potest fieri contra certam personam delinquentem, quando delictum est notorium ut inquit Bar. in l. amissione. ff. de capi. dimi. per glo. ibi in uer. relegari.

In statutis pœnalibus, debet fieri stricta interpretatio. l. constitutionibus. ff. ad municipales. & tradit Guido Pap. in singu. 645.

Statutum vltimum, licet tollat primum. secundum Marsil. in l. 1. §. serui. nu. 25. ff. de qq. Intelligitur solùm in illa parte, in qua est contrarium primo. in alijs uero partibus statutum primũ remanet firmum. idem Marsil. in d. §. serui. nu. 28.

An ualeat statutum, quòd vnus teneatur pro alio? responde, ut ait Chacherannus in decis. Pedemont. 89. nu. 5. & seq.

Statutum generale per aliud speciale limitatur. vt inquit Cacheranus in decis. Pedemon. 6. ad fin. num. 11.

Perdito statutorum volumine, Potest eorum tenor per testes probari. quæ probatio est quoddam notorium, ut inquit Bal. in l. 1. §. fi. C. de cadu. tollen. & in l. fi. C. de emend. Iustinia. Codi. facien. dum inquit Imperator, ut cõstitutio ponatur in scriptis, ut sciatur. & sic præsupponit, quòd non minus est textus, & Fely. in rubri. ex. de constit. in 3. col. circa princ. & gloss. uer. datum in prag. sub titulo de subla. clem. literis. pag. 257.

Si statutum dicit. quòd nullus proijciat amurcas oliuarum uel immundicias aliquas in plateas, ante domum alicuius. sub pœna, Pone, quòd inueniantur amurcæ, uel immũdiciæ proiectæ, non tamen constare potest, quis nam proiecerit. Certè hoc solum sufficit contra dominum ut puniatur statuto. ita dicit Luc. de Pen. in l. 2. C. de aquæ ductu. lib. xj.

Si statutum dicit, quòd reus in maleficijs debeat ter citari. Non sufficit unica citatio pro tribus, & peremptoria. ita

tenet

tenet Bal. in c. ex literis. ulti. col. de constit. de quo meminit Cassan. in consuet. Burgun. pag. 201. num. 35. & nume. 36. & 34. & Plotus in repet. l. si quando. nu. 858. C. unde ui.

Conditores iniquorum statutorum, & similiter consultores illorum, quæ sunt in damnum proximorum, tenentur restituere totum illud damnum, quod inde prouenit. vt dicit Archiepis. Floren. in eius summa, lib 2. in tit. de rapina. § .xij. vide Cassan. in consuet. Burgun. pag. 382. col. 2. & Lucam de Penna in l. prouincialiũ. C. de erogatione militaris annonæ lib. xij. & Berthach. in repert. vbiq;, maxime in ver. clausulæ statutorum, quæ hic adde, si libet.

Statuta itaq; multiplici de causa fiunt. vt inquit Lucas de Penna in l. vt agendi. C. de cursu publico. lib. xij. vbi fusius hæc videre potes. Requisita autem ad statutum. ponit Rolã. in consi. 99. per totum. in 2. vol.

Statuta, postquam sunt publicata, nõ ligant, nisi post duos menses à tempore publicationis. vt dicit auth. vt factæ nouæ constitutiones. circa principium. & declarat Franc. Marcus. in decisione parlamenti Delphinatus. 247. nu. 2. lib. 2.

Statutum intelligitur in casu vero, & non in casu ficto. vnde statutum prohibens portare margaritas, vel vniones, intelligitur de veris. vt inquit Bar. in l. 1. § . hoc interdictum. ff. de fonte. per illum tex. vbi interdictum de fonte, in dubio intelligitur de uero & naturali. prout etiam dicit Gomez. in regula. cancellariæ. de triennali possessore. q. 26.

T.

TEMPVS.



IVDEX, qui infra certum tempus à statuto præfixũ debet causam expedire, non cogitur id facere, nisi propè finem ipsius temporis. secundum Bar. in extrauag. ad reprimendum. ver. procedatur. per. l. 1. §. effractores. ff. de effracto. c. consuluit. de offi. delega. & tenet Iaffredus. in decis. 394.

Terminus.

QVIS se defendere non potest post terminum à statuto præfixum. quia frustra daretur terminus. l. 3. §. si ad diem. ff. de re mili. c. coram. de resti. in integr. Potest tamen reo iudex facere gratiam, si vult, & de benignitate expecta re. c. consuluit de offi. delega. quod intellige, quando terminus est assignatus reo post litem contestatam. Sed ante litem contestatam nunquam intelligitur exclusa reo exceptio. l. diuus. ff. de custo. reo. Sed si à statuto statuatur alicui terminus ad agendum, nec dicatur in statuto, quòd postea non audiatur, non potest se defendere. ita dicit Bal. in l. si ea. col. pe. sub num. 18. C. qui accusa. non possunt. Ex iusta tamen causa in criminalibus potest iudex prorogare terminum statuti, quam tamen causam debet in actis exprimere, quia est decretum, vel interlocutoria, super qua cognosci potest. vtrũ grauauerit partem, vel ne? causa igitur cognita, debet interloqui, secundum Ange. Areti. in tracta. malefi. super uer. iudex commisit. Communis est conclusio, quòd quotiescunq; á statuto est terminus præfixus; Illud semper intelligi debet, nisi reus post terminum velit incontinenti deducere suam innocentiam, quia tũc ratio præsumptæ calumniæ, propter quam statutum præfigit terminũ, proculdubio cessat. Ita dicit Abb. in c. suscitata. pen. col. super glo. ver. effectum. de in integr. resti. c. literas. ver. præterea. de resti. spolia. & no. glo. in l. 1. de tabulis exhiben. & Abb. in c. super eo. in vlt. ver. de offi. dele. & de termino uide Lanfran. in c. quoniam contra. de proba. vbi hoc tractant etiam cæteri. in uer. dictiones. & Bar. in l. 2. C. de tempo. appella. & Firma. in reperto. & Bal. in qq. ad statu. ver. inquisitio. vbi dicit. quòd licet iudex non possit formare inquisitionem post mensem à die commissi maleficij ex statuto, si infra terminum probauit, & reus probet se alibi fuisse, iudex tamen uult contrarium probare, dicit Bal. quòd potest. quia non est noua inquisitio. & idem ait Bal. in qq. ad statu. uer.

tu.ver.terminus.& Roma.in consi.415.& Bar.in cósi.95.sub num.4.in 2.lib.vbi dicit,ꝙ quando assignatur terminus à statuto ad decisioné causarũ,prorogari aliter nõ potest. & quoties statutum annullat factum, quicquid postea factum sit, erit nullum.vt ait Bar.in tracta.de peremptione instantiæ. & Tiraquellus in tracta.de vtroq; retrac.§.4. in glo.1.& seq. & in §.8.inglo. 2. sub num.14.vbi dicit,quòd iudex non potest prorogare terminũ,vel tempus à iure limitatum,absq; principis ministerio,& hæc communis est opinio.

Stante statuto, ꝙ si iudex infra certum terminum sententiam non dederit,cadat in pœnam, Si iudex absoluit partem ab obseruatione iudicij,non dicitur sententiam dixisse. vt inquit Roma.in rub.ff.de iudi.& Barba.in consi.31.col.2.in 3. vol.vide Rubeum.in tracta.de Potestate procuratoris & defensoris. in causa crimi.num.298.& Cassane. in consue.Burgun.in §.2.pagi.27.vbi de termino dicit plura.& in §.8.pagi. 82.vbi fusius.& pagi.367.& Plot.in repeti.l.si quando.C.vnde ui sub nu.726.& Hierony.de Monte.in tracta. de finibus regendis.Et an & quando terminus datus à iudice, vel statuto sit continus vel vtilis, tractat Bal. in consi. 71. in 3. vol. & Bardus in tractatu. de tempore vtili, vel continuo.& uide Alberi. in l.licet gratis. §.possumus. ff. nautæ caupo. stabula.& Viui. in suo. tracta. communium opi. uer. terminus. & Rim.in consi.110.per totum.in 1. vol.& Gome. in regu. cancellariæ.de annali po ssessore.q.71.& 72.& vide oĩo Io. de Amic. in consi. 28.nu.1.& seq.& alph abetarios ubiq;.

Tractatus.

TRACTATVS de occidendo Titium probatus,licet conclusio facta non fuerit, facit præsumi,Titium esse occisum ex ipso tract.ut ait Bal.in l.mult ũ.col. 2.uers.vnde dico. C. si quis alteri,uel sibi.& per cósequens punitur quis ex forma statuti. c. 1. de homici.& Bar. in l.& si amici. ff.de adult.

Tractatus contra rempublicam,qui per statutum punitur.

Intelligitur etiam de eo, qui separatim pluries factus est. secundũ Bal. in l. aduersus. col. 1. ver. & sic argu. C. de furtis.

Pone statutũ punit facientẽ ligã & tractatum, Si plures fecerint ligam & tractatum, & postea ex interuallo processerint ad factum, ad quem finaliter intendebant. punientur de vtroq; . secundum Bal. in l. nunquam plura. ff. de priua. delic. de quo. meminit Sozi. in consi. 62. sub nu. 10. in 1. vol. Et de tractatu. vide Bossi. in prac. crimi. in titulo. de homicidio. & in titulo. de vulneribus. & Beroium in q. 89. & Blancũ. in repeti. l. fi. nu. 225. & seq. ff. de quæstionibus. & Iulium Clarum. in prac. crimi. q. 87. uer. punctus est.

Trahi.

STATVTO florentino cauetur, quòd nullus florentinus trahi possit, nisi ad curiam florentinam, sub pœna capitis. An trahi possit ad curiã episcopi florentini, si qualitas causæ hoc requirat? vt quia sit spiritualis, usuraria, uel æcclesiastica? respon. Bal. in auth. qua in prouincia. C. ubi de crim. agi. opor. ꝙ sic. quia curia florẽtini episcopi. est curia florentina. per gl. 161. & Bal. in l. 1. §. 1. ff. de iusti. & iure. aliàs Tractio est quidã motus uiolentus. secundum Philosophum. de quo meminit Archiepiscopus flo. in summa. parte. 1. §. vij. de libero arbitrio col. 2. cap. 2.

Transgressor:

QVOD ex causa liceat transgredi leges propter enormes casus emergentes. Habet locum secundum Inno. in c. 1. de constitutio. in maioribus magistratibus tantum, quibus hoc licet. Secùs in minoribus. vt in Potestatibus terrarum, qui habent seruare statuta ad vnguem, quod dictum dicit esse perpetuò cordi tenendum Ias. insti. de actio. in §. ex maleficijs. sub nu. 15. cui dicto, & alia addit Maranta. in prac. cri. & Marsil. in prac. crim. §. diligenter. nu. 176.

Tran-

Transitus.

STATVTVM prohibet transitum fieri per campum, uel rē alterius. Dic, quòd si uia est occupata, ita quòd per eam iri non possit, ibi fieri potest transitus. damnum tamen inde factum venit emendandum. vt inquit Bal. in qq. ad statu. ver. via. in apostill. ad Bar. in l. vtimur. ff. de sepulchro viola. & Federi. de Senis. in consi. 127. vbi dicit, ꝙ transiri est per locum tutum, quasi ultra locum ire. vnde si transire per agrum alienum fas sit ex statuto, ille dicitur transire per agrum alienũ, qui intrat, & exit. quod plenè probat. Gui. Pap. in consil. 92. Et no. quòd si quis petat sibi uiam constitui in fundo proximiori, si reperiatur alibi habere uiam, non auditur, dato, ꝙ sit sibi prolixior, seù remotior. Aliàs est ei prouidendum. ut inquit Mansuerius. in practica. in titulo. de seruitutibus. aliàs de uia publica, & priuata. De trãsitu. vide omnino Riminal. in consi. 33. nu. 45. in 1. vol. vbi incedens per transitum, non incurrit in statutorum pœnas, quamuis ibi moretur per aliquot dies. prout inquit Anch. in cõs. 75. nu. 5. & 6. per totum.

Territorium.

AD statutum faciens mentionē de territorio. Dic, quòd territorium non extenditur ad aquas. Licet appellatione territorij veniat mare. ut inquit Deci. in c. licet causam. col. 2. de probatio. & plenissimè tradit Fely. in c. Rodulphus. col. 12. ver. districtus. de rescrip. & Guido. pap. in singu. 526. & Boeri. in decis. 227. num. 7. & fusius Cassane. in consuetu. Burgun. in §. 1. pagi. 23. sub. num. 1. col. 2. ubi & de districtu. Differentia autem inter territorium & districtum, ponit Grãmati. in consi. ciuili. 151. num. 1. Et statutum loquens de ciuitate & comitatu, non comprehẽdit districtum. ut inquit Cassane. vbi supra. num. 8. ubi etiam dicit multa alia circa confinia. & Hierony. de Mon. in tracta. de finibus regen. & Areti. in cons. 77. Et qui dicantur subditi, tractat Cassane. vbi supra pagi. 34. §. 4. & pagi. 40. col. 2. vbi etiam ponit an, & quando

iudex possit punire deliquentes extra territorium. & de territorio agit etiam Hierony.de Mon.in d. trac. de finibus regen.pagi.7.ubi & de districtu & alijs tractat.Et territorium à iure terrendi,& sic à iurisditione nominatur. vt inquit Fely. in c.Rodulphus. col.xi. de rescrip. & Oldra. in consil. 86.& dupliciter sumitur territorium,s.propriè & impropriè.vt per Zasi.in consi.16.in 2.vol.pagi. 321. Comitatus verò propriè in statuto importat territorium villarum,vel castrorum ad ciuitatem pertinentium. vt ait Cardi. in clem.ne romani. §. sanè. de electio. & secundum ipsum districtus accipitur pro territorio.ut inquit Deci.in consi.17.in 1.vol.

Testis rusticus.

SI statutum punit falsum testem. Dic, q non procedit in rustico,qui non ex malignitate,& dolo,sed errore ductus, & simplicitate deponeret. vt inquit Ange. in auth.de testibus.§.licet.vbi subdit, q in hoc iudices debent animaduertere.& Marsil.in consi.72.& Arno.in Solilo.52. vnde non excusatur rusticus sagax.vt est glò.in l.athletæ.§. de rusticis. uer. interdum. ff.de excusa. tuto. ubi etiam hoc dicit Bal. & ubi agitur de contrarietate,non excusatur rusticus.& in his,quæ tendunt ad rigorem iuris conseruandum, non excusatur rusticus. Item non excusatur rusticus,nisi in casibus à iure expressis. de quo dicit Deci. plura.in c.super literis. sub num. 7.de rescriptis.& nota ad hoc uersum.

Subdola rusticitas patitur,uiolenta superbit.

Quem ponit Neuiza. in sylua.& post syluam Vagnonus in carmi.de condi.homi.huius tempo. uide Rippam in tracta.de peste.& in l.2.ff.de in ius uocan.ubi Egendor. & Spiegellius in lexico. uer.rusticitas. Et quis propriè dicatur rusticus? ponit Ange.Areti.in tracta.de testamentis.in glo.5.nu. 7.& Alberi.in dictione rusticus.ubi habetur plenè.& Ias. in §. item seruiana. num. 26.insti. de actio. ubi etiam habetur plenè.& Firma.in uer. rusticus. & Tiraquellus in tracta. de

nobilitate

nobilitate.ubi tradit,quis propriè sit rusticus.& Bal.in l. si di catur.col.fi.C.de testibus.& Signorol.in consi.231.& Capic ci.in decis.Neapoli.67.& Sozi.in cons.60.in 4.uol.& Plotus in repeti.l. si quando . c .unde ui.ubi etiam ponit,quando te neatur statuto rusticus,& ubicunq; statutum requirit proba tionem per testes integræ famæ,& opinionis,repelluntur te- stes infames infamia facti.adeò, quòd non poterit deferri iu ramentum in supplementum probationis.ut ait Corsetus.in singu.uer integer.& Soz. in fallen. in regu.416. Et no.quòd testis in criminali debet deponere signãter de tempore com missi delicti,aliter non probat.ut ait Rimi.in consi. 537. qui inter tot ac tantos solus hoc probauit . ut testatur. d. Gilfre- dus de cauallis de Verona ferrariensis.in consilio 538.

Tortura:

INQVISITI ex forma statutorum non sunt torquendi in dicijs non præcedentibus legitimis, & hoc iudices deum timentes debent semper præoculis habere, ne aliquem in- iustè tormentis subijciant.ut ait Iul.Clar.in prac.cri.q. 64.& Anto.Gomez.in trac.de delictis.ubi de tortura loquitur.& Afflictus hoc semel respõdit regi Federico interrogãti,quòd nec etiam de authoritate regia poterat mandare hominem torqueri, contra quem non extarent indicia sufficientia.& Iul.Clar.ubi supra.& q.63.& Natta.in consi.361.nu. 14. ubi dicit, quòd ubi indicijs aliquæ circonstantiæ resistunt, nõ est deueniendum ad torturam.Idem est dicendum,quando sunt ad remota indicia.vt dicitur ibidem num.6.Aliàs, si quis cõ fitetur in tortura non præcedentibus legitimis indicijs, non valet confessio.vt inquit Bal.in consi.479.in 5. lib. & indicia sunt probanda per duos testes contestes,non singulares. Et quando iudex torquet reum super socijs & complicibus, & alijs criminalibus,debet protestari,quòd id facit sine prçiudi cio confessi,& conuicti criminis,vel si sunt condemnati, sine præiudicio condemnationis. & hæc est communis obseruan

tia.vt

tia.vt inquit Iul. Clar.in prac.cri.in d.q.64.vide omnino Menochium in suo tracta.de arbitra. iudic.in casu. 270. & sequentibus casibus. vbi dicit plura circa torturam, & de confessione in criminalibus. vide in locis per ipsum, de quibus in reperto. Et quando clericus torqueri possit.tradit d.m. Alcia.in consi.xvi.num.11.in 7.lib.& Iul.Clar.in prac.crimi. Etian,& quando iudex teneatur de eo, qui mortuus est in tortura.ponit Bal.in consi.61.in 5.vol. Bannitus tamen, qui comparet post eius contumaciam,quam vult purgare, poterit poni ad torturam, & interrogari de delicto, de quo fuit bannitus,nullis præcedentibus indicijs.vt ait Arno. in commentario.cxi. Idem est in famoso latrone. vt tenet isdem Arno. in commētario.115 & Carreri.in prac.cri.in prin. sub nu. 184. ad fi.& Bernar.Diaz.in regu.637.Nec est necesse, ꝙ iudex interloquatur talem esse torquendum,cum aliter veritas haberi non possit,&c.ex dictis testibus, vel indicijs. Cum hoc de consuetudine non seruetur.propter arbitria, quæ dantur. vt ff.de appella.recipien.l.2.& no.glo.ibi.& Bar.in consi.95.in. 2.vol.num.2.& Iul.in prac.crimi.

Statutū dicit, ꝙ qui tale quid fecerit,ponatur ter ad Trullum,uel Bellerium.Si quis est senex,pœna commutabitur. ut ait Bal.super feud.in titulo in quibus cau. feu amitta. & Iuli. Clar.in prac.crimi.

Statutum dicit.quòd quis non torqueatur,nisi præcedentibus indicijs & præsumptionibus manifestis. An inquisitus, poterit ad torturam poni per assertionem cuiusdam homicidiarij,qui suspēsus fuit, & homicidiū perpetrauerat mādato inquisiti ꝑ pecuniā ei datā? resp.Signoro.in cōs.209.ꝙ nō. & fusius Bossius ī pract.cri.vbi de tortura agit.& Arno.in soliloquio 60.& 64.& in cōmētario 6.& Clau.in regu.crim.24. & seq.& regu.30.ubi etiam tractat,an complici credatur,vt torturæ adhibeantur complices. & ibi tradit per discursum,quādo possit deueniri ad torturam,& à quo incipi debeat tortura.ibi in regu.36.& seq.recurre ad loca, de quibus habetur

in eius

in eius tabula alphabetica, & vide Iul.Clar.in pract.crim.q. 63.vers.sed quæro,pone, vbi dicit, ꝙ si quis dicat volo stare cum reo ad parangonum in tortura, non debet audiri. vt tenet Arnonus in dialogo 32.

Si statutum nō vult aliquem posse torqueri,&Potestas de negat alimenta, vel facit eum stare spoliatum sub Dio tempore hiemis,an punieť potestas? respon. ꝙ sic. vt inquit Bar. in tract.de qq.col.7.& Claudius in regu.crim.44.

Statutum dicit,quòd non possit quis poni ad torturam,nisi habitę fuerint contra eum euidentes præsumptiones?resp. Bar.quòd intelligitur,idest magna indicia,& ibi ponit,quod nam sit indubitatum indicium.Vide Criminalistas.præcipuę Gandy.in tract.de indi.& tortura.& Brunum,& Plot.in repe tit.l.si quando.C.vnde ui.& Bossi.ubi sup.

Quis torqueri non posset, si statuto caueretur, quòd delictum habens in se contractum annexum,non est numerandum inter delicta,nec pro eo agendum est criminaliter inter contrahentes propter delictum, & si alio statuto caueretur, nullum esse torquendum, nisi corporaliter esset puniendus, quod secus est de iure. Nam in causa ciuili, quæ in se habet delictum annexum, reus torqueri potest. ut inquit Cassan. in consuetu.Burgun.in rub.pag.20.ubi agit de bassa iurisdictione. & vide Iulium Clar. vbi de tortura & indicijs agit. & quando facile deueniatur ad torturam, ponit Claud.in regu.crim.27. & quænam sint indicia sufficientia ad torturam, uide ibi in regu.28.Et no.ꝙ cauti iudices, quando adhibent quæstionem,faciunt protestari in actis citra præiudiciū plene probationis. secundum Alber.in rub.C.de quæst.& Frāc. Marcum in decis.Parlamenti Delphinatus.in q.156.lib.2.& Claudium in regu.cri.36.num.3.vide omnino.vbi habetur etiam quando fiat absolutio libera, uel ne ipsius rei, & qua cautela vtatur iudex in absoluendo reum? Cętera nostis.

Tume-

Tumefactio.

AD statutum de tumefactione vide Bart. in l. prætor ait. §.fi.ff.de iniur.ubi dicit, quòd tumefactio est vulnus, quando fecit scisuram ab intra, licet non ab extra, & etiam quando dedit causam necessariæ scisuræ ab extra, faciendæ per medicum.de quo tractat Cæpolla in consi.crimi.40. nū. 4.ubi etiam dicit, quòd omnis scisura, uel omnis separatio in corpore vulnus appellatur.l.si seruū.§.rupisse.ff.ad l.aquí.

Turbare.

SI statuto cauetur, quòd turbantes ciuitates puniri debeāt. Si quis vicinos suos, aut priuatos turbauerit, & ex hoc oriretur inquietudo ciuitatis. Iste non incideret in pœnam dicti statuti.Nisi statutum diceret, quisquis facit aliquid, ex quo quies populi turbetur, quia tunc bene incideret.ut in q. Bal.in l.1.§.huius studij,ff.de iustit.& iur. ubi,& Zasi.hoc tradit num.16.

Si statutum est factum contra turbantes,Intelligitur principaliter, & non secundario. secundum Bal. Ang.& cæteros in d.l.1.§.huius studij,per illum tex.ff.de iusti.& iure.& Rui. in conf.61.nu.5.in 3.uol.& Plotum in l.si quando,num.780. C.unde ui.& Gomes. in regu. cancellariæ. de non tollendo iure quæsito. q.tertia pag.38.Et quando quis dicatur turbare, ponit Bal.in cōs.436.in 5.uol.& præsumitur in dolo, qui nouam possessionem occupat, quam alias non possideret. l. cum quærebatur. C. unde ui. & firmat Bal. in consi.82. in 5. uol.& compossessores quando litigant, & æquæ probant, & unus turbat alium in possessione,non incurritur in crimen aliquod.secundum Bal.in consi. 432.in 4.Quæ uerò sint necessaria ad probandum latrocinium, rapinam, uel spoliatio nē alicuius rei mobilis, & qualiter fiat probatio, ponit Bal. in consi.98.in 5.vol.& in consi.337.& seq.in 5.vol.

Statutum, quod punit aliquem turbantem alium in possessione tali pœna, & ad restitutionem possessionis. Non ha-

bet

bet locum in eo,qui tantum turbauit, & non abstulit. ut ait Firma.in tracta.de episco.in 2.parte.sub nu.38. Et d.statutū non habebit locum, nisi in casu, quo restitutio possessionis fieri possit, prout præsupponit statutum. ut inquit Deci. in consi.90.nume.2.in 1.uol. Et hoc statutum requirit dolum, quando loquitur in personam. ut si quis turbauerit.Secus si in rem. secundum Alex.in l.iustè possidet.ff.de acqui.posses. & Corn.in cons.205.in 2.& Rui.in cons.83.nu.5.in 5. vol.& Bal.in qq.ad statuta.ver.possessio.nu.3.& Soz.iunio.in cons. 18.in 1.& Corn.in cons.94.in 3.uol.&c.Nos quoq; Ferrariæ habemus statutum, de possessione turbata, uel inuasa.Quid autem probare debeat intentans condictionem d.statuti, lo quentis in rem, ponit Papiensis in for.libell.pro turbata pos sessione.in glo.& eam nititur. Circa materiam d.statuti uide Alex.in consi.31.& 37.in 7.uol.Si tamen conuocatis,& congregatis hominibus ex agro suo aliquem deiecit. est textus in l.Iulianus.ff.de priua.delic.& l.si quis aliquem,eo.tit. De pluribus quæsitis.vide Bald.in disputatione accusationis.de iureiu.col.antepen. An d.statutum habeat locum, quando nō deijcitur de possessione,vide Bal.& Soz.in cons.82.ad fi. in 3.parte. & Papiensem in forma libelli pro turbata posses sione.in glo. animo & intentione,& Ang.in trāct.malefi.ver. quarto quæro.cum addi. in fol.44. Extat & aliud statutum Ferrariense. Ne quis turbet posseß. super aliqua re,penden te lite.Ad quod vide Dec.in c.ex parte,col.2.de rescrip.uer. ex prędictis noto. ubi dicit, quòd appellans spoliādo aduer sarium uidetur renunciare appellationi,& quòd amplius nō admittatur. Et no.quòd transiens per fundum alienum, potest accusari de turbata possessione. ut inquit Bar. in consi. incip.quidam accusatus.Et turbans simul unico actu plures, punitur vnica tantum pœna, si statutum punit actum, prout infertur personæ,sed pluribus pœnis punit, si statutum punit actum,prout respicit rem. prout inquit Bar.in l.1.§.si ad plures.uer.per hoc.ff.de sepulchro viola.Item turbās, & nō ex-

pellens incidit in pœnam ducentarum librarum, ſtante ſtatuto, quòd turbans & exppellens de poſſeſſione ſoluat libras ducentas pro pœna. & poſſeſſionem reſtituat. ut ait Bal. in l. mancipia in fi. uer. extra noto. C. de ſeruis fugiti. Item turbãs ſtatum principalem, punitur pœna ſtatuti, non autem, qui in conſequentiam alterius. delicti. ut inquit Bal. in l. 1. ff. de iuſti. & iure. & Alex. in l. ſi quis. ff. de iure fiſci. Item turbans non poteſt accuſari lege Iulia de ui publica, uel priuata, ſed criminaliter actione iniuriarum. l. iniuriarum. §. fi. ff. de iniurijs. Maximè ſi ſtatutum puniat criminaliter turbationem. l. qui pendentem. ff. de actio. emp. vide Corne. in conſi. 100. in 2. vol. & in conſi. 94. in 3. & in conſi. 172. in 3. & in conſi. 280. in 4. & Mattheſi. in ſingu. 70. & Plot. in l. ſi quando. C. unde vi. nu. 732. & nu. 723. vbi hoc fuſius. & Viui. in tract. ſuo communium opi. ver. ſtatutum diſponens, ſeù puniens. in 1. parte. Et de laboratoribus laborantibus, qui nã dicantur turbare in poſſeſſione. tractat Rolan. in conſil. 54. in 1. vol. per totum. Et ſtatutum loquens de turbante poſſeſſionem, debet intelligi ſecundum terminos iuris communis. ut inquit Portius. in conſi. 88. nu. 3. in 1. volum.

V.

VAGABVNDVS.



AD ſtatutum de Vagabundo, vltra Criminaliſtas & repertorijſtas. vide Corſetum in ſingu. uer. Vagabundus. & Alex. in conſi. 166. in 7. vol. & Sozi. in fallen. reg. 87. & fallen. 6. & Neuiza. in Sylua. lib. 4. ſub nu. 104. & Boſſium plenè in prac. crim. in titulo. de forocompeten. ſub nu. 70. & Ducnyas. in regula. 378. & ſeq. & Claudium Battandier in regula criminali. 7. & Iulium Clarum. in prac. crimi. q. 39. uer. cęterum, ſi reus. Et ibi ponit quid ſit Vagabundus. in uer. ſed hic quæro.

Variare.

STATVTVM loquens per uerbum futurum subiunctiui. Si semel recusat, potest iterum eligere pœnam, & uariare. ut ait Bar. in consi. 101. nu. 8. lib. 1.

Velo leuato.

AD statutum, quod utitur verbo Velo leuato, vide Pari. de Puteo in trac. syndica. §. an contra. sub nu. 11. vbi dicit, quòd dicitur velo leuato decidere, quando iudex procedit sine discussione, & examine negocij. & dicit ẽt Papiensis. in forma libelli. actionis realis. uer. summarie nu. 14.

Venditor.

STATVTVM puniens uenditorem, punit & emptorẽ propter correlationem. ubi sub est eadem ratio in ambobus, licet de emptore in statuto, ne verbum quidem ullum insit. ut inquit Bar. in l. fi. C. de indic. viduita. tollen. & in l. nemo martires. C. de sacrosanc. ęccle. & ita consuluit Bar. pro ut ipse attestatur. in d. l. fi. & est communis opinio. ut dicit Panormi. in c. quia clerici. de iure patrona. & Euerar. in centuria legali. in loco à correlatiuis.

Statutum de uendente rem suam, imponendo pœnam, Non habet locum in eo, qui uenderet rem, ad quam haberet actionem personalem. ut no. Bar. in l. Gallus. §. nunc uidẽdum. ff. de liberis. & posthu. & Dec. in l. qui actionem habet. nu. 5. ff. de regu. iur. hec habet locum contra illum, qui habet spem ad illam rem, si consensit alienationi. ut inquit Ias. in d. l. Gallus. §. nunc uidendũm. ff. de libe. & posthu.

Statutum prohibens uenditionem hæreditatis extraneo sub pœna, Non habet locum, si quis solummodo uendidit, nec tradidit. ut inquit Bal. in consil. 314. col. 2. lib. 3. de quo meminit Tiraquellus. in tracta. de utroq; retractu. §. 1. num. 46. & uide Lucam de Penna. in l. 1. C. ut nemo ad suum patrimo. lib. xi. ubi dicit, quòd uendens rem duobus, euitat pœ-

nam, si eorum alteri pecuniam reddit. Et idem dicit. in l.1. C.de cupressis.lib.xi.

Statutum disponens, quòd qui uendit rem extraneo, incidat in pœnam; Non comprehendit hæredem, qui in testamento damnatus est uendere. ut inquit Tiraquellus in trac. de legib.connubialibus, in glo.8.sub num. 186. pag. 347. & vide Neuiza.in consi.39.& omnino etiam Viuium in tracta. communium opi. ver.statutum contra venditorem par. 1.

Et nos Ferrarienses habemus statutum, sub rub.de vendẽte, uel locante rem duobus diuersis temporibus. Ad quod Dic, quòd ad hoc ut alter præferatur, sufficit ꝙ sit facta traditio per constitutum. ut docet Dec.in l. contractus.ff.de reg. iur.num.14.ubi hoc dicunt etiam cæteri. Istud statutum fortè non haberet locum in persona ecclesiastica.ex quo dirigit verba ad personam non concedentẽ.iuxta no. in c.quæ in ecclesiarũ extra de cõsti. & in auth.cassa.C. de sacrosan.eccle. de quo.vide Alex.in cons.8.in 2.par.& ĩ cons. 25. in 4.par.Et ꝙ probari debeat in casu d. statuti, ponit Alex.in cons.109. uer. 2.principaliter in 5.part.in fi.Et dũ dicit, uel alio iure ad longum tempus, uidetur excludi locationẽ simplicẽ, prout tradit fusius.Ias.in l.quoties.C.de rei uendica. Et no. quòd conducens domum simpliciter, uidetur conducere pro solita pensione.secundum Dec.in c.cum.M.nu. 6. de constitu. Sed pone, quòd pro cõtractu non est soluta gabella propter instrumentum, & sit statutum, quòd cõtractus sunt nulli, quã do in tempore non sit soluta gabel.si postea alius fit contractus, An locum habeat statutum? respon.ꝙ non.per regulam quod nullum est, &c.nec ob.Bal.in l. seruum filij.§. eum qui. ff.delega. 1.qui loquitur, quando ob non solutionem, vel insinuationem, vel ob non registrationem instrumentũ est nullum.Immo vult, ꝙ in eis sit nullum.tamẽ Imola. Cast.& alij, quos allegat.Firma.in ver.instrumentum.primo. vers.xi.tenent contra Bal.quoniam & si statut annullat instrumẽtum. tamen contractus poterit per testes probari. Sed an hoc statutum

tutum annullet etiam contractum.& per cõsequens valeat se cundus contractus, & vendens rem duobus pœna punietur respon.Papien.in forma libelli in hipotheca . in glo . sub eadem.de oblig. in fi.Quod limita vt per Iaſ.in d.l.quoties. C. de rei uendica.& Alex.in conſi.119.in fi.vol.5.& Iaſ. ubi ſupra.col.10.num.13. Et punitur crimine ſtellionatus . ſecundum Bar.& Bal.in l.qui duobus.ff.de falſis.quia deliquit . & idem eſt de ſecunda inueſtitura facta per procuratorem . vt ait Firma. in uer. uenditor tenetur uerſ. 73.Et.d.ſtatutũ etiã habet locum in datione in ſolutum . vt inquit d.m. Cephalus.in conſi.159.num.21.lib.2.uide ad ſtatu.omnino.Gozadi.in conſi.14.& Rolandum à Valle.in conſ.69.in 3.uol.& Tiraquellum.in ſuo tracta.de conſtituto poſſeſſorio.in parte.1. num.23.ubi dicit,quòd ſi duobus res uendatur,& primo trãſ feratur poſſeſſio per conſtitutum,& ſi poſt ſecundo tradatur, ſuſtinetur prior.& ita ſe habet communis opinio.uide Ferratiũ.in cautela.48.& Sozi.in fallen.in regula.118. & Ange.de Aretio.in eius tracta.maleſi. in uer. falſario. num.31. ubi ex mente Bar.in l.qui duobus.ff.de falſis dicit,quòd ſtrictè,quã do in diuerſis contractibus eandem rem duobus uendidit,in cidit in falſum . Secùs, ſi diuerſis contractibus, eandem rem duobus donat, uel alio titulo quàm per uenditionem alienat,quia non pœna falſi, ſed crimine ſtellionatus punietur . quod eſt uerum,ſecundum Bar.ſi dixit uerum.Aliàs,ſi interrogatus dixerit ſe non donaſſe,uel nõ obligaſſe alicui prius, & mentitur,quia tunc incidet in pœnam falſi propter mendacium.l.ſi à debitore. ff.de falſis & quæ ſubſequitur Auguſti. de Arimino.ibi in addi.ad Ange.uide etiam Crauettam . in conſi.77.num.18. & Fabium de Monte. in tracta. de emptio. & uendi.in 3.q.nu.50.in tomo.8.& Marſil. in ſingu.82.& Sozi.in conſi.30.in 4.

Vene-

Venenum.

STATVTVM permittens bannitum posse impunè occidi, Non habet locum in occidente veneno. Nisi esset bannitus pro crimine læsæ maiestatis. secundum Arno. in solilo. 21.& Asini.de religio. & sumpti func.pagi.123.sub.nu.113. Et plus est, ueneno hominem occidere, quàm gladio,& dicitur proditoriè occidere, qui ueneno occidit. secundum Arno.in epito.48.& 49. Cōsanguinei uenenantes carceratum, ne vituperentur ex publica morte, puniuntur ut parricidæ. vt inquit Bal.in l.1.ff.de statu homi.& Arno.in epitoma. 50. & problema.24. vbi dicit, ꝙ occidens veneno illũ, qui aliàs erat occidendus, punitur pœna mortis. & idem in dialogo. 44. Excusat iure medio Aromatarios, qui vendunt malum uenenum personis, quia si vendunt probis personis, quæ careant suspicione, excusantur. vt ait Carre.in prac.cri.in prin. sub num.101.ver.in textu.in uer.ueneficorum.& Milleus.in prac.crimi.pagi.114.num.122.& Monteleo. in practi. arbitra.in parte.4.ubi fusius habetur de ueneno.& Bossius.in practi.crimi.& Iul.Clar.in prac.crimi.in §.homicidium.uers.punitur etiam.Et an puniatur pœna mortis, etiam, si ille, cui datum est uenenum, mortuus non fuerit, ibidem uide.& Ange. in l.milites.C.de .qq.& Afflictum super constitu. lib.3.pagi.206.& Placam.in epito.delicto. cap.20.& omnino etiam Menochium. in tracta. de arbitra. iudic.in casu.359.& dicit Angelus.ubi supra.quòd si quis uisus est emere uenenum,& præcedant aliqua signa uenenationis, erit indicium, etiã contra hominem bonæ famæ.Idem tenet Paris de Puteo in tracta.syndica.in uer.tortura.2.ubi adest Auctariũ. Et mortuus ex ueneno cognoscitur ex liuoribus in toto corpore, & spumis ore fluentibus,& si cremetur corpus, cor illesum manet præseruatum ex ueneno.uide Folleri.in prac. cri. ubi agit de hoc.& Paul.de Cast.in cōs.195.& Carre.ubi supra.nu. 138. & Paul.de Cast.in consi.299.& Rodolphum Agricolam. de in-

inuentione dialectica.lib.2.cap.15.ad fi.& Maran.in Speculo.par.1.prin.4.partis.sub num. 62.& Docto. in §. item lex Cornelia de siccarijs.insti.de publi.iudi.& Iaco. Boulene.in L.capi.§.famosos.num.203.& seq.& Boeri. in decis. 216. & Grammati.in consil.36.& in consil. 38. Et nota, quòd poculum amatoriū est res illicita.l. 1.§.1.ff.de sica.& ibi no.Ang. contra aromatorios,uendentes aromata uenenosa.qui capite puniuntur. & idem dicit Villemata. in l.diuus.ff.de sica. sub num.60.& Parisi.in consi.167.in 4.uol.Et sciendum est, quod ueneficí in Persia pœna huiusmodi uindicantur, Ampla est petra,in qua capita eorum imposita,alia petra feriunt, quo ad faciem, & caput infre gerint.ut refert Plutrarchus in uita Artaxersis.uide.P.Gerar.in singu.65.ubi etiam dicit, ꝙ mulier,quæ timet sæuitiā mariti, potest petere,ut sibi caueatur. ut supra ego quoque posui. Et de ueneno tradit Alberi. in dictione uenenum.& Fely.in tracta.de conatu.& Bar.in l. 1.ff.de parrici. ubi ponit de monachis, qui conati fuere dare uenenum Abbati. & Grammati.in uoto.3.& uoto. 30. & magis communis est opinio,quòd emens uenenum, ut alteri daret, & attentauit,sed non perfecit, quia non sit mortuus, non punitur pœna ordinaria.& ad hoc allegat plures.nu.19. & Arno.in dialogo.44.& in epitoma.48. ubi ponit limitationes.Nisi statutum puniret attentatum. quia in attrocioribus semper punitur ēt attentatū.Et qui fecit,quòd potuit, nec se pœnituit, debet decapitari.vt dicitur ibi.num.97.per Carre. Item si quis venenaret fontem,uel puteum,ex quo actu mors sequeretur,ueniret puniendus pœna mortis.Idem,si imponeneret medicus,uel alius uenenum in medicamine,furca deberet puniri,quia proditoriè se gesserit.ut dicit ibi Carre.Item si quis confiteretur,aliquem ueneno occidisse,debet constare.Item si mulier accipit medicamina,ut non pariat,decapitabitur.Itidem si ob id abortum fecerit, quod animatū erat in utero.Nisi medici propter matris salutem ita fieri determinassent. uide Franc.Crem. in singu.49. & Carre. ubi supra.

Et

Et de uxore uenenata. uide Amanellum. de Claris aquis. in singu. suo. de hoc. ubi etiam ponit, de illis, qui ponunt sibi herbam in pedibus & tybijs, ut appareant infirmi, & sic extorqueant eleemosinas. ut dicitur. C. de mendicā. ualidis lib. x. in glo. in uer. plenitudinem qua expensæ eis factæ in iudicio repeti possunt. & uide. in qq. Tholosa. 401. & ibi Appostillan. ubi de mendicantibus ualidis dicit. qui ut pallidi appareant, fingunt se fucatis coloribus, & exhibent se uulgo infirmos, cum non sint, ut consequantur eleemosinas. Et de malo medico dicit Afflic. in decis. Neapoli. 123. Et de incantatore Firma. in repertorio. & in tracta. de Episco. in 2. par. 4. lib. nu. 4. & uide tractatum de sortilegijs, & de lamijs. Et no. ꝙ dare pocula amatoria mulieri, non est hæreticum. secundū Alberi. in rub. C. de hæreticis. & Zanneti. in tracta. de foro cō scientiæ. & Paul. Girlan. in trac. de sortileg. num. 25. Item si quis portat arma venenata, debet puniri acerbiori pœna. vt ait Bal. in l. nemo. C. de summa trini. vbi etiam dicit, ꝙ occidens aliquem veneno, dicitur cum proditoriè occidisse. & Barba. in tracta. de Cardina. lega. à latere. in 2. q. basilica. sub nume. 14. Et statutum de ueneno, intelligitur de malo veneno. Nam lex mala venena uocat, quæ ad necandum homines facta sunt, aut homines ægrotare faciunt. l. 3. §. hæc adiectio. ff. ad l. Cornel. de sicca. & l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis Bona autem, siuè mala venena dicuntur illa amatoria, quæ in poculis amatorijs commiscētur. vt ait Bal. in d. §. hæc adiectio. & Bar. in d. §. qui abortionis.

Si statutum dicat, si quis voluerit venenare, capite puniatur. si quis tamen præparauit tantùm uenenum, non decapitabitur. secundum Bal. in consi. 443. in 3. vol. vbi plura dicit de venenante. & verbum voluerit, intelligitur cum effectu, & re ipsa, quod scilicet fecerit. prout dicit Cremen. in singu. 49. & Deci. in l. non vult hæres esse. ff. de regu. iur. & Fely. in c. 1. de præsumptionibus. & qui sciens animalia vicini venire in talem locum, proiecit escam venenosam, tenetur. vt ait Abb.

in

in c. si quis. de iniurijs & Cepolla. in consi. vlt. & Neuiza. in sylua. Et de herba aconito tractat Afflic. in consti. in rub. de hæreticis. num. 10. & Petr. Lanande. in tract. de doctoribus. vbi dicit, quòd perdit mures solo odore. Et de herba sabina. tractat Ananias. in consi. primo. per totum. Et de Aqua decocta in argento sublimato, quæ potest uenenare in magna quãtitate desumpta. ponit Alex. in consi. 115. in 3. uol. Et nota. quod poculum amatorium tempore Aristotelis non erat prohibitum inter uirum & uxorem. ut ipse Aristoteles dicit in lib. magnorum naturalium cap. 16. ubi refert quẽdam uxorem, quæ poculum dederat suo uiro, qui mortuus est, euasisse. Sed postea fuit prohibitum ex d. §. qui abortionis. uide omnino Iulium Clar. ubi supra. & Claudium Battandier. in regula criminali. 85. ubi habetur plenè de his. De uenenante tractat Cepolla. in consi. 80. Et ueneni crimen est detestabile, & execrandum. & longè grauius homicidio. ut inquit Grammaticus. in d. uoto. 3. Et ueneni delictum est occultum. & ideò in eo iudex debet esse promptior ad torturam. ut dicitur ibidẽ in d. uoto. 30. num. 1. & Barba. in consi. 23. col. 8. lib. 2. & Afflic. in c. 1. de malis & noxijs medicamentis. ubi ponit etiam alij. in constitu. regni. & Neuiza. in sylua. lib. 1. nume. 44. & Alex. in consi. 115. in 3. uol. De eo autem, qui recepit pecuniam, ut aliquem uenenaret. uide Corne. in consi. 202. in 1. uol. uide etiam Bude. in posterio. ad no. pagi. 323. & pagi. 88. & l. item si obstetrix. §. 1. ff. ad. l. Aquil. ubi, si quis ui, uel suasu medicamentum malum alicui in fuderit, uel ore, uel clystere, tenetur lege aquilia, si manib. dedit, in fudituè. & uide Grammati. decis. Neapoli. 2. ubi dicit, fuisse decisum, quãdam ancillam, quæ sublimato uoluit uenerare dominum, morti naturali non esse tradendam. uide. d. m. Alcia. in l. censere. ff. de uer. signifi. & Boeri. in decis. 61. in fi. & Bal. in consi. 211. in 4. ubi dicit. quod stãte statuto, quòd qui associauerit, & fauorem dederit homicidæ, puniatur. si quis præparauerit uenenum, & miserit, non incurrit in pœnam statuti. sed punie

tur arbitrio iudicis: etiam ad mortem. & Parisi. in consil. 167. in 4. uol. per totum. & Cassane. in consuetud. Burgun. in rubri. pagi. 14. sub num. 15. & sub num. 32. ubi dicitur de filio, qui uoluit uenenare patrem. plura dicuntur ibi. & nume. 52. & plura tradit Follerius ubi supra sub titulo. dentur capitula. & titulo. Item, quòd sororem uenenauit. & Iodocum. in prac. crimi. cap. 74. in titulo. de homicidio per uenenum. pagi. 172. & Firma. in reperto. & Alba. in cons. 72. Et no. quòd mulieres citius, quàm viri in suspicionem veneficij incidũt: ut inquit Cantiuncula in topicis, in loco ab adiunctis. pagi. 68. Et nos Ferrarienses habemus statutum sub rubrica. de pœna venenantis, vel venenum habentis, vel venenari facientis aliquem. Ad quod statutum vide Menochium in tracta. de arbitra iudic. in casu. 359. nume. 3. lib. 2. Ead idem statutum in ver. scienter. adde Corse. in singu. 326. & Alex. in cõs. 115. vol. 3.

Verberare.

STATVTVM dicit, quòd qui verberauit aliquem, puniatur in decem. Pone, quidam pugno percussit aliquem, An puniẽtur statuto? respon. Alberi. in qq. ad statuta. q. 230. in 2. par. quòd non. per §. seruis. institu. de injurijs. quia magis dicitur percussio, quam verberatio. l. si seruum. §. si mulier. ff. ad. l. Aquil. & Nouell. in prac. crimi. & Bar. & alij in tracta. de percussionibus. & supra dixi.

Verbum.

STATVTVM, loquens per verbum futurum, An requirat sententiam? responde, vt per Sozi. in falleri. in regula. 360. & supra dixi.

Verbum præsumat, In statutis. intelligitur, quãdo quis propria authoritate facit actum. secùs, si de cõmissione alterius. vt inquit Abb. in c. decerminus. de iudi. & Deci. ibi num. 6. & D. Bursatus. in consi. 20. num. 1. Cui maximè debeo, propter consi. 18. Et de uerbo audeat tractat isdem Bursatus. in consi. 177. num.

77. num. 6. ubi dicit, quòd dolus malus requiritur, nec sufficit lata culpa. Et ideò dicit, quòd portans tormentum, quod ar chibusum dicitur à rota paruæ mensuræ, habita licentia à ma gno uiro ciuitatis, uel coram officialibus conniuentibus ocu lis, & silentibus, non incurrit in pœnam. Et statutum non ha bet locum in eo, qui ignoranter contrauenit. secundum Ar. no. in commentario. 55

Quoties verba geminata sunt in statuto apposita, seriosè; & non ex lubrico apposita censentur. vt dicit Euerar. in centuria. in loco. à locutionis geminatione. ad fi. ver. aut uerba scribuntur. & uer. hinc etiam est, inquit. quòd quando in vno statuto pluries exprimitur id verbum; tunc de mente statuti exorbitantis, vel pœnalis est, quòd non fiat extensio ad aliũ casum, quàm ad nominatum.

Verba posita in vno capitulo statuti, Intelliguntur repetita in alijs capitulis, quæ sunt de eadem re & substantia. Et repetita intelliguntur, si incontinenti subsequuntur; & actum de quo agitur, non vitiant. quia ex interuallo non videntur repetita. l. per retentionem. C. de vsuris. vbi no. plenè Alberi. in l. Titia. §. idem respon. ff. de ver. ob. & in l. quemadmodũ. §. fi. ff. ad l. Aquil.

Ad statutum, quod vtitur verbo solet. vide Alberi. in qq. ad stat. q. 12. in 1. parte. vbi tractat etiã de verbo intelligitur.

Statutum, quod committit iudici. vt expediat secundum, quod sibi videbitur, Intelligitur tamen habito consilio peritorum. prout declarat d. Anto. in c. vt debitus. de appella. & in c. 1. de constit. quem ibi sequitur Alexandrinus. & ait idẽ Ant. ꝙ in arbitrarijs, iudex debet ferre suum arbitrium cum consilio peritorum. & allegat, quæ habentur in c. ne innitaris. de constitu.

Ad statutum, quod loquitur per uerbum placuerit & uidebitur. vide Roma in consi. 55. col. 2. vbi dicit, ꝙ ambo hæc boni viri arbitrium important. vt ait Plot. in repetì. l. si quando. sub num. 635. C. vnde ui. ubi fusius de hoc tractatur. & mo-

Verba statutorum, quæ præcedunt, declarant ea, quæ subsequũtur. l. vtrum. vers. puto. ff. de peti. hære. & Paul. de Cast. in consi. 112. incip. super dubio.

Verbum vnius statuti intelligitur secũdum aliud verbum eiusdem statuti, vel alterius. modò sit in eodem volumine. l. non est nouum. cum seq. ff. de legibus. & l. 1. §. & parui. vbi glo. & Bar. ff. quòd vi aut clam. l. Ita pudor. vbi glo. & Bar. C. de adulte.

Statutum loquens per verbum præteriti temporis, Nõ extenditur ad futura, quando tollitur materia delinquendi. vt ait Marsil. in §. aggredior. in prac. crimi.

Quoties statutum concedit arbitrium iudici, per hoc verbum, ꝙ habeat moderari pœnas. Nunquam potest imponere pœnam mortis. quia verbum moderari importat diminutionem pœnæ. ita dicit Maria. in c. inquisitionis. de accusa. & Fely. in c. ex literis. col. pen. & Maran. in Speculo. in 4. par. 1. dist. sub nu. 52.

Vbi statutum punit delictum per verba præteriti temporis, Nõn punitur attentatum, non solum ex forma statuti, sed nec etiam de iure communi. vt tenet Saly. in l. is, qui cũ telo. C. de sicca. & Corne. in consi. 202. col 2. in prin. vol. 1.

Verba quouis modo, in statutis important, quòd ibi nulla distinctio, nulla restrictio, aut limitatio fieri possit. & ideo secundum Saly. in l. 2. C. de noxalibus, si statutum disponat, quòd quicunque occiderit quouis modo, decapitetur. Tunc non distinguitur dolo, uel culpa? Nec fortè quamuis fecerit ad sui necessariam defensionem. secundum Alex. in l. & si seuerior. C. de infami. & gl. in clem. ne Romani. §. irritum. ver. quouis modo de sententia excommunicatio. & Ias. in consi. 147. sub num. 3. in 4. vol. Et dictio quiuis, uel quæuis. est vniuersalis præcisa, & comprehendit omnes modos, etiã non expressos, & non maiores. secundum glo. in clemen. 1. ver. quauis. vbi notatur canonistę. de re iudic. & glo. in clem. 2. in glo. fi. uer. quauis. de rebus eccle. non alienan.

Sta-

Statutum, quòd utitur verbo præsumat, Non habet locũ in eo, qui non in contemptum, sed ignoranter contrauenit. sed notat dolum, & temeritatem. ut inquit Cardi. Zaba. in clem.1.in princ.q.39.de priuilegijs, dicens. se ita consuluisse in casu dictæ clem, quæ utitur simili uerbo. Idẽ tenet Calder.in consi.4.de sententia excommunic.& Fely. in rubr. de presumptio.& Arno. in commen.55.& Dec.in c. sanè.num. 26.in 2.no.& d.m.Alc.in tract.de præsump.in 2.par.in prin. num.1.& 2.& Firma. in uer.præsumat.& d. m. Cephalus in cons.167.nu.12.in 2.vol.Et tale statutũ non habet locum in eo, qui alieno nomine facit. & hæc communis est opinio.secundum Abb.in c.decernimus,num.25.de iudicijs: & Corset. in tract. indag.iur.lib.1.cap. 22. Item non habet locum, nec ligat hominem simplicem,& ignarum, contrauenietem dispositioni statuti sine dolo, & præsumptione, seu audacia, & temeritate. ut inquit Card.in clem.1.q.38.de priuilegijs. & Fely.in c.quoniam contra.in ult.no.de proba.& Calde.in d.consi.4.& Menoch.in consi.73.num.10.

Statutum, quod loquitur per uerbum omnino, uel omnibus modis, intelligitur ipso iure. secundum Roma.in singu. 1.& ibi addit Corsetus in singu.ista voce.

Ad statutum, quod loquitur per uerbum cuiuscunque cõditionis, uel status existat, puniatur, &c.vide Alber. in dictione ista.vbi dicit, quòd de sui natura certum seruum com prehendit. & de uerbo intelligitur.vide Alb.in ver.cõditio.

Verba statutorum nõ trahuntur ad impossibilia. ut inquit Ioan Lecircir.in trac.de primogenitura.q.16.sub num.6.ubi fusius de hoc dicit. & de uerbo infamare posito in statutis, vide Bar.in l.turpia.ff.de leg. 1.

Verbum si quis Tam masculum quàm fœminam comprehendit. ut est tex.in l.1.ff.de uer.sign.& dicit Alber.in quæstio.ad statu.q.6. sub nu.59. & docto.in d.l.1.& Gomes. in regula cancellariæ.de infirmis resignantibus.q.6.pag. 74.

Verbum protegere, Intelligitur, etiam cum armis. ut inquit

quit Guido Pap.in q.584.& vide Cagnol. in prooemio.ff. forum.col.3.nu.22.

Verba statutorum debent propriè interpretari. Et propriè intelligitur, quòd uerè dicitur. ut dicit Bal. in vsibus feudorũ. in titulo de ijs, qui feu. dare possunt. in prin. sub nu.3. ad fi. & ibi in addi. hoc ponitur.

Iudices debent apponere verba statuti, quando pronunciant secundum formam ipsius statuti. secundum Bal. in qq. ad statuta. in uer. iudex. nu.2. & uide Roma. in consi.*376*.

Verba statutorum impropriantur, ut minus recedatur à iure communi. vti probat. c. dilectus. ubi etiam ita dicũt doc̃to. de constitutionibus. & Corne. in consi.209. litera. y.

Dicit statutum, quòd pro quolibet uerbo iniurioso quis puniatur in tantum. Qualiter intelligitur uerbum, & qualiter intelligatur iniuriosum, Declarat Bar. in l. item apud. §. ait prætor. ff. de iniurijs. & in consi.108. in 1. parte.

In dubio verba statutorum, debent intelligi in casu proprio, & non ficto. ut inquit Cæpolla. in consi. 14. nu. 34.

Verbum ausus in pœnali statuto, sumitur in malam partem. ut inquit Lucas de Penna. in l. milites. ad fi. C. de re militari. lib. xij.

Verbum vsq;, in odiosis excludit. ut inquit glo. in l. id est. ff. de dolo. & Franc. Marcus. in decis. parla. Delphi. q.*339*. lib.2. Quod nota pro statutis criminalibus.

Verbum pro qualibet vice, in statutis intelligitur separatis temporibus. vt inquit Bar. in consi.108. in 1. parte.

Vestis.

STATVTVM puniens portantem vestem certi generis. Non comprehendit fieri facientem, & eam domi habentẽ, sed non portantem. ut ait Fely. in c.1. de præsump. Et no. q̃ licet vestium appellatione veniant omnia tangentia corpus. l. uestis. §.1. ff. de auro & argen. lega. tamen in materia pœnali. secùs est. propter communem usum loquendi. ut ait Cardina.

na.in clem.2.q.5.de vita & honesta.clericorum.

Via publica.

AN appellatione viæ publicæ veniat strata? resp. quòd non.ut tenet Firma.in reperto.in uer.via Quod nota ꝑ statutis criminalibus.

Vicini.

SI statutum dicit,quòd vicini teneantur denunciare maleficia.Dic,quòd vicini sint,& non proximiores.vti declarat Bar.plenè.in l.si tertius.ff.de aqua plu.arcen. & Bal.in l.diuersarum.C.de captiuis & post limi.reuer. Et qui sint vicini, ponit Bar.in l.1.& ibi Alex.in apostill.ff.si cer.peta. & Fely. in c.quosdam.in prin.ubi etiam Panor.in 4.no.de præsump. & Nellus.in trac.Bannitorũ.in 2.parte.q.65.& Tiraquellus. in tracta.de vtroq; retractu.§.1.in glo.9.nu.21. & Signorolus.in cons.32.ubi in terminis consuluit Cępolla.de seruitu.

Si statutum dicit, vicini teneantur capere malefactorem sub pœna,Intelligitur,si vicini possunt,adhibita eorum diligentia.aliàs secùs.vt inquit Abb.in c.cum sint.num.7.de eo, qui mitti.in possessio.Et vicini intelliguntur, qui inuicem se exaudire possunt.vt dicunt docto.in l.1.ff.de uerbo. obliga. ubi etiam Moderni ita ponunt. & Bossius.in prac.crimi. in titulo.de rapinis.

Victus victori condemnetur in expensis.

STANTE statuto. quòd uictus uictori condemnetur in expensis, Etiam in criminalibus debet condemnari in expensis.secundum Ias.in l.properandum.§.fin autem alterutra.C. de iudi.sub nu.21.& seq.& Alberi.in qq.ad statuta.lib.2.q. 191.num.1.fol.51.& Boeri.in consil. 27.per totum.& Grammati.in decis. Neapoli.39.& Mille. in prac.crim.ubi de hoc scribit.quod intelligitur,nisi habeat iustam causam litigãdi. secundum Stepha.de Federi.in tracta.de interpreta. iur.parte.2.prin.sub nu.61.ubi dicit hoc est uerũ, quãuis contrariũ

aliquid

aliqui dixerint,& ita debere obseruari de consuetudine. ui-
de decisionem Perusinam.52.& Alba.in consi.5.per totum.
& Ber.Diaz.in uer.accusa.& Franc. Marcum in decis. parla.
Delphina.678.nu.6.lib.1.& q.191.lib.2.& Gomes.in regu.
cancella.in titu.de annali possessore.q.4.& Claudium. in re
gula crimi.16.& sequen.& regu.150.& seq.& Iulium Clar.
in practica. crimi.q.62. uers. sed nunquid. ubi ponit plura.
Et ibi etiam ponit,quando calumniator puniatur de calum-
nia.& Benintendis.in decis. 46. ubi uidebis etiam, quis di-
catur calumniator,& an de calumnia teneatur accusator.
Innocens tamen non debet,nec in sumptibus,nec in aliquo
uexari,nec grauari. vt inquit Bal. in l. secunda. in fi. C. de
ijs, qui latro. occide. quem ad hoc citat Rolan. à Valle in
consi.17.nu.5.in 3.vol & in d,decisione Perusina 52.Et quan
do quis succumbit super articulo iuris,debet condemnari in
expensis.vt ait Bal.in consi.472.in 1.vol.in fi.& Marsil. fusius
in consi.19.in 1.vol.sub nu.1.& in consi.36.eo.vol. & in prá-
cti.crimi.in §.superest.vbi hoc habetur fusissimè. Et etiam in
stigator debet in expensis condemnari. vt inquit Marsil.in d.
§.superest.& in d.consi.36.&.44.in 1.vol.& Firma.in ver. in-
stigator.& Ange. in tracta.malefi.in ver.Et ad quærelam. &
Cepolla.in consi.75.ad fi.Etiam si habeat iustam causam in-
stigandi.vt dicitur ibi per docto. & Iulium Clarum. in prac.
crimi.q.7.ad fi.vers.sed nunquid. vbi etiam videbis,quando
denunciator,& instigator debent in expensis condemnari vi
ctori.Et dicit Ioan. de Amicis.in consi. 51. quòd instigator
tunc tenetur ad expensas,quando ipse,& accusator, ac denũ
ciator,vel iudex temerè,& sine causa ageret. Secús si ex iusta
causa procedit.ut ibi latius prosequitur.& in consi.82. & in
consi.83.Et nos ferrarienses habemus de hoc statutum sub
rub.de modo & forma procedendi per inquisitionem. ad fi.
statuti.ver.Et ut calumniosis.&c.lib.3. & de instigatore tra-
ctat Guido pap.in singu.362.ubi dicit,quòd instigator dici-
tur,qui parat accusatori probationes.& sumitur in bonam &

malam partem. vt dicit Calepinus. uide Iulium Clarum. in prac.cri.q.10.Et accusans dicitur stimulus instigãs iudicem. ut ait Neuiza.in sylua.lib.3.sub num. 31. pagi.224.ubi dicit plura circa instigatorem.Et ibi uide, quando iudex dicatur procedere ex puro & mero ipsius officio. Et de instigatore tractat D.Luchi.de Curte.inter consil.crimi. consi.63. Et ibi videbis,quãdo incidit in Turpilianum, si desistit ab incepto. & Cataldi.de Boncompagnis.in tracta. syndica.de quo meminit Marsil. in allegatis consilijs. & tractatur per Bossi. in prac.crimi.in titulo.de accusatione.sub nu. 28. & 29.& Ber. Diaz.in regu.20.& Grat.in consil. 97.per totum. in primo. vol.vbi hoc tractatur bene.& Fely. in.c. significauerunt. de excep.& Paul.de Cast.in l.ob hæc verba.ff.de infami. & Milleus. in prac. criminali. pagi. 53. in glo.in ver.prouisionis. nu.6.Et pluribus modis quis dicitur instigator.l.1.§.incidit. ff.ad Turpillianum. & Bossi. in practi. crimi. in titu.de præuaricatoribus,calumniatoribus & tergiuersatoribus.sub nu. 9.& in titu.de mandato ad homicidium. nu.61. in titulo. de inquisitione.nu.25. & 26.vbi habetur plenè de instigatore. Et de iudice malè inquirente, qui debet condemnari in expensis,ponit Marsil.in prac.crimi.in §.postquam num.94.pagi.18.& in §.superest.eo.lib.& Gratus.in d. consil. 97. in 1. vol.& Marsil.in l.patre.num.18. ff.de quæstio.& quando victus in criminalibus debeat condemnari in expensis,tractat Marsil.ubi supra.Et no.quòd omnis impensa, quæ fit pro punitione criminum,incumbit Fisco.& iure merito. secundum doctores.in l.1.C.de mulie.quæ se proprijs seruis immiscue. quia Fiscus accipit etiam pœnas,& mulctas. vt patet in toto titulo.C.de modo mulctandi.& dicit Azo.in summa. C. de pœnis.& Anto.Nicell.in tracta.de cõcor.glossarum sub nu. 215. in tomo. 1. Et si iudex absoluat inquisitum, tenetur in expensis,si eum dolo,vel lata culpa temerè fatigauit.vt in quit Bal.in l.seueriter. in lectu.antiqua.C.de excusa. tutorũ. & Anto. Nicellus. vbi supra.num. 47.vbi traditur etiam de

iudice,

iudice, accusante, denunciante, & instigante: quando teneantur ad expensas? Et, quòd in causis criminalibus victus victori debeat condẽnari in expẽsis est communis opinio. de qua Michael Grassus meminit in suo tracta. communium opinionum. lib. 2. cap. xxij. q. 1. pagi. 162.

Si per statutum disponitur, ꝙ victus condemnetur in expẽsis, licet illud idem fuerit dispositum à iure communi. tamẽ, vt statutum non sit frustratorium, & aliquid operetur, Intelligitur, etiam in casu, in quo victus haberet iustam causam litigandi. ita dicit Bar. in l. 3. §. si rem. ff. de lega. 3. & Gome. in regu. cancella. in c. 1. num. 18. de constitu. lib. 6. vide omnino Marsil. in tracta. de fideiussoribus. nu. 302. inter tracta. diuersorum. Sed cõtra. tenet D. Iosephus Ludouicus. in d. decisione perusina. 52. vide Alberi. in qq. ad statu. parte 2. q. 191. num. 1. fol. 51. & vide omnino Michaellem Grassum. in suo tracta. communium opinionum. lib. 2. titulo. 22. q. 5. vbi dicit. quòd quando statutum dirigit uerba non in iudicem, sed inducit quandam obligationem ipsius victi, ut uictus teneatur uictori ad expensas, uel uictor à uicto petat expensas, & tunc debet uictus condemnari in expensis, tamen si iudex cõmiserit conditionẽ ex statuto.

Vidua.

SI statutum dicat, quòd si uidua peccat in corpus, perdat omnia priuilegia mariti. Dic, quòd etiã perdit tutelam filiorum. ut inquit Bal. in l. his solis. C. de reuo. dona. & Plot. in l. si quando. C. unde ui.

Villa.

STATVTO cauetur. quòd de incendio, & homicidio per uim facto, uilla teneatur, ubi fuit factum. Antequam hoc sciatur, quòd scilicet sit factum ui, uel non factum, nõ potest procedi contra eam. quia debet prius constare de delicto. quod procedit, quo ad condemnationem. ut non possit procedi ad condemnationem. ita dicit Riminaldus. in cons. 6. in

1.& Nouellus.in regula.241.& Iulius Clarus.in prac. crimi. q.82.ſtatu.primò.& Crauetta.in conſi.260.num 1.Poteſt tamen procedi ex fama ad inquirendum.ut no.in l.iuſtiſſimos. ff.de offi.rectoris prouinciæ.& in §.potuiſſe.ubi dicit hoc etiã Bal. & iſdem Bal.in l. 1.§.ſi tibi.ff.ad Sylla.& Crauetta.in conſi.196.ad fi.in 1.uol.& fuſius.Bal.in qq.ad ſtatuta.in uer. uilla. Et opus eſt uera probatione, nec ſufficit contumacia, uel iuramentum ſuppletorium,uel fuga, uel confeſſio in tormentis.propter, quod ſit fideiuſſio præſtita.ſecundum Alberi.in qq.ad ſtatu.parte.1.q.52.& Alex. in conſi.47.num.2.in 6.uol.

Statutum,quòd uilla teneatur capere malefactorem. Non intelligitur de clerico malefactore.pro ut ait Barba. inter.cõſi.Alex.in conſ.104.in 4.uol.Et non ſufficit malefactorem capi per aliquem,niſi capiatur nomine uillæ. quia, ubi agitur de euitanda pœna, non ſufficit quid ſimpliciter fieri, niſi fiat ob cauſam,ex qua fieri debeat.ut optime dicit Cato Sachus. inter conſ.Calcanei.in conſil.65.col.2.de quo etiam Crauetta meminit in conſ.171.nu.16.in 1.uol.

Pone,decem homines occiderunt unum, uilla eos non cepit,& ſit ſtatutum, quòd pro homicidio pœnam centum ſtatuerit, an teneatur pœna centum uilla pro quolibet homicidarum? reſpon.Bar.in l.cum ſi exhibuiſſent.ff.de publica.§. ſi plures.quòd non tenetur,niſi ad centum tantum.

Si ſtatuto cauetur, quòd uilla, aut repreſentet malefactorem,aut damnum reſarciat,Pone,quatuor fuerunt malefactores,qui unam de populationẽ,uel robariã fecerunt. uilla repreſentauit unum. Dic, quòd pro rata tenebitur, ideſt pro quarta parte ſolum minuitur condemnatio.quia hæc eſt natura obligationis de iudicio ſiſti. l. ſi ſerruum. §. plurium. ff. ſi quis cautio.& tradit Bal.in l.1.C. ſi plures una ſententia.col. 1 in fi.& in qq.ad ſtatu.Et eſt æquũ ſtatutum hoc, ꝙ villa teneatꝰ cuſtodire territoriũ, ne ibi fiãt populationes,latrocinia, uel robariæ.& ſi nõ cuſtodit,ꝙ teneatur emendare damnũ.ut

inquit

inquit Bal. in l. si quis non dicam rapere. sub nu. 17. C. de episco. & cleri. per. l. ne quid. §. facinora. de incendio, ruina, naufragio.

Stante statuto, quòd uilla teneatur pro homicidio clandestino. Non habet locum, si suspensus fuit homo. quia tunc nō dicitur homicidium, ex quo non dicitur occisus. sed fune suffocatus. vt inquit Carre. in prac. cri. vbi de homicidio agit. col. 1.

Si ex forma statuti uenit condemnanda villa ob maleficium, & delinquentem per eam non captū, Non possunt condemnari ob id absentes, & infirmi. vt inquit Petr. Antibo. in tracta. de muneribus. sub num. 44. in §. 1. & vide Bal. in consi. 203. in 1. vol. Dispositio pœnalis contra ciuitatem, uel ciues, non complectitur villas. vt ait Grammati. in consi. 48.

Si dicit statutum. quòd quando uiolentia committitur in districtu alicuius villæ, villa emendet. Non defertur hoc casu iuramentum. vt dicit Bal. in l. 1. C. si per vim, vel alio modo. & Milleus. in prac. cri. & Plotus. in d. l. si quando. Consuetudo vtitur, quòd quando scitur quis damnum dederit, & est soluendo, villa non teneatur de damno dato. Secùs, si ignoratur quis damnum dederit, uel scitur, sed non est soluendo, & potuit villa ipsum prohibere, & non prohibuit, Tunc enim villa tenetur. Et ita per Tusciam seruatur. vt ait Angelus in auth. ut nulli iudicum. §. quoniam uero. sub nu. 3. uide Moder. in tracta. de iure & æquitate. in titulo. 14. in tomo. 17. & Claudium Battandier. in regula criminali. 102. & super. diximus in uer. de damnis. &c.

Vindicta.

DICIT statutum licere offenso assumere uindictam de offensione. An poterit uindicta sumi per interpositā personam? resp. Bal. in c. 1. §. iniuria. de pace iura. firman. quòd non. Et ualet hoc statutum. secundum Paul. de Cast. in l. refectionis. ff. communia prædiorum. Et licet congregare amicos,

eos, qui nec punientur. vt dicit glo. in l. cum fundus. ff. de vi & vi arma. & fusius tract. Alber. in dictione vindicta. & Firma. in ver. vindicta. & Rui. in consil. 1. in. 5. volum. & Bal. in qq. ad statu. ver. vindictá. Limita tamen hoc, vt per Fely. in c. quæ in ecclesiarum, num. 12. de constit. An quilibet de progenie offensi, poterit vindictam facere? respon. Bal. in consi. 173. num. 3. in 3. parte. & isdem Bal. in c. fi. col. 2. de iura calum. de quo etiam meminit Marsil. in l. 1. C. de raptu uirgi. num. 10. & Feder. de Sen. in tract. de legum interpretatione. parte ultima. & Tiraquellus in tract. de utroq; retract. §. 26. in glo. 1. sub num. 69. ubi dicit, quòd licet alicui uindicta sit permissa, non licet amicos conuocare ad id, quia est contra rationem. Vide Bal. in consi. 173. in 3. uol. per totum, ubi plura adducit ad statu. de uindicta. Et ibi ponit, quid sit uindicta. Et quando quis mandat fieri uindicatam, in dubio intelligitur de uindicta iustitiæ. ut inquit glo. in l. 1. C. de ijs, quibus ut indignis. Licet secundum Pau. de Cast. ibi, in hoc debet attendi qualitas personarum. Vide Franc. Mar. in decis. Parlam. Delphi. q. 250. lib. 2.

Vinum.

STATVTVM prohibens portare uinum extra territorium, uerificatur in portante etiam unam phialam, uel cantharum uino plenum gustus causa. ut habetur in l. 1. ubi Bal. C. quæ res exportari non possunt. & tradit Alexã. in appostill. ad Bar. in l. quæsitum. §. illud. ff. de lega. 3. Sed contrà tenet Ias. in l. ultima. ff. de iuris. omn. iudic. de cuius rei ueritate, uide per Tiraquellum in tracta. de iudicio in rebus exiguis. in casu 32. pag. 53. Idem & in aceto est dicẽdum. ut inquit Bal. in qq. ad statu. in uer. uinum.

1 Et nota, quòd non dicitur fraudare uectigal uini, qui uendit acetum, uel lorã, quæ etiam uina secundaria, uel aquaticia (uulgò) dicuntur. l. si quis uinũ. ff. de uino tritico & oleo legato. & tenet Firma. in tracta. de gabellis. ad fin. num. 29.

Stante

Stante statuto, quòd quis non possit uendere uinum ad minutum, sub certa pœna, prout extat in ciuitate Tergesti. Pone, quidam emit unam salmam, uel, ut ibi dicitur, urnam uini, uel unum barile, & dictum uinum accepit cum diuersis phialis (uulgo) fiaschis, & uasis diuersarum mensurarum. An uenditor incidat in pœnam statuti? respond. Bar. quòd non. in consi. 12. in 2. uol. de tali statuto Tergestino meminit Bal. in consi. 197. in 2. uol. super quo statuto fecit illud consilium. & in consi. 198. eo. uol. incip. statutum ciuitatis Tergesti, & in consi. 235. in 2. parte. incip. statuto Tergesti. cum quo consuluit Zabarella, in consi. incip. quod maritus, & consuluit Anchara. in consi. 248. incip. super uino sequestrato. & Anchar. in consi. 102. & Cassan. in consuetu. Burgun. in §. 2. in glo. super textu. Femmæ mariee. sub num. 3.

Violentia.

STANTE statuto, quòd possit inquiri de uiolentijs, Non poterit inquiri de raptu uirginum nuptæ, uel uiduæ. ut ait Bal. in consi. 171. in 4. uol. de uiolentia. uide Anto. Gomez. in tract. de delictis. in titulo de uiolentia. Tomo 3. fol. 378.

Dicit statutum. si quis accesserit uiolenter ad ecclesiam, puniatur in mille, quidam armata manu iuerunt usq; ad medium iter, uel ultra, tamen non intrauerũt fines ecclesiæ, an puniantur statuto? respon. Bal. ꝙ non. quia delictum non est consumatum. l. siu e. ff. qui satisda. cog.

Et dic, quòd uiolentia præcisa est, quãdo ligatis manibus. & pedibus. quis deductus esset ad aliquem locum. puta ad baptisma. Compulsus uerò per uim conditionatam, quando (puta, iudeus) maior infante, esset inuitis parentibus ad baptismũ deductus. prout Afflict. in decis. Neapol. 151. sub nu. 10. unde mulier, quę allegat se fuisse per uim cognitam, debet facere fidem de uiolentia absoluta, ut quia ligatis manibus, & pedibus, est cognita, quia alias de facili ei non crederetur. ita dicunt. Ioan. Andr. & Hostien. in c. continebatur.

ext.

ext.de desponsa.impub. ubi isdem Io. Andr. recitat de quodam iudice, qui muliere dicente se oppressam, condemnauit accusatorem in decem libras,quas mulieri dari iussit,permittens, ut post modũ condemnatus tolleret mulieri, si posset,cum à sua præsentia recessissent. sed cōdemnatus non potuit, quia mulier se, & pecuniam defendit. Sic præsumpsit iudex mulierem prius non fuisse oppressam, ac compressam per uim. unde fecit illi restituere illa decem per mulierem. Facit pro illo. l.si qui. C.de adulte.& c. 2. de purga. cano. & c.afferte.de præsum. & Brunel. in tracta. de sponsa. & matri.conclusione 18.sub nu.10.Et est differentia inter uim,uiolentiam,& actum ui,seu uiolenter factum. ut inquit Paul.de Castro.in consi.27.in 1.vol. Et uerbũ auferre habet duplex significatum,cum uiolentia,& sine. secundum Ang.in l.post quam.col.2.ff.de peti. hære. vbi dicit, quòd si testes deponant, quòd uiderunt auferre de manibus accusantis,non probant necessariò & conclusiuè.quia deberent dicere violenter abstulit.& no.quòd omnes coitus per uim commissi grauius puniantur.ut dicit Iulius Clar.in prac.crim. in §.fornicatio.uers.omnes autē. Et de iure municipali ius turbatiua nō attenditur,nisi dolus interuenerit.prout docet Bar.in l.1.§.1. ff.si quis testa.liber. vbi vult, quòd si huiusmodi statutum loquitur in personam,requiratur dolus, adeò, quòd succumbere debet accusans aliquem de turbata possessione,nisi dolum probet.Cuius theoricam seruant Assessores.ut ait Corne.in consi.33.incip.visa.lib.4.& uerbum ius latè sumptum, uerificatur, quoties quis propria authoritate illicitè sibi ius dicit, uel occupat propria authoritate rem ad alium spectantem. ut probatur. in l.extat.ff.quod metus causa. & habetur in l. creditores.ff.de ui & ui arma.& ita ius, & uiolentia in statutis est accipienda.secundum Corne.in consi.33.in 4.& Ias.in §.ex maleficijs.insti.de actio.

Si statutum dicat, quòd si quis uoluerit aliquam uiolenter corrumpere, puniatur pœna mortis. Intelligitur de eo, qui

qui actualiter corruperit voluntariè, quo ad se, sed uiolenter, quo ad corruptam. quia propter solum visum, siuè uoluntatem, sine actu, non incideret in statutum. Arg. l. 1. §. fi. ff. qđ quisq; iur. & tenet Paul. de Cast. in l. si constiterit. ff. fini. regun. & Bossi. in prac. crim. in titulo. de pluribus violentijs. & Cassaneus. in consi. 40. per totum. vide supra in uer. raptor. vbi de hoc tractauimus.

Vir:

STATVTVM, ꝙ liceat viro vxorem deprehensam in adulterio occidere, Habet locum, si depræhenderit eā in camera, in actibus veneres. prout inquit Bar. in l. quod ait. nu. 1. ff. de adulte.

Vno ictu:

STATVTVM dicit. si quis percusserit aliquem, priuetur manu. Quidā vno ictu duos percussit, quomodo punietur? responde. vt dicit Lucas de Penna. in l. nemo. C. de cursu publico. lib. xij.

Vnus pro alio.

STATVTA, quæ volunt, ꝙ vnus teneatur pro delicto alterius, sunt odiosa. vt ait Menochius in consi. 99. nu. 119. cū seq. vbi circa hoc dicit plura. vide Chachera. indecis. pedemo. 89. nu. 5. & seq. & Iul. Clar. in prac. crim. q. 86. per totum. & Bar. inter consilia cri. in consilio. 7. & Ana. in consi. 72. & ibi Bologni.

Vulnus.

SI statutum vult, quòd vulnus exprimatur in libello. Dic, ꝙ sufficit si dicatur, quòd percussit cum gladio ferreo, cū sanguinis effusione, nō adiecto, quod fecerit vulnus. Nam illius, quod ipsa natura manifestum est, satis uidetur facta expressio. quod intellige, nisi percussio esset facta in naso. vt inquit Maria. in c. 2. col. 17. de libelli obla. Item, nisi statutū requireret vulneris expressionem ex forma, per ipsum tradita, quæ censetur substantialis. per ea, quæ habentur. in c. 1. de

baptiſmo.quia tunc vulnus exprimi debet.De vulnere. vide Bal.in qq.ad ſtatu.ver.vulnus.& Boſſium. in prac. crimi. & Afflic.ſuper cõſtitu.regni.lib.1.in titu.de percuſſione. & Firma.in ver.vulnus.& Iulium Clarum,in prac.crimi.§.fi.q.84. per totum.vbi pleniſſimè.& Placam in epito. delic. cap. 13. Quid ſi plures ſint vulnerantes.tractat Menochius. in tracta. de arbi.iudi.in caſu.362.Si quis vulnerauit aliquem mortiferè, non debet mori ex ſtatuto,ſi vulneratus non ſit mortuus. vt inquit Bar.in l.damni infecti.§.Sabini.col.2. ff.de damno infecto.& Bal.in c.1.§.iniuria. in vlt.col.de pace iura. firmã. & in c.1.quibus mo.feu.amittatur.& iſdem Bal.in qq.ad ſtatuta.ver.animus.& ver.effectus.& Bar.in l.1. §.diuus.ff.ad.l. Cornel.de ſicca.& Alex.in conſ.15.in 1.vol.& Ghiſius.inter conſi.crimi.in conſi.158.vbi etiam inquiſitus ſuper vulnere, ſi vulneratus moritur; non poteſt puniri de morte,& hæc eſt communis opinio. ut ait Alba. in conſi. 30.per totum.& in conſi.90.ubi ponit, quando poſſit ferri ſententia contra mortuum in cauſa criminali.pro pœna pecuniaria.& ibi ponit formam ſententiæ in hoc caſu.& uide etiam omnino Crottum. in conſi.132.per totum.Et omnis, qui mortiferè uulneratus eſt,nõ moritur.l.1.§.vlt.ff.ad Syllania. plura Tiraquellus tradit ad hoc in tracta.de utroq; retrac.in §.15.in glo.2.nu. 12. & plura de uulneribus, uulnerantibus, & uulneratis tradit Claudius Battandier.in regu.crimi.regula. 105.cum pluribus ſequentibus. Et aliquando ſi quis uulnerauit aliquem, ex quo ſucceſſit mors, non uenit puniendus pœna mortis ſi in colluctatione à conſuetudine probata hoc fecit, ut ponit Anchara.in cõſ.283.per totũ.& Pariſi.in cõſ.167.per totum. in 4.uol.An uulneratus confitẽs,ſe fuiſſe uulneratũ à tali, faciat indicium ad torturam?reſpon.Rolan.à Valle in conſ.37. per.totum.in 3.uol.ꝙ nõ.Niſi probaretur inimicitia, uel aliã. ut ibi per eum pulcherrimè.

Statutum dicit,ſi quis uulnerauit aliquem in re ſua, amputetur ei manus. Pone, quidam fuit uulneratus in fouea. ſeu foſſa. An dicatur uulneratus in re ſua?reſpon. Bal.in l.riparũ. ff.de

ff.de rerum diuisione. ꝗ non. quia ista fossa non dicitur plenè sua.& de per se cōsiderata,non potest æstimari, nec uendicari.unde accessiones concretæ, non possunt separari à proprijs subiectis.l. quemadmodum. C.de agrico.& cēsitis.Nā cui nō adaptatur sermo,ēt nō adaptatur dispō contenta in ipso sermone,quantūcunq; uerba sint latissima.& ideo dicitur, quòd non potest fieri prædicamentum de Chymera . l.si stipuler.ff.de uerbo.obliga.Cum.n.tollimns subiectum, necessariò tollimus prædicatum.l.si Meuia mater mea.ff. de hære. insti.& tenet Iacobinus.de.S.Georgio.in uer.de adherentibus . sub nu.6.in inuestitura feudorum.Et scissio cutis, & tumefactio uulnus dicitur.l.si seruus.§.rupisse. ubi sic declarat Floria.ff.ad.l.aquil.& Cępolla.in cōs.40.nu. 4. Et licet aliàs uulneratus præsumať mortuus ex uulnere. Hoc intelligitur, nisi ex mala & inordinata uita aliud esset præsumendum.pro ut dicit Saly.in l.1.C.de emēda.seruo.& Arno.in soliloquio. 39.ubi dicit, quòd qui uisus est ire per triduum uulneratus, si post moriatur,non censetur mortuus ex illo uulnere . uide Blanchum.in prac.crimi.& Riminal.in consi.271.in 2.per totum.nu.2.ubi dicit,quòd uerissima est opinio,ꝗ post quadraginta dies si moriatur uulneratus,non dicatur ex uulnere immediatè mortuus,sed præsumatur mortuus, uel ex negligentia sui,uel medici, quando uulnus fuit mortale . uide omnino Claudium.in regu.crimi.157.ubi ponit quid habet agere iudex antequam proferat sententiam super uulneribus .& alia notatu digna. & quando medicis sit credendum super uulneribus.uide Iulium Clarum.in §.homicidium . uer. sed quid si reus.& in repertorio suo.uer.statutum. & uer. uulnerans. Et stādum est in hoc iudicio medicorum. ut inquit Vil lemata.in l.diuus.col.fi.ff.de siccarijs.& Mille.in prac.crim. nu.24.pagi.13.vbi dicit & de uiso , & reperto . & Nouellus . ubi de uiso,& reperto agit.& Iul.Clar.in d.§.homicidiū.uer. scias autem.Et medicorum dicto etiam standum est super expensis pro medicamentis,& curatione vulnerum, & percussione . & si plures non reperiantur . statur dicto vnius . pro-

ut ait Milleus.vbi supra.& Afflic.in decis.Neapoli.1. sub nu. 3.& Signorolus.in cõs.153.& 155.vbi est consilium pro amico.& Blãcus.in sua pra cti.& Tiraquellus.in tracta.de pœnis tẽperandis.& Criminalistæ ubiq;. Pone, quidã itaq; egit de uulnere, & reus fuit absolutus, modò vult agere de occiso. an poterit? resp. Alberi.in qq.ad statu.in q.57.par.2.ꝙ non. q̃a obstat exceptio rei iudicatę,& si ageret de occiso,reiteraret primã.q.de uulnere.uide eũdẽ.in q.53.in 2.par. Pone, fuit quidã mortiferè uulneratus,Potestas uult procedere cõtra reũ de morte, an possit? resp. Alberi. in qq.ad statu.in q. 53. in parte.2.ꝙ Potestas debet considerare animũ uulnerãtis,qui deprehẽditur ex uulnere, & si inde percipiatur ipsum uoluisse homicidium facere, poterit punire. & ita tenet Cępolla.in cautela.5.

Si statutũ dicit,ꝙ pro uulnere quis cõdẽnetur in cẽtũ.quæ si nõ soluerit intra mẽsem,manus ei amputetur.Pone,aliquis fuit cõdẽnatus,& appellauit elapso mense. & sententia fuit cõfirmata,modò uult statim cẽtũ soluere, ne manus illi amputetur.An poterit? resp.Bal.in qq. ad statu.in uer. appellares,& distinguit,ut poteris uidere p eũ.Sed Corne. contrariũ dicit in cõs.80.3.uol.Et qñ quis est mortiferè uulneratus, fingit statim mortuus.l.ita uulneratus.ubi Bar.ff.ad.l.Aquil. & Bar.in l.damni.§.Sabini. ff. de damno infec. & ibi Ange. Imola & cęteri.ac Alex.in l.ratione.§.socius.ff.ad.l.Falci.Et quando quis dicatur mortuus ex uulnere, aliterquam per supradictos.ponit Corneus.in cõs. 274.in 1.uol.Et quãdo quis dicatur fecisse ad sui necessariam defensionem, Nouellus.in tracta.ad defensam.& Cicero,pro Milone.& Corne.in cons. 273.col.3.& in consi.283.& Boeri.in decis.223.ubi plenè de hoc tractatur.& de vulnere mortali uide ibidem.

Si statutum dicit. Si quis vulnerauerit aliquem in domo percussi, amputetur illi manus. Dic, quòd si domus esset cõmunis cum percussore, manus non debet amputari. argum. l.sed milites.§.coęqualitas.ff.de excusa.tut. si autem non esset communis vulneranti, & vulnerato, Et nunc amputaretur ma-

tur manus. Nam propriũ dicitur illud, quod secundum quid dicitur. l. serui electione. §. cum fundus. ff. de leg. 1. & declarat Bald. in l. 1. & seq. C. qui testamen. facere possunt.

Statutum dicit, quòd uulneranti in platea manus amputetur, & aliud statutum, quòd occidens forensem extra plateam, puniatur in centum, ut est Perusij. quidam in platea cœpit uulnerare forensem, & cum fugeret, insequutus est eum, etiam extra plateam, & interfecit, An punietur manus pœna? respon. Paul. de Cast. in l. quicunq;. C. de seruis fugiti. quod sic. Si quis fuerit tantum vulneratus, & ex vulnere sequatur deformitas membri, Ipse uulneratus, pro tali deformitate, non potest agere ad aliquod damnum, aut interesse, seu æstimationem, quia liber homo non recipit æstimationem. l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & dicit Crauetta. in consi. 119. sub num. 5. licet agere possit pro medicinis, & curatione, & ratione amissarum operarum, si erat solitus operari.

Statutum vult, quòd in decem puniatur vulnerans aliquẽ in ecclesia, An puniatur uulnerans iuxta ecclesiam? respon de, ut dicit Guido de Suza. in l. fi. C. de ijs, qui ad eccle. confu. super ver. finibus. ubi tenet, quòd sic, per illum tex. & per l. prædiis. ff. de lega. 3. & per l. 2. ff. de uer. signific. & l. Seie. §. Tyrannę. ff. de fundo instructo.

An uulnerans se ipsum puniatur pœna pecuniaria ex statuto? responde, ut per apostillantes ad Specula. in titulo de pœnis. litera e. ubi concludunt, quod non. & quòd hoc cõmuniter seruatur. per l. si quis ex metallo. §. fi. ff. de pœnis, & l. omne delictum. §. qui se uulnerauit. ff. de re militari. Distingunt tamen, quia aut illud processit ex causa morbi, uel luctus, uel impatiẽtia doloris furorisuè. l. 1. ff. de bonis eorum, qui sibi mòr. consci. & Tiraquellus in tract. de pœnis temperandis, uel minuendis. & Catald. in tracta. syndica. sub num. 96. & Couarru. in tract. uariarum lectio. lib. 1. cap. isto. & lib. 2. cap. 10. & Dec. in l. 2. C. qui testa. face. possunt. & Valla in elegantiarum. lib. 4. cap. 86. & Criminalistę in locis suis.

Statutum de uulnere, non habet locum in modica scissura, seu

ra, ſeu ſgrafignatura, uel excorticatione. ut tenet Bal.in l.ſi C.de ędili actio.& Ange. in l.ſi pignore. §.ſi furen.ff. de furtis.& in l.extat.ff.quod met. cā.& Bal.in c.cū adeò. de reſcri. & Ludo.in l.1.§.ſi.ff.ad Syllan.& Bal.& Imol.in l. ſenatus. §. Marcellus.ff.de leg.1.Et uulnus modicū nullū habet in ſe delictū.vt dicit Bal.in d.l.ſi.& ē tex.in c.pro illorū.in ſi.de ſentē tia excom. Panor.in c.propoſuiſti de conſecra. eccle.Tiraq. in trac.de rebus exiguis.& l.1.§.ſciendum. ff. de ædili. edic. & doctores in §. gallinarum, & in addi.ad reperto. Abb. in uer.modicis.& Corſetus,in tract.de minimis.Sed uidetur cō trarium ſentire Franc.de Curte.in tract.de ſequeſtris,in 6.q. l.ſcaſam.ff.de euictio.ubi appellatione nauis, ſcaſa continetur,quæ eſt parua nauicula.& aliter Bal.in l.1.§.ſed ſi exercitore.ff.nautæ caupo.& ſtab.ubi ſtante ſtatuto,quòd domum comburens puniatur pœna mortis comprehendit comburē tem domumculam. ſed uide Ang.de Are.in tract. maleſi. in uer.incendiario.& vide Catald.ubi ſupra.nu.87. & Odof. in trac.de percuſſione.& Bar.in trac.de percuſſione.& Boſſi. in prac.maleſi.Et de percuſſione tractat Marſil.in prac.cri.§.& quia.& Bal.in qq.ad ſtatu. in uer.percutem.num.7.& Bar. in cōſi.109.& Iodocus.in prac.cri.in titulo.de inſpectione occiſi.cap.75.pagi.170.& Cotta.in tracta.rerum memora.in uer. domus.& Criminaliſtæ in locis ſuis.& Paſethus in cōſil.ſuis.

Vxor rebellis.

STATVTVM vetans vxores rebellium ſtare poſſe in ciuitate,Intelligitur,quamdiu mariti earum viuunt.ita declarat Bal.in l.in omni.ff.de adoptio.Laus Deo.Hactemus uerſati ſumus circa criminales quæſtiones ad ſtatuta. Reliquū eſt.ut cum Iudith.dicā.Orate pro me lectores humaniſſimi, vt firmum faciat cunctipotens conſilium meum in his, quæ ſcripſi.Saluo iure addendi,& corrigendi.&c.

FINIS.

INDEX RERVM RVBRICARVM.

Mo.



REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz, Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg.

Omnes sunt duerniones.



